SAN AGUSTÍN DE HIPONA

Epístolas

Epistolas

TOMO I · VI

SABBATISMUS

San Agustín de Hipona (354–430)
Epistolas · Epístolas

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

CARTAS DE SAN AGUSTÍN AURELIO, OBISPO DE HIPONA DISPUESTAS POR PRIMERA VEZ SEGÚN EL ORDEN CRONOLÓGICO, Y DIVIDIDAS EN CUATRO CLASES (C,S)* 7
PRIMERA CLASE. 7
Carta II. 9
Carta III. 11
Carta IV. 17
Carta V. 19
Carta VI. 19
Carta VII. 21
Capítulo II. 23
Capítulo III. 27
Carta VIII. 29
Carta IX. 31
Carta X. 35
Carta XI. 37
Carta XII. 43
Carta XIII. 45
Carta XIV. 47
Carta XV. 51
MÁXIMO DE MADAURA A AGUSTÍN. 53
Carta XVII. 55
Carta XVIII. 59
Carta XIX. 61
Carta XX. 63
Capítulo Primero. 71
Capítulo II. 75
CARTA XXV. 95
A LICENCIO, AGUSTÍN. 99
Poema de Licencio a su maestro Agustín. 101
CARTA XXVIII. 119
CAPÍTULO PRIMERO. 119
CAPÍTULO II. 121
Capítulo III. 121
CAPÍTULO IV. 125
Epístola XXX. 139
Epístola XXXII. 149
Carmen elegiacum 155
Carta XXXVI. 173
CAPÍTULO PRIMERO. 173
CAPÍTULO II. 175
CAPÍTULO III. 177
CAPÍTULO IV. 179
CAPÍTULO V. 181

CAPÍTULO VII. ... 187
CAPÍTULO IX. ... 195
CAPÍTULO X. ... 197
CAPÍTULO XII. ... 201
CAPÍTULO XIII. ... 203
CAPÍTULO XIV. ... 205
Epístola XXXVIII. ... 209
Epístola XXXIX. ... 211
CAPÍTULO II. ... 211
CAPÍTULO III. ... 213
CAPÍTULO V. ... 219
CAPÍTULO VI. ... 219
Epístola XLIII. ... 223
CAPÍTULO PRIMERO. ... 223
CAPÍTULO II. ... 225
CAPÍTULO IV. ... 237
CAPÍTULO V. ... 237
CAPÍTULO VI. ... 241
CAPÍTULO VII. ... 243
CAPÍTULO VIII. ... 247
CAPÍTULO IX. ... 251
CAPÍTULO PRIMERO. ... 255
CAPÍTULO II. ... 257
CAPÍTULO III. ... 259
CAPÍTULO IV. ... 261
CAPÍTULO V. ... 265
CAPÍTULO VI. ... 267
Carta XLV. ... 269
Carta XLVI. ... 271
CARTA XLVII. ... 277
CARTA XLIX. ... 289
Epístola LI. ... 291
Epístola LII. ... 297
CAPÍTULO PRIMERO. ... 301
CAPÍTULO II. ... 303
CAPÍTULO II. ... 305
CAPÍTULO III. ... 307
SOBRE LAS DOS EPÍSTOLAS QUE SIGUEN INMEDIATAMENTE. (LIB. II DE LAS RETRACTACIONES, CAP. XX.) ... 309
CAPÍTULO IV. ... 311
CAPÍTULO V. ... 313
CAPÍTULO VI. ... 313
CAPÍTULO VII. ... 315
CAPÍTULO PRIMERO. ... 317
CAPÍTULO II. ... 319

CAPÍTULO III. 321
CAPÍTULO IV. 323
CAPÍTULO V. 325
CAPÍTULO VI. 327
CAPÍTULO VII. 329
CAPÍTULO VIII. 331
CAPÍTULO IX. 333
CAPÍTULO X. 335
CAPÍTULO XI. 337
CAPÍTULO XII. 339
CAPÍTULO XIII. 341
CAPÍTULO XIV. 343
CAPÍTULO XV. 347
CAPÍTULO XVI. 349
CAP. XVII. 351
CAP. XVIII. 353
CAPÍTULO XIX. 355
CAPÍTULO XX. 357
CAPÍTULO XXI. 359
Epistola LXII. 373
Epistola LXVI. 385
CAPÍTULO II. 395
CAPÍTULO III. 397
CAPÍTULO IV. 399
CAPÍTULO II. 401
CAPÍTULO III. 403
Epistola LXXIII. 403
CAPÍTULO II. 405
CAPÍTULO III. 409
EPÍSTOLA LXXIV. 415
EPÍSTOLA LXXV. 415
CAPÍTULO PRIMERO. 415
CAPÍTULO II. 419
CAPÍTULO III. 419
CAPÍTULO IV. 431
CAPÍTULO V. 441
CAPÍTULO VI. 441
CAPÍTULO VII. 445
Epístola LXXVI. 447

S. AURELII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI EPISTOLAE SECUNDUM ORDINEM TEMPORUM NUNC PRIMUM DISPOSITAE, ET QUATUOR IN CLASSES DIGESTAE (C,S)*

Classis I continet epistolas quas scripsit nondum episcopus, ab anno Christi videlicet 386 ad 395. ---II, quas episcopus ante collationem Carthaginensem cum Donatistis habitam, et ante detectam in Africa Pelagii haeresim scripsit, ab anno 396 ad 410. ---III, quas scripsit reliquo vitae tempore, ab anno 411 ad 430. ---IV, nonnullas ipso etiam episcopo scriptas complectitur, quarum tempus minus compertum.

PRIMA CLASSIS.

EPISTOLA PRIMA. Consilium aperit Augustinus suorum librorum de Academicis, et Hermogenianum sententiam rogat de eo quod sub finem tertii libri de iisdem philosophis pro nuntiavit.

HERMOGENIANO AUGUSTINUS.

1. Academicos ego, ne inter jocandum quidem, unquam lacessere auderem: quando enim me tantorum virorum non moveret auctoritas, nisi eos putarem longe in alia, quam vulgo creditum est, fuisse sententia? Quare potius eos imitatus sum quantum valui, quam expugnavi, quod omnino non valeo. Videtur enim mihi satis congruisse temporibus, ut si quid sincerum de fonte Platonico flueret, inter umbrosa et spinosa dumeta potius in pastionem paucissimorum hominum duceretur, quam per aperta manans, irruentibus passim pecoribus, nullo modo posset liquidum purumque servari. Quid enim convenientius pecori est, quam putari animam corpus esse? Contra hujusmodi homines opinor ego illam utiliter excogitatam Dei veri artem atque rationem. Hoc autem saeculo cum jam nullos videamus philosophos, nisi forte amiculo corporis, quos quidem haud censuerim dignos tam venerabili nomine, reducendi mihi videntur homines (si quos Academicorum per verborum ingenium a rerum comprehensione deterruit sententia) in spem reperiendae veritatis: ne id quod eradicandis altissimis erroribus pro tempore accommodatum fuit, jam incipiat inserendae scientiae impedimento esse.

CARTAS DE SAN AGUSTÍN AURELIO, OBISPO DE HIPONA DISPUESTAS POR PRIMERA VEZ SEGÚN EL ORDEN CRONOLÓGICO, Y DIVIDIDAS EN CUATRO CLASES (C,S)*

La Clase I contiene las cartas que escribió cuando aún no era obispo, concretamente desde el año de Cristo 386 al 395. ---II, las que escribió como obispo antes de la conferencia tenida en Cartago con los donatistas, y antes de que se detectara en África la herejía de Pelagio, desde el año 396 al 410. ---III, las que escribió durante el resto de su vida, desde el año 411 al 430. ---IV, comprende algunas escritas también siendo obispo, cuyo tiempo es menos conocido.

PRIMERA CLASE.

CARTA PRIMERA. Agustín revela el plan de sus libros Sobre los Académicos, y pide a Hermogeniano su opinión sobre lo que pronunció hacia el final del tercer libro acerca de los mismos filósofos.

AGUSTÍN A HERMOGENIANO.

1. Nunca me atrevería a atacar a los académicos, ni siquiera en broma: pues ¿cuándo no me movería la autoridad de hombres tan grandes, si no pensara que mantuvieron una opinión muy diferente de lo que comúnmente se cree? Por lo cual, más bien los he imitado en cuanto pude, que combatido, lo cual no puedo hacer en absoluto. Pues me parece que fue bastante adecuado a los tiempos que, si algo puro fluyera de la fuente platónica, fuera conducido hacia el pasto de poquísimos hombres entre matorrales sombríos y espinosos, antes que fluyendo por lugares abiertos, con el ganado irrumpiendo por todas partes, no pudiera de ninguna manera mantenerse límpido y puro. Pues ¿qué es más propio del ganado que pensar que el alma es un cuerpo? Contra hombres de esta clase, opino yo que fue útilmente ideado aquel arte y razón del Dios verdadero. Pero en este siglo, cuando ya no vemos filósofos, excepto tal vez por el manto del cuerpo, a quienes por cierto difícilmente consideraría dignos de tan venerable nombre, me parece que los hombres (si es que algunos fueron disuadidos de la comprensión de las cosas por la opinión de los académicos mediante el ingenio de las palabras) deben ser devueltos a la esperanza de encontrar la verdad: para que aquello que fue adaptado por el momento para erradicar los errores más profundos, no empiece ya a ser un impedimento para la siembra de la ciencia.

2. Tantum enim tunc variarum sectarum studia flagrabant, ut nihil metuendum esset nisi falsi approbatio. Pulsus autem quisque illis argumentis ab eo quod se firmum et inconcussum tenere crediderat, tanto constantius atque cautius aliud quaerebat, quanto et in moribus major erat industria, et in natura rerum atque animorum altissima et implicitissima latere veritas sentiebatur. Tanta porro nunc fuga laboris et incuria bonarum artium, ut simul atque sonuerit, acutissimis philosophis esse visum nihil posse comprehendi, dimittant mentes et in aeternum obducant. Non enim audent vivaciores se illis credere, ut sibi appareat quod tanto studio, ingenio, otio, tam denique multa multiplicique doctrina, postremo vita etiam longissima Carneades invenire non potuit. Si vero etiam aliquantum obnitentes adversus pigritiam, legerint eosdem libros, quibus quasi ostenditur naturae humanae denegata perceptio; tanto torpore indormiscunt, ut nec coelesti tuba evigilent.

3. Quamobrem cum gratissimum habeam fidele judicium tuum de libellis meis, tantumque in te momenti ponam, ut nec error in tuam prudentiam, nec in amicitiam simulatio cadere possit, illud magis peto diligentius consideres, mihique rescribas utrum approbes quod in extremo tertii libri suspiciosius fortasse quam certius, utilius tamen, ut arbitror, quam incredibilius putavi credendum. Equidem quoquo modo se habeant illae litterae, non tam me delectat quod, ut scribis, Academicos vicerim (scribis enim hoc amantius forte quam verius), quam quod mihi abruperim odiosissimum retinaculum, quo ab philosophiae ubere desperatione veri, quod est animi pabulum, refrenabar.

Epistola II.

Zenobio desiderium exponit suum, ut disputationem inter se coeptam, inter se finiant.

ZENOBIO AUGUSTINUS.

1. Bene inter nos convenit, ut opinor, omnia quae corporeus sensus attingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere posse, sed labi, effluere et praesens nihil obtinere, id est, ut latine loquar, non esse. Horum itaque perniciosissimum amorem, poenarumque plenissimum, vera et divina philosophia monet frenare atque sopire; ut se toto animus, etiam dum hoc corpus agit, in ea quae semper ejusdem modi sunt, nec peregrino pulchro placent, feratur atque aestuet.

2. Pues tanto ardía entonces el celo por las diversas sectas, que nada había que temer sino la aprobación de lo falso. Pero cualquiera impulsado por aquellos argumentos de lo que creía mantener firme e inconcuso, buscaba otra cosa tanto más constante y cautelosamente, cuanto mayor era la industria en las costumbres, y se sentía que la verdad yacía oculta muy profunda y muy implicada en la naturaleza de las cosas y de las mentes. Además, hay ahora tal huida del trabajo y descuido de las buenas artes, que tan pronto como ha sonado que a los filósofos más agudos les pareció que nada puede ser comprendido, abandonan sus mentes y las cubren para la eternidad. Pues no se atreven a creerse más vivaces que aquellos, de modo que les aparezca lo que Carneades no pudo encontrar con tan gran estudio, ingenio, ocio, tan numerosa y múltiple doctrina finalmente, y por último incluso una vida larguísima. Si de hecho, incluso resistiendo algo a la pereza, leyeran esos mismos libros por los cuales se muestra como denegada la percepción a la naturaleza humana; se duermen en tal sopor, que ni siquiera con la trompeta celestial despiertan.

3. Por lo cual, teniendo por muy grato tu fiel juicio sobre mis libritos, y poniendo tanta importancia en ti que ni el error puede caer en tu prudencia, ni la simulación en nuestra amistad, pido más bien que consideres con más diligencia y me respondas si apruebas lo que en el extremo del tercer libro, quizá más sospechosa que ciertamente, aunque más útilmente, según creo, que increíblemente pensé que debía creerse. Por mi parte, de cualquier modo que se hallen aquellas letras, no me deleita tanto que, como escribes, haya vencido a los académicos (pues escribes esto quizá más amorosa que verdaderamente), como el haberme arrancado el odiosísimo vínculo por el cual era refrenado del pecho de la filosofía por la desesperación de la verdad, que es el alimento del alma.

Carta II.

Expone a Zenobio su deseo de que la disputa comenzada entre ellos sea terminada entre ellos.

AGUSTÍN A ZENOBIO.

1. Bien convenimos entre nosotros, según creo, en que todas las cosas que el sentido corporal alcanza, ni siquiera por un punto de tiempo pueden permanecer de la misma manera, sino que se deslizan, fluyen y nada presente obtienen, es decir, para hablar en latín, no son. Por tanto, la verdadera y divina filosofía advierte frenar y adormecer el amor perniciosísimo de estas cosas, y el más lleno de penas; para que con todo su ser el alma, aun mientras actúa en este cuerpo, se dirija y arda hacia aquellas cosas que siempre son del mismo modo, y no agradan por una belleza ajena.

Quae cum ita sint, et cum te verum ac simplicem, qualis sine ulla sollicitudine amari potes, in semetipsa mens videat, fatemur tamen congressum istum atque conspectum tuum, cum a nobis corpore discedis, locisque sejungeris, quaerere nos, eoque dum licet cupere. Quod profecto vitium, si te bene novi, amas in nobis; et cum omnia bona optes charissimis et familiarissimis tuis, ab hoc eos sanari metuis. Si autem tam potenti animo es, ut et agnoscere hunc laqueum, et eo captos irridere valeas, nae tu magnus atque alius. Ego quidem quamdiu desidero absentem, desiderari me volo. Invigilo tamen, quantum queo, et enitor, ut nihil amem quod abesse a me invito potest. Quocum officio commoneo te interim, qualiscumque sis, inchoatam tecum disputationem perficiendam, si curae nobismetipsis sumus. Nam eam cum Alypio perfici nequaquam sinerem, etiamsi vellet. Non vult autem. Non enim est humanitatis ejus nunc mecum operam dare, ut in quam multis possemus litteris te nobiscum teneamus, nescio qua necessitate fugientem.

Epistola III.

Nebridio respondet Augustinus immerito se ab ipso vocari beatum, qui tam multa ignoret. Qua in re sita sit vera beatitudo.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Utrum nescio quo, ut ita dicam; blandiloquio tuo factum putem, an vere ita se res habeat; incertum apud me est. Nam repente accidit, nec satis deliberatum est, quatenus debeat committi fidei. Exspectas quid istuc sit. Quid censes? Prope persuasisti mihi, non quidem beatum esse me; nam id solius sapientis praedium est; sed certe quasi beatum: ut dicimus hominem, quasi hominem in comparatione hominis illius quem Plato noverat; aut quasi rotunda et quasi quadra ea quae videmus, cum longe ab eis absint quae paucorum animus videt. Legi enim litteras tuas ad lucernam jam coenatus; proxime erat cubitio, sed non ita etiam dormitio: quippe diu mecum in lecto situs cogitavi, atque has loquelas habui, Augustinus ipse cum Augustino: Nonne verum est quod Nebridio placet, beatos nos esse? Non utique; nam stultos adhuc esse, nec ipse audet negare. Quid, si etiam stultis beata vita contingit? Durum quasi vero parva, vel alia ulla miseria sit quam ipsa stultitia. Unde ergo illi visum est? an lectis illis libellis etiam sapientem me ausus est credere?

Siendo esto así, y viendo la mente en sí misma a ti veraz y sencillo, tal cual sin ninguna solicitud puedes ser amado, confesamos sin embargo que buscamos este encuentro y vista tuya, cuando te alejas de nosotros en el cuerpo y te separas por los lugares, y que lo deseamos mientras es lícito. El cual vicio por cierto, si bien te conozco, amas en nosotros; y aunque desees todos los bienes para tus carísimos e íntimos amigos, temes que sean sanados de este. Pero si eres de un ánimo tan potente que seas capaz tanto de reconocer este lazo, como de burlarte de los capturados por él, verdaderamente eres grande y otro. Yo por mi parte, mientras deseo al ausente, quiero ser deseado. Vigiló sin embargo, cuanto puedo, y me esfuerzo por no amar nada que pueda estar ausente de mí contra mi voluntad. Con cuyo oficio te recuerdo entretanto, seas quien fueres, que la disputa comenzada contigo debe ser terminada, si nos cuidamos a nosotros mismos. Pues de ninguna manera permitiría que se terminara con Alipio, aunque él quisiera. Pero no quiere. Pues no es propio de su humanidad ahora prestarme atención para que te retengamos con nosotros en cuantas cartas pudiéramos, pues huyes por no sé qué necesidad.

Carta III.

Responde Agustín a Nebridio que inmerecidamente es llamado por él dichoso, siendo así que ignora tantas cosas. En qué cosa esté situada la verdadera felicidad.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Si debo pensar que esto se ha hecho por no sé qué, por así decir, de tu blandilocuencia, o si verdaderamente así está la cosa; es incierto para mí. Pues ocurrió de repente, y no se ha deliberado bastante hasta qué punto deba confiarse a la fe. Esperas qué sea eso. ¿Qué piensas? Casi me has persuadido, no por cierto de que yo sea dichoso; pues eso es propiedad exclusiva del sabio; sino ciertamente como si fuera dichoso: como llamamos hombre, como si fuera hombre en comparación con aquel hombre que Platón conoció; o como si fueran redondas y como si fueran cuadradas esas cosas que vemos, estando muy lejos de aquellas que la mente de pocos ve. Pues leí tu carta a la luz de la lámpara habiendo ya cenado; muy cerca estaba la hora de acostarse, pero no así la de dormir: pues durante mucho tiempo estando en el lecho pensé conmigo mismo, y tuve estos coloquios, el mismo Agustín con Agustín: ¿No es verdad lo que agrada a Nebridio, que somos dichosos? De ninguna manera; pues ni él mismo se atreve a negar que todavía somos necios. ¿Qué, si incluso a los necios les toca la vida dichosa? Duro sería, como si por cierto hubiera alguna pequeña, o cualquier otra miseria que la misma necedad. ¿De dónde, pues, le pareció a él? ¿O habiendo leído aquellos libritos se atrevió incluso a creerme sabio?

Non usque adeo temeraria est laetitia gestiens, praesertim hominis cujus quanti ponderis consideratio sit, bene novimus. Illud igitur est: scripsit quod nobis putavit dulcissimum fore; quia et illi dulce factum est quidquid posuimus in illis litteris, et scripsit gaudens, nec curavit quid committendum gaudenti calamo esset. Quid, si Soliloquia legisset? Laetaretur multo exundantius, nec tamen reperiret plus aliquid, quod me appellaret, quam beatum. Cito ergo summum nomen effudit in me, nec sibi aliquid reservavit quod de me laetior asseveret. Vide laetitia quid faciat!

2. Sed ubi est ista beata vita? ubi? ubinam? O si ipsa esset, repelleret atomos Epicuri. O si ipsa esset, sciret nihil deorsum esse praeter mundum. O si ipsa esset, nosset extrema sphaerae tardius rotari quam medium, et alia similia quae similiter novimus. Nunc vero quomodo vel qualiscumque beatus sum, qui nescio cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum per quas est, nihil prohibeant esse, quanto quis voluerit, ampliorem? Aut quomodo non mihi diceretur, imo non cogeremur confiteri corpora in infinitum secari, ut a certa velut basi in quantitatem certam certus corpusculorum numerus surgeret? Quare cum corpus nullum esse minimum sinitur, quo pacto sinamus esse amplissimum, quo amplius esse non possit; nisi forte illud quod Alypio aliquando dixi occultissime, habet magnam vim: ut quoniam numerus ille intelligibilis infinite crescit, non tamen infinite minuitur, nam non eum licet ultra monadem resolvere; contra sensibilis (nam quid est aliud sensibilis numerus, nisi corporeorum vel corporum quantitas?) minui quidem infinite, sed infinite crescere nequeat. Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus divitias ponunt, in sensibilibus egestatem. Quid enim aerumnosius quam minus atque minus semper posse fieri? Quid ditius, quam crescere quantum velis, ire quo velis, redire cum velis, quousque velis, et hoc multum amare quod minui non potest? Quisquis namque intelligit istos numeros, nihil sic amat ut monadem; nec mirum, cum per eam fiat, ut caeteri amentur. Sed tamen cur tantus est mundus? poterat enim esse vel major, vel brevior. Nescio: tale est enim. Et cur hoc loco potius quam illo? Nec in ea re debet esse quaestio, ubi quidquid esset, quaestio esset. Unum illud multum movebat, quod infinite corpora secarentur. Cui fortasse responsum est, de vi contraria intelligibilis numeri.

No es hasta tal punto temeraria la alegría que salta, especialmente de un hombre cuya consideración bien sabemos de qué gran peso sea. Es esto, pues: escribió lo que pensó que nos sería muy dulce; porque también a él se le hizo dulce lo que pusimos en aquellas letras, y escribió gozoso, ni se cuidó de lo que debía confiar a una pluma gozosa. ¿Qué, si hubiera leído los Soliloquios? Se alegraría mucho más abundantemente, y sin embargo no encontraría algo más para llamarme que dichoso. Rápidamente, pues, derramó sobre mí el nombre supremo, ni se reservó algo que pudiera asegurar con más alegría sobre mí. ¡Mira lo que hace la alegría!

2. Pero ¿dónde está esa vida dichosa? ¿Dónde? ¿Dónde pues? ¡Oh, si ella misma fuera, repelería los átomos de Epicuro! ¡Oh, si ella misma fuera, sabría que nada hay hacia abajo excepto el mundo! ¡Oh, si ella misma fuera, conocería que los extremos de la esfera se rotan más lentamente que el medio, y otras cosas similares que igualmente conocemos! Pero ahora ¿cómo o de qué manera soy dichoso yo, que ignoro por qué el mundo sea tan grande, cuando las razones de las figuras por las cuales existe nada prohíben que sea cuanto uno quisiera más amplio? ¿O cómo no se me diría, o más bien no nos veríamos obligados a confesar que los cuerpos se cortan hasta el infinito, de modo que desde una cierta base como tal en una cantidad cierta surgiera un número cierto de corpúsculos? ¿Por qué, no permitiéndose que ningún cuerpo sea el mínimo, de qué modo permitimos que haya uno amplísimo, mayor que el cual no pueda haberlo; a no ser que tal vez aquello que dije alguna vez a Alipio muy secretamente tenga gran fuerza: que puesto que aquel número inteligible crece infinitamente, no sin embargo se disminuye infinitamente, pues no es lícito resolverlo más allá de la mónada; por el contrario el sensible (pues ¿qué otra cosa es el número sensible sino la cantidad de las cosas corpóreas o de los cuerpos?) puede ciertamente disminuirse infinitamente, pero crecer infinitamente no puede. Y por eso tal vez con razón los filósofos ponen las riquezas en las cosas inteligibles, y la pobreza en las sensibles. Pues ¿qué hay más penoso que poder hacerse siempre menos y menos? ¿Qué más rico que crecer cuanto quieras, ir a donde quieras, volver cuando quieras, hasta donde quieras, y amar mucho esto que no puede disminuirse? Pues quienquiera que entiende esos números, nada ama tanto como la mónada; ni es maravilla, siendo así que por ella se hace que los demás sean amados. Pero sin embargo ¿por qué es tan grande el mundo? Pues podía ser o mayor o más breve. No lo sé: pues es tal. ¿And por qué en este lugar más bien que en aquel? Ni en esa cosa debe haber cuestión, donde lo que quiera que fuera, habría cuestión. Una sola cosa movía mucho: que los cuerpos se cortaran infinitamente. A lo cual tal vez se ha respondido por la fuerza contraria del número inteligible.

3. Sed exspecta; videamus quid sit hoc nescio quid, quod suggeritur menti: certe sensibilis mundus nescio cujus intelligibilis imago esse dicitur. Mirum autem est quod in imaginibus videmus, quas specula referunt: nam quamvis ingentia specula sint, non reddunt majores imagines, quam sunt corpora etiam brevissima objecta. In parvis autem specillis, sicut in pupillis oculorum, etsi magna facies sese opponat, brevissima imago pro modo speculi formatur. Ergo et imagines corporum minui licet, si specula minuantur: augeri, si augeantur, non licet. Hic profecto aliquid latet, sed nunc dormiendum est. Neque enim Nebridio beatus quaerendo videor, sed fortasse aliquid inveniendo. Id autem aliquid quid est? an illa ratiocinatio, cui tanquam unicae meae blandiri soleo, et ea me nimis oblectare?

4. Unde constamus? Ex animo et corpore. Quid horum melius? Videlicet animus. Quid laudant in corpore? Nihil aliud video quam pulchritudinem. Quid est corporis pulchritudo? Congruentia partium cum quadam coloris suavitate. Haec forma ubi vera melior, an ubi falsa? Quis dubitet ubi vera est, esse meliorem? Ubi ergo vera est? In animo scilicet. Animus igitur magis amandus est quam corpus. Sed in qua parte animi ista est veritas? In mente atque intelligentia. Quid huic adversatur? Sensus. Resistendum ergo sensibus totis animi viribus? Liquet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiat ut non delectent. Unde fit? Consuetudine iis carendi appetendique meliora. Quid si moritur animus? Ergo moritur veritas, aut non est intelligentia veritas, aut intelligentia non est in animo, aut potest mori aliquid in quo aliquid immortale est: nihil autem horum fieri posse Soliloquia nostra jam continent, satisque persuasum est; sed nescio qua consuetudine malorum territamur atque titubamus. Postremo etiamsi moritur animus, quod nullo modo posse fieri video, non esse tamen beatam vitam in laetitia sensibilium, hoc otio satis exploratum est. His rebus fortasse atque talibus Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus videor: videar et mihi; quid inde perdo, aut cur parcam bonae opinioni? Haec mihi dixi: deinde oravi, ut solebam, atque dormivi.

3. Pero espera; veamos qué sea esto de no sé qué, que se sugiere a la mente: ciertamente el mundo sensible se dice ser imagen de no sé qué mundo inteligible. Es admirable sin embargo lo que vemos en las imágenes que los espejos reflejan: pues aunque sean espejos ingentes, no devuelven imágenes mayores de lo que son los cuerpos incluso brevísimos puestos delante. Pero en los pequeños espejuelos, como en las pupilas de los ojos, aunque una cara grande se oponga, se forma una imagen brevísimas según el modo del espejo. Por tanto, también las imágenes de los cuerpos es lícito que se disminuyan si los espejos se disminuyan: aumentarse, si se aumentan, no es lícito. Aquí por cierto algo se oculta, pero ahora hay que dormir. Ni por cierto a Nebridio le parezco dichoso por buscar, sino tal vez por encontrar algo. ¿Pero ese algo ¿qué es? ¿Acaso aquel razonamiento al cual como a mi único suelo lisonjear y en él deleitarme demasiado?

4. ¿De qué constamos? De alma y cuerpo. ¿Qué de esto es mejor? Evidentemente el alma. ¿Qué alaban en el cuerpo? Nada más veo que la hermosura. ¿Qué es la hermosura del cuerpo? La congruencia de las partes con una cierta suavidad de color. Esta forma ¿donde es mejor, donde es verdadera o donde es falsa? ¿Quién dudaría que donde es verdadera es mejor? ¿Dónde, pues, es verdadera? En el alma, por supuesto. El alma, por tanto, debe ser más amada que el cuerpo. ¿Pero en qué parte del alma está esa verdad? En la mente y en la inteligencia. ¿Qué se opone a esto? El sentido. ¿Hay que resistir, pues, a los sentidos con todas las fuerzas del alma? Está claro. ¿Qué si las cosas sensibles deleitan demasiado? Hágase que no deleiten. ¿Cómo se hace? Por la costumbre de carecer de ellas y de apetecer cosas mejores. ¿Qué si muere el alma? Entonces muere la verdad, o la inteligencia no es la verdad, o la inteligencia no está en el alma, o puede morir algo en lo cual algo inmortal hay: pero nada de esto poder hacerse contienen ya nuestros Soliloquios, y está bastante persuadido; pero por no sé qué costumbre de males nos aterrorizamos y titubeamos. Finalmente, aunque muera el alma, lo cual de ninguna manera veo que pueda hacerse, sin embargo que no está la vida dichosa en la alegría de lo sensible, en este ocio está bastante explorado. Por estas cosas tal vez y tales Nebridio meo si no dichoso, al menos ciertamente como si fuera dichoso le parezco: parézcame también a mí; ¿qué pierdo por ello, o por qué habría de perdonar una buena opinión? Estas cosas me dije: después oré, como solía, y dormí.

5. Haec placuit scribere tibi. Delectat enim me quod mihi gratias agis, si nihil te quod in buccam venerit celem; et gaudeo, quia sic tibi placeo. Apud quem igitur libentius ineptiam, quam cui displicere non possum? At si in potestate fortunae est, ut hominem amet homo, vide quam beatus sim, qui de fortuitis tam multum gaudeo, et talia bona, fateor, desidero mihi ubertim accrescere. Fortunae autem bona verissimi sapientes, quos solos beatos fas est vocari, nec timeri voluerunt, nec cupi, an cupiri, tu videris. Et belle accidit. Nam volo me declinationis hujus gnarum facias. Cum enim adjungo verba similia, incertior fio. Nam ita est cupio, ut fugio, ut sapio, ut jacio, ut capio; sed utrum fugiri an fugi, utrum sapiri an sapi, sit modus infinitus, ignoro. Possem attendere jaci et capi, ni vererer ne me caperet, et pro ludibrio jaceret quo vellet, qui aliud jactum et captum, aliud fugitum, cupitum, sapitum esse convinceret. Quae item tria, utrum penultima longa et inflexa, an gravi brevique pronuntianda sint, similiter nescio. Provocaverim te ad epistolam longiorem; peto, ut paulo diutius te legam. Nam non queo tantum dicere, quantum volupe est legere te.

Epistola IV.

Augustinus Nebridio, significans ei quantum profecerit in secessu, contemplatione rerum aeternarum.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Mirum admodum est, quam mihi praeter spem evenerit, quod cum requiro quibus epistolis tuis mihi respondendum remanserit, unam tantum inveni quae me adhuc debitorem teneret, qua petis ut tanto nostro otio, quantum esse arbitraris tecum, aut nobiscum cupis, indicemus tibi quid in sensibilis atque intelligibilis naturae discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultum tibi esse, si falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis familiariusque volutatur, multo id facilius in rebus veris animo accidere. Ita tamen paulatim ut per aetatem proficimus. Quippe cum plurimum inter puerum et juvenem distet, nemo a pueritia quotidie interrogatus se aliquando juvenem dicet.

5. Estas cosas me plugo escribirte. Pues me deleita que me des las gracias, si nada de lo que me viene a la boca te oculto; y me alegro, porque así te agrado. ¿Ante quién, pues, más de buena gana diría una necedad, que ante aquel a quien no puedo desplacer? Pero si está en el poder de la fortuna que el hombre ame al hombre, mira qué dichoso soy, que de los fortuitos acontecimientos tanto me gozo, y tales bienes, confieso, deseo que me crezcan ubertosamente. Pero los bienes de la fortuna los verdaderos sabios, a quienes solos es lícito llamar dichosos, no quisieron que fuesen temidos, ni deseados (cupi), o si deba ser cupiri, tú lo verás. Y bellamente ocurre. Pues quiero que me hagas conocedor de esta declinación. Pues cuando añado verbos similares, me hago más incierto. Pues así es cupio, como fugio, como sapio, como jacio, como capio; pero si deba ser fugiri o fugi, si sapiri o sapi, el modo infinitivo, lo ignoro. Podría atender a jaci y capi, si no temiera que él me capturara (caperet), y para burla me arrojara (jaceret) a donde quisiera, quien me convenciera de que una cosa es lo arrojado (jactum) y capturado (captum), y otra lo huido (fugitum), deseado (cupitum), sabido (sapitum). Las cuales tres cosas asimismo, si la penúltima es larga e inflexa, o si deban pronunciarse con acento grave y breve, igualmente lo ignoro. Te provocaría a una carta más larga; pido que te lea por un poco más de tiempo. Pues no puedo decir tanto, cuanto es un placer leerte.

Carta IV.

Agustín a Nebridio, significándole cuánto ha aprovechado en el retiro, por la contemplación de las cosas eternas.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Es sumamente admirable cómo me ha sucedido más allá de la esperanza que, cuando requiero a qué cartas tuyas me quedaba por responder, he encontrado una sola que me tuviera todavía como deudor, por la cual pides que en tanto ocio nuestro, cuanto piensas que hay contigo, o deseas que hubiera con nosotros, te indiquemos qué hemos aprovechado en la diferenciación de la naturaleza sensible e inteligible. Pero no creo que te sea oculto que, si cada uno se inserta tanto más en las falsas opiniones cuanto más y más familiarmente se revuelve en ellas, mucho más fácilmente ocurre esto al ánimo en las cosas verdaderas. Sin embargo, así poco a poco aprovechamos como por la edad. Porque distando muchísimo entre el niño y el joven, nadie interrogado diariamente desde la niñez se dirá alguna vez joven.

2. Quod nolo in eam partem accipias, ut nos in his rebus quasi ad quamdam mentis juventutem firmioris intelligentiae robore pervenisse existimes. Pueri enim sumus, sed, ut dici assolet, forsitan belli, et non mali. Nam plerumque perturbatos et sensibilium plagarum curis refertos mentis oculos illa tibi notissima ratiuncula in respirationem levat, mentem atque intelligentiam oculis et hoc vulgari aspectu esse meliorem: quod non ita esset, nisi magis essent illa quae intelligimus, quam ista quae cernimus. Cui utrum nihil valide inimicum sit, peto mecum consideres. Hac ego interim recreatus, cum Deo in auxilium deprecato, et in ipsum, et in ea quae verissime vera sunt attolli coepero, tanta nonnunquam rerum manentium praesumptione compleor, ut mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione, ut haec esse credam, quae tanta insunt praesentia, quanta sibi quisque sit praesens. Recole tu quoque; nam te fateor hujus rei esse diligentiorem, ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debeam. Nam mihi non facit fidem tam multorum onerum, quae aliquando numeraveram, tam repentina depositio: quamvis te accepisse litteras meas non dubitem, quarum rescripta non habeo.

Epistola V.

Augustinum Nebridius deplorat, quod nimium interpelletur civium negotiis ab otio contemplationis.

AUGUSTINO NEBRIDIUS.

Itane est, mi Augustine, fortitudinem ac tolerantiam negotiis civium praestas, necdum tibi redditur illa exoptata cessatio? Quaeso, qui te tam bonum homines interpellant? Credo qui nesciunt quid ames, quid concupiscas. Nullusne tibi est amicorum, qui eis amores referat tuos? nec Romanianus, nec Lucinianus ? Me certe audiant. Ego clamabo, ego testabor te Deum amare, illi servire atque inhaerere cupere. Vellem ego te in rus meum vocare, ibique acquiescere. Non enim timebo me seductorem tui dici a civibus tuis, quos nimium amas, et a quibus nimium amaris.

Epistola VI.

Scribit Nebridius videri sibi memoriam sine phantasia esse non posse; tum etiam phantasiae vim non a sensu, sed a se potius imagines rerum habere.

AUGUSTINO NEBRIDIUS.

2. Lo cual no quiero que tomes en tal sentido que pienses que nosotros hemos llegado en estas cosas como a una cierta juventud de la mente por el robustecimiento de una inteligencia más firme. Pues niños somos, pero, como suele decirse, tal vez hermosos, y no malos. Pues la mayoría de las veces a los ojos de la mente perturbados y llenos por los cuidados de las plagas sensibles, aquel muy conocido raciocinio tuyo los levanta hacia un respiro: que la mente y la inteligencia son mejores que los ojos y que esta visión vulgar; lo cual no sería así, si no fueran más aquellas cosas que entendemos, que estas que vemos. A cuyo raciocinio si nada hay válidamente enemigo, pido que lo consideres conmigo. Recreado yo entretanto por esto, habiendo invocado a Dios en mi ayuda, y comenzado a elevarme tanto hacia él como hacia aquellas cosas que son verdaderísimamente verdaderas, tanta presunción de las cosas que permanecen me llena a veces, que me admiro a veces de que me haga falta aquel raciocinio para creer que estas cosas son, las cuales están presentes con tanta presencia, con cuanta cada uno está presente para sí mismo. Recuérdalo tú también; pues confieso que eres más diligente en esta cosa, no sea que tal vez sin saberlo deba todavía algo en las respuestas. Pues no me produce fe la tan repentina deposición de tantas cargas, que alguna vez había numerado: aunque no dudo que has recibido mis cartas, de las cuales no tengo las respuestas.

Carta V.

Nebridio deplora a Agustín, porque es demasiado interpelado por los negocios de los ciudadanos del ocio de la contemplación.

AUGUSTINO NEBRIDIUS.

¿Así es, mi Agustín: prestas fortaleza y tolerancia a los negocios de los ciudadanos, y todavía no se te devuelve aquella deseada cesación? Te ruego, ¿quiénes son esos hombres que te interpelan a ti, hombre tan bueno? Creo que son los que no saben qué amas, qué deseas. ¿Acaso no tienes ningún amigo que les refiera tus amores? ¿ni Romaniano, ni Luciniano? Que me oigan ciertamente a mí. Yo clamaré, yo testificaré que amas a Dios, y que deseas servirle y adherirte a él. Quisiera yo llamarte a mi campo, y allí descansar. Pues no temeré ser llamado seductor tuyo por tus ciudadanos, a quienes demasiado amas, y por quienes demasiado eres amado.

Carta VI.

Escribe Nebridio que le parece que la memoria no puede existir sin la fantasía; y también que la fuerza de la fantasía tiene las imágenes de las cosas por sí misma y no por el sentido.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Epistolas tuas perplacet ita servare ut oculos meos. Sunt enim magnae, non quantitate, sed rebus, et magnarum rerum magnas continent probationes. Illae mihi Christum, illae Platonem, illae Plotinum sonabunt. Erunt igitur mihi, et ad audiendum propter eloquentiam dulces, et ad legendum propter brevitatem faciles, et ad intelligendum propter sapientiam salubres. Curabis ergo quod tuae menti sanctum bonumve fuerit visum, me docere. His autem litteris respondebis, cum de phantasia et memoria subtilius aliquid disputaris. Mihi enim ita videtur, quod quamvis non omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamen memoria sine phantasia esse non possit. Sed dicis: Quid, cum recordamur nos intellexisse, aut cogitasse aliquid? Contra haec ego respondeo, et dico propterea hoc evenisse, quia cum intelleximus vel cogitavimus corporeum ac temporale aliquid, genuimus quod ad phantasiam pertinet: nam aut verba intellectui cogitationibusque nostris adjunximus, quae verba sine tempore non sunt, et ad sensum vel phantasiam pertinent: aut tale aliquid intellectus noster cogitatione passus est, quod in animo phantastico memoriam facere potuisset. Haec ego inconsiderate ac perturbate, ut soleo, dixi: tu explorabis, et falso rejecto, veritatem in litteris conferes.

2. Audi aliud: cur, quaeso te, non a se potius quam a sensu phantasiam habere omnes imagines dicimus? Potest enim, quemadmodum animus intellectualis ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur potius quam aliquid accipit, ita et phantasticus animus ad imagines suas contemplandas, a sensu admoneri potius quam aliquid assumere. Nam forte inde contingit, ut ea quae sensus non videt, ille tamen aspicere possit: quod signum est, in se et a se habere omnes imagines. De hac re quoque quid sentias, respondebis.

Epistola VII.

Augustinus quaestionem utramque a Nebridio motam discutit. Memoriam sine phantasia esse posse. Animam sensibus non usam carere phantasiis. Objectio resolvitur.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

CAPUT PRIMUM.---Memoriam sine phantasia esse posse.

1. Me place muchísimo guardar tus cartas como a mis ojos. Pues son grandes, no por la cantidad, sino por las cosas, y contienen grandes pruebas de grandes cosas. Aquellas me sonarán a Cristo, aquellas a Platón, aquellas a Plotino. Serán, pues, para mí, tanto dulces para oír por su elocuencia, como fáciles para leer por su brevedad, y salubres para entender por su sabiduría. Cuidarás, pues, de enseñarme lo que a tu mente haya parecido santo o bueno. Responderás a esta carta cuando hayas disputado algo más sutilmente sobre la fantasía y la memoria. Pues a mí me parece así: que aunque no toda fantasía sea con memoria, sin embargo toda memoria no puede ser sin fantasía. Pero dices: ¿Qué, cuando recordamos haber entendido o pensado algo? Contra estas cosas yo respondo y digo que esto ha sucedido porque, cuando entendimos o pensamos algo corpóreo y temporal, engendramos lo que pertenece a la fantasía: pues o bien añadimos palabras a nuestro entendimiento y pensamientos, las cuales palabras no son sin el tiempo, y pertenecen al sentido o a la fantasía; o bien nuestro entendimiento padeció algo tal en el pensamiento, que hubiera podido hacer memoria en el alma fantástica. Estas cosas he dicho inconsiderada y perturbadamente, como suelo; tú las explorarás, y rechazado lo falso, conferirás la verdad en tu carta.

2. Oye otra cosa: ¿por qué, te ruego, no decimos que la fantasía tiene todas las imágenes por sí misma más bien que por el sentido? Pues puede ocurrir que, del mismo modo que el alma intelectual es advertida para ver sus cosas inteligibles por el sentido más bien que recibir algo, así también el alma fantástica sea advertida para contemplar sus imágenes por el sentido más bien que asumir algo. Pues tal vez de ahí sucede que aquellas cosas que el sentido no ve, aquella sin embargo pueda mirarlas: lo cual es señal de que tiene en sí y por sí todas las imágenes. Sobre esta cosa también qué sientas, responderás.

Carta VII.

Agustín discute ambas cuestiones movidas por Nebridio. Que la memoria puede ser sin fantasía. Que el alma que no ha usado los sentidos carece de fantasías. Se resuelve una objeción.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

CAPÍTULO PRIMERO. Que la memoria puede ser sin fantasía.

1. Prooemio supersidam, et cito incipiam quod me jamjamque vis dicere, praesertim non cito desiturus. Memoria tibi nulla videtur esse posse sine imaginibus vel imaginariis visis, quae phantasiarum nomine appellare voluisti: ego aliud existimo. Primum ergo videndum est non nos semper rerum praetereuntium meminisse, sed plerumque manentium. Quare, cum sibi memoria praeteriti temporis vindicet tenacitatem; constat eam tamen partim eorum esse quae nos deserunt, partim eorum quae deseruntur a nobis. Nam cum recordor patrem meum, id utique recordor quod me deseruit, et nunc non est: cum autem Carthaginem, id quod est, et quod ipse deserui. In utroque tamen generum horum, praeteritum tempus memoria tenet. Nam et illum hominem, et istam urbem, ex eo quod vidi, non ex eo quod video, memini.

2. Hic tu fortasse quaeris: Quorsum ista? praesertim cum animadvertas utrumlibet horum non posse in memoriam venire, nisi viso illo imaginario. At mihi satis est sic interim ostendisse, posse dici earum etiam rerum, quae nondum interierunt, memoriam. Verum quid me adjuvet, facito intentus accipias. Nonnulli calumniantur adversus Socraticum illud nobilissimum inventum, quo asseritur, non nobis ea quae discimus, veluti nova inseri, sed in memoriam recordatione revocari; dicentes memoriam praeteritarum rerum esse, haec autem quae intelligendo discimus, Platone ipso auctore, manere semper, nec posse interire, ac per hoc non esse praeterita: qui non attendunt illam visionem esse praeteritam, qua haec aliquando vidimus mente; a quibus quia defluximus, et aliter alia videre coepimus, ea nos reminiscendo revisere, id est, per memoriam. Quamobrem si, ut alia omittam, ipsa aeternitas semper manet, nec aliqua imaginaria figmenta conquirit, quibus in mentem quasi vehiculis veniat, nec tamen venire posset, nisi ejus meminissemus, potest esse quarumdam rerum sine ulla imaginatione memoria.

Caput II.

Animam sensibus non usam carere phantasiis.

3. Jam vero quod tibi videtur anima etiam non usa sensibus corporis corporalia posse imaginari, falsum esse convincitur isto modo.

1. Omitiré el proemio, y pronto empezaré lo que ya mismo quieres que diga, especialmente no habiendo de terminar pronto. Te parece que ninguna memoria puede haber sin imágenes o vistos imaginarios, que has querido llamar con el nombre de fantasías: yo pienso otra cosa. Primero, pues, debe verse que no siempre recordamos cosas que pasan, sino mayormente cosas que permanecen. Por lo cual, reclamando para sí la memoria la tenacidad del tiempo pasado; consta sin embargo que ella es en parte de aquellas cosas que nos abandonan, en parte de aquellas que son abandonadas por nosotros. Pues cuando recuerdo a mi padre, recuerdo por cierto aquello que me abandonó, y ahora no es: pero cuando recuerdo a Cartago, recuerdo aquello que es, y que yo mismo abandoné. En ambos, sin embargo, de estos géneros, la memoria mantiene el tiempo pasado. Pues tanto a aquel hombre como a aquella ciudad, los recuerdo por aquello que vi, no por aquello que veo.

2. Aquí tú tal vez preguntas: ¿A dónde va esto? especialmente cuando adviertes que cualquiera de estas dos cosas no puede venir a la memoria sino por aquel visto imaginario. Pero me basta haber mostrado así entretanto que puede decirse memoria incluso de aquellas cosas que todavía no han perecido. Pero procura recibir atento lo que me ayuda. Algunos calumnian contra aquel nobilísimo invento socrático por el cual se asegura que no se nos insertan como nuevas aquellas cosas que aprendemos, sino que se revocan a la memoria por la recordación; diciendo que la memoria es de las cosas pasadas, y que estas cosas que aprendemos entendiendo, siendo autor el mismo Platón, permanecen siempre, ni pueden perecer, y por esto no son pasadas: los cuales no advierten que aquella visión es pasada por la cual vimos alguna vez estas cosas con la mente; de las cuales porque nos hemos deslizado, y empezado a ver otras cosas de otro modo, volvemos a visitar aquellas recordándolas, esto es, por la memoria. Por lo cual si, para omitir otras cosas, la misma eternidad siempre permanece, ni busca algunos fingimientos imaginarios por los cuales venga a la mente como por vehículos, ni sin embargo podría venir si no la recordáramos, puede haber memoria de ciertas cosas sin ninguna imaginación.

Capítulo II.

Que el alma que no ha usado los sentidos carece de fantasías.

3. Ya de hecho, eso que te parece que el alma aun no habiendo usado los sentidos del cuerpo puede imaginar cosas corporales, se convence ser falso de este modo.

Si anima priusquam corpore utatur ad corpora sentienda, eadem corpora imaginari potest, et melius, quod nemo sanus ambigit, affecta erat antequam his fallacibus sensibus implicaretur, melius afficiuntur animae dormientium quam vigilantium, melius phreneticorum quam tali peste carentium; his enim afficiuntur imaginibus, quibus ante istos sensus vanissimos nuntios afficiebantur: et aut verior erit sol quem vident illi, quam ille quem sani atque vigilantes; aut erunt veris falsa meliora. Quae si absurda sunt, sicuti sunt, nihil est aliud illa imaginatio, mi Nebridi, quam plaga inflicta per sensus, quibus non, ut tu scribis, commemoratio quaedam fit ut talia formentur in anima, sed ipsa hujus falsitatis illatio, sive, ut expressius dicatur, impressio. Quod sane te movet, qui fiat ut eas facies formasque cogitemus quas nunquam vidimus, acute movet. Itaque faciam quod ultra solitum modum hanc epistolam porrigat; sed non apud te, cui nulla est pagina gratior, quam quae me loquaciorem apportat tibi.

4. Omnes has imagines, quas phantasias cum multis vocas, in tria genera commodissime ac verissime distribui video: quorum est unum sensis rebus impressum, alterum putatis, tertium ratis. Primi generis exempla sunt, cum mihi tuam faciem, vel Carthaginem, vel familiarem quondam nostrum Verecundum , et si quid aliud manentium vel mortuarum rerum, quas tamen vidi atque sensi, in se animus format. Alteri generi subjiciuntur illa quae putamus ita se habuisse vel ita se habere, velut cum disserendi gratia quaedam ipsi fingimus nequaquam impedientia veritatem, vel qualia figuramus cum legimus historias, et cum fabulosa vel audimus vel componimus vel suspicamur. Ego enim mihi ut libet atque ut occurrit animo, Aeneae faciem fingo, ego Medeae cum suis anguibus alitibus junctis jugo, ego Chremetis et alicujus Parmenonis. In hoc genere sunt etiam illa, quae sive sapientes, aliquid veri talibus involventes figuris, sive stulti, variarum superstitionum conditores, pro vero attulerunt; ut est tartareus Phlegethon, et quinque antra gentis tenebrarum, et stylus septentrionalis continens coelum, et alia poetarum atque haereticorum mille portenta. Dicimus tamen et inter disputandum, puta esse tres super invicem mundi, qualis hic unus est; et, puta quadrata figura terram contineri; et similia. Haec enim omnia ut se cogitationis tempestas habuerit, fingimus et putamus.

Si el alma antes de que use el cuerpo para sentir los cuerpos, puede imaginar esos mismos cuerpos, y mejor (lo cual nadie sano duda) estaba afectada antes de que se implicara en estos falaces sentidos, mejor afectados están los ánimos de los que duermen que de los que vigilan, mejor de los frenéticos que de los que carecen de tal peste; pues por estas imágenes son afectados, por las cuales antes de estos sentidos nuntios vanísimos eran afectados: y o bien será más verdadero el sol que ven aquellos, que aquel que los sanos y vigilantes; o serán mejores lo falso que lo verdadero. Las cuales cosas si son absurdas, como lo son, nada es otra cosa aquella imaginación, mi Nebridio, que una plaga infligida por los sentidos, por los cuales no, como tú escribes, se hace una cierta conmemoración para que tales cosas se formen en el alma, sino la misma ilación de esta falsedad, o, para decirlo más expresivamente, impresión. Lo cual por cierto te mueve, cómo se haga que pensemos en esas caras y formas que nunca vimos, te mueve agudamente. Por tanto haré lo que extienda esta carta más allá del modo acostumbrado; pero no ante ti, para quien ninguna página es más grata que la que me trae más locuaz ante ti.

4. Todas estas imágenes, que llamas fantasías con muchos, veo que se distribuyen muy cómoda y verdaderamente en tres géneros: de los cuales uno es impreso por las cosas sentidas (sensa), otro por las pensadas (putata), el tercero por las razonadas (rata). Ejemplos del primer género son cuando el ánimo forma en sí tu cara, o Cartago, o a nuestro antiguo familiar Verecundo, y cualquier otra cosa de las cosas que permanecen o muertas, que sin embargo vi y sentí. Al otro género se sujetan aquellas cosas que pensamos que así han sido o así son, como cuando por amor de la disputa nosotros mismos fingimos algunas cosas que de ninguna manera impiden la verdad, o cuales figuramos cuando leemos las historias, y cuando o bien oímos o componemos o sospechamos cosas fabulosas. Pues yo me finjo como me place y como ocurre al ánimo, la cara de Eneas, yo la de Medea con sus serpientes aladas unidas al yugo, yo la de Cremes y de algún Parmenón. En este género están también aquellas cosas que, o bien los sabios, envolviendo algo de verdad en tales figuras, o bien los necios, fundadores de varias supersticiones, trajeron por verdadero; como es el Flegetonte tartáreo, y las cinco cuevas de la gente de las tinieblas, y el estilo septentrional que contiene el cielo, y otros mil portentos de poetas y de herejes. Decimos también incluso entre el disputar: supón que hay tres mundos unos sobre otros, cual es este uno; y, supón que la tierra está contenida en una figura cuadrada; y cosas semejantes. Pues todas estas cosas, según se haya tenido la tempestad del pensamiento, las fingimos y pensamos.

Nam de rebus quod ad tertium genus attinet imaginum, numeris maxime atque dimensionibus agitur: quod partim est in rerum natura, velut cum totius mundi figura invenitur, et hanc inventionem in animo cogitantis imago sequitur; partim in disciplinis tanquam in figuris geometricis et rhythmicis musicis, et infinita varietate numerorum: quae quamvis vera, sic ut ego autumo, comprehendantur, gignunt tamen falsas imaginationes quibus ipsa ratio vix resistit; tametsi nec ipsam disciplinam disserendi carere hoc malo facile est, cum in divisionibus et conclusionibus quosdam quasi calculos imaginamur.

5. In hac tota imaginum silva, credo tibi non videri primum illud genus ad animam, priusquam inhaereat sensibus, pertinere; neque hinc diutius disputandum: de duobus reliquis jure adhuc quaeri posset, nisi manifestum esset animam minus esse obnoxiam falsitatibus, nondum passam sensibilium sensuumque vanitatem: at istas imagines quis dubitaverit istis sensibilibus multo esse falsiores? Nam illa quae putamus et credimus, sive fingimus, et ex omni parte omnino falsa sunt, et certe longe, ut cernis, veriora sunt quae videmus atque sentimus. Jam in illo tertio genere quodlibet spatium corporale animo figuravero, quanquam id rationibus disciplinarum minime fallentibus cogitatio peperisse videatur, ipsis rursum rationibus arguentibus, falsum esse convinco. Quo fit ut nullo pacto animam credam nondum corpore sentientem, nondum per sensus vanissimos mortali et fugaci substantia verberatam, in tanta falsitatis ignominia jacuisse.

Caput III.

Objectio resolvitur.

6. Unde ergo evenit ut quae non vidimus cogitemus? Quid putas, nisi esse vim quamdam minuendi et augendi animae insitam, quam quocumque venerit necesse est afferat secum? quae vis in numeris praecipue animadverti potest. Hac fit, verbi gratia, ut corvi quasi ob oculos imago constituta, quae videlicet aspectibus nota est, demendo et addendo quaedam, ad quamlibet omnino nunquam visam imaginem perducatur. Hac evenit ut per consuetudinem volventibus sese in talibus animis, figurae hujuscemodi velut sua sponte cogitationibus irruant.

Pues de las cosas que al tercer género pertenece de las imágenes, se trata mayormente con los números y las dimensiones: lo cual en parte está en la naturaleza de las cosas, como cuando se encuentra la figura de todo el mundo, y a esta invención sigue la imagen en el ánimo del que piensa; en parte en las disciplinas como en las figuras geométricas y rítmicas musicales, y en la infinita variedad de los números: las cuales aunque sean comprendidas como verdaderas, así como yo aseguro, engendran sin embargo falsas imaginaciones a las cuales la misma razón apenas resiste; aunque ni siquiera la misma disciplina del disputar es fácil que carezca de este mal, cuando en las divisiones y conclusiones imaginamos algunos como cálculos.

5. En toda esta selva de imágenes, creo que no te parece que aquel primer género pertenezca al alma antes de que se adhiera a los sentidos; ni hay que disputar más tiempo sobre esto: de los otros dos géneros con derecho podría todavía preguntarse, si no fuera manifiesto que el alma es menos deudora de las falsedades, no habiendo todavía padecido la vanidad de lo sensible y de los sentidos: pero ¿quién dudaría que esas imágenes son mucho más falsas que estas cosas sensibles? Pues aquellas cosas que pensamos y creemos, o fingimos, son tanto falsas en todas sus partes y totalmente, y ciertamente de lejos, como ves, son más verdaderas las cosas que vemos y sentimos. Ya en aquel tercer género, cualquier espacio corporal que yo haya figurado en el ánimo, aunque el pensamiento parezca haberlo engendrado por las razones de las disciplinas mínimamente falaces, arguyendo de nuevo las mismas razones contra ello, lo convenzo de ser falso. Por lo cual sucede que de ninguna manera crea yo que el alma, no sintiendo todavía por el cuerpo, no todavía golpeada por los sentidos vanísimos por la sustancia mortal y fugaz, haya yacido en tanta ignominia de falsedad.

Capítulo III.

Se resuelve la objeción.

6. ¿De dónde, pues, sucede que pensemos cosas que no hemos visto? ¿Qué piensas, sino que hay una cierta fuerza de disminuir y aumentar ínsita en el alma, la cual a dondequiera que venga es necesario que traiga consigo? La cual fuerza en los números principalmente puede advertirse. Por esta se hace, por ejemplo, que constituida la imagen de un cuervo como ante los ojos, la cual por cierto es conocida por la vista, quitando y añadiendo algunas cosas, se llegue a cualquier imagen en absoluto nunca vista. Por esta sucede que, revolviéndose en tales cosas las almas por la costumbre, las figuras de esta clase como por su propia voluntad irrumpan en los pensamientos.

Licet igitur animae imaginanti, ex his quae illi sensus invexit, demendo, ut dictum est, et addendo, ea gignere quae nullo sensu attingit tota; partes vero eorum quae in aliis atque aliis rebus attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos nati atque nutriti, vel in parvo calice aqua visa, jam imaginari maria poteramus; cum sapor fragorum et cornorum, antequam in Italia gustaremus, nullo modo veniret in mentem. Hinc est quod a prima aetate caeci, cum de luce coloribusque interrogantur, quid respondeant non inveniunt. Non enim coloratas ullas patiuntur imagines, qui senserunt nullas.

7. Nec mirere quo pacto ea quae in rerum natura figurantur et fingi possunt, non primo in anima quae omnibus inest commista volvantur, cum ea nunquam extrinsecus senserit. Nam etiam nos cum indignando aut laetando, caeterisque hujuscemodi animi motibus, multos in nostro corpore vultus coloresque formamus, prius nostra cogitation quod facere possimus tales imagines concipit. Consequuntur ista miris illis modis, et committendis cogitationi tuae, cum in anima sine ulla corporalium figura falsitatum numeri actitantur occulti. Ex quo intelligas velim, cum tam multos animi motus esse sentias expertes omnium, de quibus nunc quaeris, imaginum, quolibet alio motu animam sortiri corpus quam sensibilium cogitatione formarum, quas eam, priusquam corpore sensibusque utatur, nullo modo arbitror pati posse. Quamobrem pro nostra familiaritate, et pro ipsius divini juris fide sedulo monuerim, charissime mihi ac jucundissime, nullam cum istis infernis umbris copules amicitiam, neve illam quae copulata est, cunctere divellere. Nullo enim modo resistitur corporis sensibus, quae nobis sacratissima disciplina est, si per eos inflictis plagis vulneribusque blandimur.

Epistola VIII.

Quanam coelestium potestatum in animam actione fiat, ut imagines ac somnia dormienti subrepant.

AUGUSTINO NEBRIDIUS.

Es lícito, pues, al alma que imagina, de estas cosas que el sentido le trajo, quitando, como se ha dicho, y añadiendo, engendrar aquellas cosas que con ningún sentido alcanza totalmente; pero las partes de aquellas cosas que en unas y otras cosas había alcanzado. Así nosotros, niños nacidos y criados entre gente mediterránea, vista el agua incluso en un pequeño cáliz, ya podíamos imaginar los mares; mientras que el sabor de las fresas y de los cornejo, antes de que los probáramos en Italia, de ninguna manera venía a la mente. De aquí es que los ciegos desde la primera edad, cuando son interrogados sobre la luz y los colores, no encuentran qué responder. Pues no padecen ninguna imagen coloreada los que ninguna sintieron.

7. Ni te maravilles de qué modo aquellas cosas que en la naturaleza de las cosas se figuran y pueden fingirse, no se revuelvan primero en el alma que está mezclada en todas las cosas, cuando nunca las ha sentido extrínsecamente. Pues también nosotros cuando indignándonos o alegrándonos, y por los demás movimientos del alma de esta clase, formamos en nuestro cuerpo muchos rostros y colores, primero nuestro pensamiento concibe que podemos hacer tales imágenes. Siguen esas cosas por aquellos modos admirables, y que deben confiarse a tu pensamiento, cuando en el alma sin ninguna figura de falsedades corporales se actúan números ocultos. De lo cual quisiera que entendieras, sintiendo tú que tantos movimientos del alma están exentos de todas las imágenes de las cuales ahora preguntas, que por cualquier otro movimiento el alma sortea el cuerpo que por el pensamiento de las formas sensibles, las cuales de ninguna manera creo yo que pueda padecer antes de que use el cuerpo y los sentidos. Por lo cual, por nuestra familiaridad, y por la fe del mismo derecho divino, diligentemente te advertiría, carísimo y queridísimo para mí, que no unas ninguna amistad con esas sombras infernales, ni tardes en arrancar aquella que se ha unido. Pues de ninguna manera se resiste a los sentidos del cuerpo, lo cual es para nosotros sacratísima disciplina, si lisonjeamos las plagas y heridas infligidas por ellos.

Carta VIII.

Por qué acción de las potestades celestiales sobre el alma se hace que las imágenes y los sueños se deslicen en el que duerme.

NEBRIDIUS A AGUSTÍN.

1. Festinanti mihi ad rem pervenire, nullum prooemium, nullum placet exordium. Qui fit, mi Augustine, vel qui modus est ille, quo utuntur superiores potestates, quas coelestes intelligi volo, cum eis placet nobis dormientibus aliqua somnia demonstrare? Qui, inquam, modus est; id est, quomodo id faciunt, qua arte, quibus manganis, quisbusve instrumentis aut medicamentis? animumne nostrum per cogitationes suas impellunt, ut nos etiam ea cogitando imaginemur? an ipsa in suo corpore, vel in sua phantasia, facta nobis offerunt et ostendunt? Sed si in suo corpore ea faciunt, sequitur ut et nos alios oculos corporeos intrinsecus habeamus cum dormimus, quibus illa videamus quae illi in suo corpore formaverint. Si vero ad istas res non corpore adjuvantur suo, sed in phantastico suo ista disponunt, atque ita phantastica nostra contingunt, et fit visum quod est somnium; cur, quaeso te, non ego phantastico meo tuum phantasticum ea somnia generare compello, quae mihi primo in eo ipse formavi? Certe et mihi est phantasia, et quod volo potens est fingere, cum omnino nullum tibi facio somnium, sed ipsum corpus nostrum video in nobis somnia generare. Nam cum semel habuerit per affectum quo animae copulatur, cogit nos idipsum miris modis per phantasiam simulare. Saepe dormientes cum sitimus, bibere somniamus, et esurientes quasi comedentes videmur; et multa talia, quae quasi commercio quodam a corpore in animam phantastice transferuntur. Haec pro sui obscuritate, pro nostraque imperitia, ne mireris si minus eleganter minusque subtiliter explicata sunt: tu id facere quantum poteris laborabis.

Epistola IX.

Quaestioni de somniis per superiores potestates immissis respondet.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Quanquam mei animi cognitor sis, fortasse tamen ignoras quantum velim praesentia tua frui. Verum hoc tam magnum beneficium Deus quandoque praestabit. Legi rectissimam epistolam tuam, in qua de solitudine questus es, et quadam desertione a familiaribus tuis, cum quibus vita dulcissima est. Sed quid aliud hic tibi dicam, nisi quod te non dubito facere? Confer te ad tuum animum, et illum in Deum leva, quantum potes. Ibi enim certius habes et nos, non per corporeas imagines, quibus nunc in nostra recordatione uti necesse est; sed per illam cogitationem, qua intelligis non loco esse nos simul.

1. Para mí, que me apresuro a llegar a la cosa, ningún proemio, ningún exordio me place. ¿Cómo sucede, mi Agustín, o qué modo es aquel que usan las potestades superiores (las cuales quiero que se entiendan como celestiales), cuando les place mostrarnos algunos sueños a nosotros mientras dormimos? ¿Cuál, digo, es el modo; esto es, cómo lo hacen, con qué arte, con qué máquinas, o con qué instrumentos o medicamentos? ¿Acaso impulsan nuestro ánimo por sus propios pensamientos, para que nosotros también imaginemos esas cosas pensándolas? ¿O nos ofrecen y muestran las cosas hechas en su propio cuerpo, o en su propia fantasía? Pero si en su cuerpo hacen esas cosas, se sigue que también nosotros tengamos otros ojos corporales intrínsecamente cuando dormimos, con los cuales veamos aquellas cosas que ellos hubieran formado en su cuerpo. Si de hecho para estas cosas no son ayudados por su cuerpo, sino que en su fantástico disponen estas cosas, y así tocan nuestros fantásticos, y se hace visión lo que es sueño; ¿por qué, te ruego, no yo con mi fantástico obligo a tu fantástico a engendrar esos sueños que yo primero en él para mí mismo formé? Ciertamente también yo tengo fantasía, y lo que quiero es potente para fingir, cuando en absoluto ningún sueño te hago, sino que veo que nuestro mismo cuerpo genera sueños en nosotros. Pues una vez que ha tenido por el afecto por el cual se une al alma, nos obliga a simular eso mismo de modos admirables por la fantasía. Muchas veces durmiendo cuando tenemos sed, soñamos que bebemos, y hambrientos parecemos como que comemos; y muchas cosas tales, que como por un cierto comercio se transfieren fantásticamente del cuerpo al alma. Estas cosas por su oscuridad, y por nuestra impericia, no te maravilles si menos elegantemente y menos sutilmente han sido explicadas: tú trabajarás en hacer eso cuanto pudieres.

Carta IX.

Responde a la cuestión sobre los sueños infundidos por las potestades superiores.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Aunque seas conocedor de mi ánimo, tal vez sin embargo ignoras cuánto deseo gozar de tu presencia. Pero este tan gran beneficio Dios lo prestará alguna vez. Leí tu rectísima carta, en la cual te quejaste de la soledad, y de un cierto abandono de tus familiares, con los cuales la vida es muy dulce. Pero ¿qué otra cosa te diré aquí, sino lo que no dudo que haces? Llévate a tu ánimo, y elévalo hacia Dios cuanto puedas. Allí pues nos tienes más ciertamente, no por imágenes corpóreas, las cuales ahora es necesario usar en nuestra recordación; sino por aquel pensamiento por el cual entiendes que no estamos juntos en un lugar.

2. Epistolas tuas cum considerarem, quibus non dubium tibi quaerenti magna respondi, vehementer me illa terruit, qua percontaris quomodo fiat ut nobis a superioribus potestatibus vel a daemonibus, et cogitationes quaedam inserantur et somnia. Magna enim res est, cui tu quoque pro tua prudentia perspicis, non epistola, sed aut praesenti collocutione, aut aliquo libello respondendum esse. Tentabo tamen, callens ingenium tuum, quaedam quaestionis hujus lumina praeseminare, ut aut caetera tecum ipse contexas, aut posse ad rei tantae probabilem investigationem perveniri minime desperes.

3. Arbitror enim omnem motum animi aliquid facere in corpore. Id autem usque ad nostros exire sensus, tam hebetes, tamque tardos, cum sunt majores animi motus; velut cum irascimur, aut tristes, aut gaudentes sumus. Ex quo licet conjicere, cum etiam cogitamus aliquid, neque id nobis in nostro corpore apparet, apparere tamen posse aeriis aethereisve animantibus , quorum et sensus acerrimus, et in cujus comparatione noster ne sensus quidem putandus est. Igitur ea quae, ut ita dicam, vestigia sui motus animus figit in corpore, possunt et manere, et quemdam quasi habitum facere; quae latenter cum agitata fuerint et contrectata, secundum agitantis et contrectantis voluntatem, ingerunt nobis cogitationes et somnia; atque id fit mira facilitate. Si enim nostrorum corporum terrenorum et tardissimorum exercitationes, agendis organis musicis, seu in funambulo, caeterisque hujuscemodi spectaculis innumerabilibus, ad quaedam incredibilia pervenisse manifestum est; nequaquam est absurdum, eos qui aerio vel aethereo corpore aliquid in corporibus agunt, quae naturali ordine penetrant, longe majore uti facilitate ad movendum quidquid volunt, non sentientibus nobis, et tamen inde aliquid perpetientibus. Neque enim etiam quomodo fellis abundantia nos ad iram crebriorem cogat sentimus; et tamen cogit, cum haec ipsa, quam dixi, abundantia facta sit irascentibus nobis.

4. Sed hoc tamen si non vis simile a nobis paetereunter accipere, versa id cogitatione quantum potes. Nam si animo existat assidue aliqua difficultas agendi atque implendi quod cupit, assidue irascitur. Ira est autem, quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea quae facilitatem actionis impediunt. Itaque plerumque non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumque collidimus atque frangimus; et aleatores tesseris, et pictores penicillo, et cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur. Hac autem assiduitate irascendi fel crescere etiam medici affirmant. Cremento autem fellis rursus et facile ac prope nullis causis existentibus irascimur. Ita quod suo motu animus fecit in corpore, ad eum rursus commovendum valebit.

2. Al considerar tus cartas, a las cuales sin duda te respondí grandes cosas a ti que preguntabas, vehementemente me aterró aquella en la que preguntas cómo sucede que se nos inserten tanto algunos pensamientos como sueños por las potestades superiores o por los demonios. Pues es cosa grande, la cual tú también por tu prudencia percibes que debe ser respondida no por carta, sino o por una conversación presente, o por algún librito. Intentaré sin embargo, conociendo tu ingenio, sembrar previamente algunas luces de esta cuestión, para que o bien tú mismo tejas lo demás contigo, o de ninguna manera desesperes de que se pueda llegar a una investigación probable de tan gran cosa.

3. Pues estimo que todo movimiento del alma hace algo en el cuerpo. Y que esto sale hasta nuestros sentidos, tan embotados y tan tardos, cuando los movimientos del alma son mayores; como cuando nos airamos, o estamos tristes, o estamos alegres. Por lo cual se puede conjeturar que incluso cuando pensamos algo, y eso no se nos aparece en nuestro cuerpo, puede sin embargo aparecer a los vivientes aéreos o etéreos, cuyo sentido es muy agudo, y en comparación con el cual el nuestro ni siquiera debe ser considerado un sentido. Por tanto, aquellas cosas que, por así decirlo, el alma fija como huellas de su movimiento en el cuerpo, pueden tanto permanecer como crear una especie de hábito; las cuales, cuando secretamente han sido agitadas y tocadas, según la voluntad del que las agita y toca, nos infunden pensamientos y sueños; y eso sucede con admirable facilidad. Pues si es manifiesto que los ejercicios de nuestros cuerpos terrenos y muy tardos, al tocar instrumentos musicales, o en el funámbulo, y otros innumerables espectáculos de este tipo, han llegado a ciertas cosas increíbles; de ninguna manera es absurdo que aquellos que por un cuerpo aéreo o etéreo hacen algo en los cuerpos, los cuales penetran por orden natural, usen una facilidad mucho mayor para mover lo que quieran, sin que nosotros lo sintamos, y sin embargo padeciendo algo de ello. Pues ni siquiera sentimos cómo la abundancia de hiel nos obliga a una ira más frecuente; y sin embargo obliga, cuando esta misma abundancia, que dije, se ha producido mientras nos airábamos.

4. Pero si sin embargo no quieres recibir de pasada esta semejanza de nuestra parte, dale vueltas en tu pensamiento cuanto puedas. Pues si al alma le asiste asiduamente alguna dificultad para actuar y cumplir lo que desea, asiduamente se aira. La ira es pues, según mi opinión, un apetito turbulento de quitar aquellas cosas que impiden la facilidad de la acción. Y así, la mayoría de las veces no solo nos airamos con los hombres, sino con la pluma al escribir, y la chocamos y la rompemos; y los jugadores con los dados, y los pintores con el pincel, y cualquiera con cualquier instrumento por el cual juzga que padece dificultad. Pero también los médicos afirman que la hiel crece por esta asiduidad de airarse. Y por el crecimiento de la hiel de nuevo nos airamos fácilmente y casi sin que existan causas. Así, lo que el alma por su propio movimiento hizo en el cuerpo, valdrá para conmoverlo de nuevo.

5. Possunt latissime ista tractari, et multis rerum testimoniis ad certiorem plenioremque perduci notitiam. Sed huic epistolae adjunge illam quam tibi nuper de imaginibus et de memoria misi, et eam diligentius pertracta: nam minus plene a te intellecta, rescripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quam nunc legis, cum adjunxeris de illa quod dictum ibi est, de naturali quadam facultate animi minuentis et augentis cogitatione quodlibet; fortasse etiam formae corporum, quas nunquam vidimus, vel cogitando apud nos vel somniando figurentur .

Epistola X.

De convictu cum Nebridio et secessione a mundanarum rerum tumultu.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Nunquam aeque quidquam tuarum inquisitionum me in cogitando tenuit aestuantem, atque illud quod recentissimis litteris tuis legi, ubi nos arguis quod consulere negligamus ut una nobis vivere liceat. Magnum crimen, et, nisi falsum esset, periculosissimum. Sed cum probabilis ratio demonstrare videatur, hic nos potius quam Carthagini, vel etiam ruri, ex sententia posse degere, quid tecum agam, mi Nebridi, prorsus incertus sum. Mittaturne ad te accommodissimum tibi vehiculum? nam basterna innoxie te vehi posse noster Lucinianus auctor est. At matrem cogito, ut quae absentiam sani non ferebat, imbecilli multo minus esse laturam. Veniamne ipse ad vos? At hic sunt qui nec venire mecum queant, et quos deserere nefas putem. Tu enim potes et apud tuam mentem suaviter habitare; ii vero ut idem possint, satagitur. Eamne crebro et redeam, et nunc tecum, nunc cum ipsis sim? At hoc neque simul, neque ex sententia vivere est. Non enim brevis est via, sed tanta omnino, cujus peragendae negotium saepe suscipere, non sit ad optatum otium pervenisse. Huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoque, ut nosti, non valeo quod volo, nisi omnino desinam quidquam plus velle quam valeo.

2. Profectiones ergo quas quietas et faciles habere nequeas, per totam cogitare vitam, non est hominis de illa una ultima, quae mors vocatur, cogitantis; de qua vel sola intelligis vere esse cogitandum. Dedit quidem Deus paucis quibusdam, quos gubernatores ecclesiarum esse voluit, ut et illam non solum exspectarent fortiter, sed alacriter etiam desiderarent, et earum obeundarum labores sine ullo angore susciperent:

5. Pueden tratarse estas cosas muy ampliamente, y por muchos testimonios de las cosas ser llevadas a un conocimiento más cierto y pleno. Pero une a esta carta aquella que te envié recientemente sobre las imágenes y sobre la memoria, y trátala con más diligencia: pues por tu respuesta me pareció que fue entendida menos plenamente por ti. Por tanto, a esta que ahora lees, cuando hayas unido de aquella lo que allí se dijo, sobre una cierta facultad natural del alma que disminuye y aumenta cualquier cosa con el pensamiento; tal vez incluso las formas de los cuerpos que nunca vimos, se figuren en nosotros ya sea pensando o soñando.

Carta X.

Sobre la convivencia con Nebridio y el retiro del tumulto de las cosas mundanas.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Nunca ninguna de tus inquisiciones me mantuvo igualmente hirviendo al pensar, como aquello que leí en tus cartas más recientes, donde nos acusas de que descuidamos consultar para que se nos permita vivir juntos. Gran crimen, y si no fuera falso, muy peligroso. Pero como una razón probable parece demostrar que aquí podemos vivir más según nuestro deseo que en Cartago, o incluso en el campo, estoy del todo incierto qué hacer contigo, mi Nebridio. ¿Se te enviará el vehículo más acomodado para ti? pues nuestro Luciniano es autor de que puedes ser llevado sin daño en una basterna. Pero pienso en tu madre, que como no soportaba la ausencia de un hijo sano, mucho menos soportará la de uno débil. ¿Iré yo mismo a vosotros? Pero aquí están los que ni pueden venir conmigo, y a quienes juzgaría un pecado abandonar. Pues tú puedes tanto habitar suavemente en tu propia mente; pero para que ellos puedan lo mismo, se trabaja. ¿Iré frecuentemente y volveré, y estaré ahora contigo, ahora con ellos? Pero esto no es vivir ni juntos, ni según nuestro deseo. Pues el camino no es corto, sino tan grande en absoluto, que emprender a menudo el negocio de recorrerlo no es haber llegado al ocio deseado. Aquí se añade la enfermedad del cuerpo, por la cual yo también, como sabes, no valgo para lo que quiero, a no ser que deje del todo de querer algo más de lo que valgo.

2. Por tanto, pensar durante toda la vida en viajes que no puedes tener tranquilos y fáciles, no es propio de un hombre que piensa en aquel único último viaje, que se llama muerte; sobre el cual tú solo entiendes que verdaderamente se debe pensar. Dios ciertamente concedió a unos pocos, a quienes quiso que fueran gobernantes de las iglesias, que no solo esperaran aquel viaje con fortaleza, sino que también lo desearan con alborozo, y emprendieran los trabajos de realizarlos sin ninguna angustia:

sed neque iis qui ad hujusmodi administrationes temporalis honoris amore raptantur, neque rursum iis, qui cum sint privati, negotiosam vitam appetunt, hoc tantum bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietosque conventus atque discursus, cum morte familiaritatem, quam quaerimus, faciant; deificari enim utrisque in otio licebat. Aut si hoc falsum est, ego sum omnium, ne dicam stultissimus, certe ignavissimus, cui nisi proveniat quaedam secura cessatio, sincerum illud bonum gustare atque amare non possum. Magna secessione a tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloriae, non superstitiosa credulitate fiat in homine, nihil timere. Hinc enim fit illud etiam solidum gaudium, nullis omnino laetitiis ulla ex particula conferendum.

3. Quod si in naturam humanam talis vita non cadit, ur aliquando evenit ista securitas? cur tanto evenit crebrius, quanto quisque in mentis penetralibus adorat Deum? cur in actu etiam humano plerunque ista tranquillitas manet, si ex illo adyto ad agendum quisque procedat? cur interdum et cum loquimur, mortem non formidamus, cum autem non loquimur, etiam cupimus? Tibi dico, non enim hoc cuilibet dicerem, tibi, inquam, dico, cujus itinera in superna bene novi, tune, cum expertus saepe sis quam dulce vivat, cum amori corporeo animus moritur, negabis tandem totam hominis vitam posse intrepidam fieri, ut rite sapiens nominetur? aut hanc affectionem, qua ratio nititur, tibi accidisse unquam, nisi cum in intimis tuis angeris , asserere audebis? Quae cum ita sint, restare unum vides, ut tu quoque in commune consulas, quo vivamus simul. Quid enim cum matre agendum sit, quam certe frater Victor non deserit, tu multo melius calles quam ego. Alia scribere, ne te ab ista cogitatione averterem, nolui.

Epistola XI.

Cur hominis susceptio Filio soli tribuitur, cum divinae personae sint inseparabiles.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Cum me vehementer agitaret quaestio, a te dudum cum quadam etiam familiari objurgatione proposita, quonam pacto una vivere possemus, et de hoc solo statuissem rescribere tibi, et rescripta flagitare, neque ad aliud aliquid, quod ad nostra studia pertinet, stilum avertere, ut inter nos istud ipsum terminaretur, cito me securum fecit recentis epistolae tuae brevissima et verissima ratio: propterea scilicet hinc non esse cogitandum, quia vel nos cum potuerimus ad te, vel tu cum potueris ad nos necessario venturus sis.

pero ni a los que son arrebatados a administraciones de este tipo por el amor al honor temporal, ni tampoco a los que, siendo personas privadas, desean una vida ajetreada, creo que se les conceda este bien tan grande de que, entre los ruidos y las inquietas asambleas y andanzas, logren esa familiaridad con la muerte que buscamos; pues a ambos se les permitía deificarse en el ocio. O si esto es falso, yo soy de todos, no diré el más necio, ciertamente el más perezoso, a quien, a menos que me sobrevenga un cierto cese seguro, no puedo gustar ni amar aquel bien sincero. Se necesita, créeme, un gran alejamiento del tumulto de las cosas que caen, para que no por dureza, ni por audacia, ni por deseo de gloria vana, ni por supersticiosa credulidad se produzca en el hombre el no temer a nada. Pues de aquí nace también aquel gozo sólido, que no se puede comparar en ninguna parte con ninguna alegría en absoluto.

3. Pero si tal vida no cabe en la naturaleza humana, ¿por qué sucede alguna vez esa seguridad? ¿por qué sucede tanto más frecuentemente cuanto cada uno adora a Dios en lo íntimo de su mente? ¿por qué en la misma acción humana permanece la mayoría de las veces esa tranquilidad, si cada uno procede de aquel santuario a actuar? ¿por qué a veces incluso cuando hablamos, no tememos a la muerte, y cuando no hablamos, incluso la deseamos? Te digo a ti, pues esto no se lo diría a cualquiera, a ti, digo, cuyos caminos hacia lo alto bien conozco, ¿negarás finalmente, habiendo experimentado a menudo cuán dulcemente vive el hombre cuando el alma muere al amor corpóreo, que toda la vida del hombre puede hacerse intrépida, de modo que justamente sea llamado sabio? ¿o te atreverás a afirmar que este afecto, en el cual se apoya la razón, te ha sucedido alguna vez, a no ser cuando te angustias en lo más íntimo? Siendo esto así, ves que queda una sola cosa, que tú también consultes en común para que vivamos juntos. Pues qué se deba hacer con tu madre, a quien ciertamente tu hermano Víctor no abandona, tú lo sabes mucho mejor que yo. No quise escribir otras cosas, para no apartarte de ese pensamiento.

Carta XI.

Por qué la asunción del hombre se atribuye solo al Hijo, siendo las personas divinas inseparables.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Cuando me agitaba vehementemente la cuestión, propuesta por ti hace tiempo incluso con un cierto reproche familiar, de qué manera podríamos vivir juntos, y yo había determinado responderte solo sobre esto y exigir respuestas, y no desviar la pluma hacia ninguna otra cosa que pertenece a nuestros estudios, para que aquello mismo se terminara entre nosotros, pronto me dejó tranquilo la brevísima y verísima razón de tu reciente carta: a saber, que por eso no hay que pensar en esto, porque o bien nosotros cuando podamos iremos a ti, o tú cuando puedas necesariamente vendrás a nosotros.

Hinc ergo, ut dixi, securus effectus consideravi omnes epistolas tuas, ut viderem quarum responsionum debitor sim. In quibus tam multas quaestiones reperi, ut etiamsi facile dissolvi possent, ipso acervo cujusvis ingenium otiumque superarent. Tam vero difficiles sunt, ut etsi una earum mihi esset imposita, non dubitarem me onustissimum confiteri. Hoc autem prooemium ad id valet, ut tantisper desinas nova quaerere, donec toto aere alieno liberemur, et de solo judicio tuo mihi rescribas. Quanquam scio quam sit adversum me, qui tuarum divinarum cogitationum vel tantisper particeps esse differo.

2. Accipe igitur quid mihi videatur de susceptione hominis mystica quam propter salutem nostram factam esse religio, qua imbuti sumus, credendum cognoscendumque commendat: quam quaestionem non facillimam omnium elegi, cui potissimum responderem. Illa namque quae de hoc mundo quaeruntur, nec satis ad beatam vitam obtinendam mihi videntur pertinere; et si aliquid afferunt voluptatis, cum investigantur, metuendum est tamen ne occupent tempus rebus impendendum melioribus. Quamobrem quod ad hoc pertinet susceptum in praesentia, prius miror te esse commotum cur non Pater sed Filius dicatur hominem suscepisse, sed etiam Spiritus sanctus. Nam ista Trinitas catholica fide ita inseparabilis commendatur et creditur, ita etiam a paucis sanctis beatisque intelligitur, ut quidquid ab ea fiet, simul fieri sit existimandum, et a Patre, et a Filio, et a Spiritu sancto: nec quidquam Patrem facere, quod non et Filius et Spiritus sanctus, nec quidquam Spiritum sanctum, quod non et Pater et Filius, nec quidquam Filium, quod non et Pater et Spiritus sanctus faciat. Ex quo videtur esse consequens, ut hominem Trinitas tota susceperit: nam si Filius suscepit, Pater autem et Spiritus sanctus non susceperunt, aliquid praeter invicem faciunt. Cur ergo in mysteriis et sacris nostris hominis susceptio Filio tributa celebratur? Haec est plenissima quaestio ita difficilis, et de re tam magna, ut nec sententia hic satis expedita, nec ejus probatio satis secura esse possit. Audeo tamen, siquidem ad te scribo, significare potius quid meus animus habeat, quam explicare; ut caetera pro ingenio tuo et familiaritate nostra, qua fit ut me optime noveris, per te ipse conjectes.

3. Nulla natura est, Nebridi, et omnino nulla substantia quae non in se habeat haec tria, et prae se gerat: primo ut sit deinde ut hoc vel illud sit, tertio ut in eo quod est maneat quantum potest. Primum illud causam ipsam naturae ostentat, ex qua sunt omnia; alterum, speciem per quam fabricantur, et quodammodo formantur omnia; tertium, manentiam quamdam, ut ita dicam, in qua sunt omnia.

Tranquilizado pues por esto, como dije, consideré todas tus cartas para ver de qué respuestas soy deudor. En las cuales encontré tantas cuestiones que, aunque pudieran disolverse fácilmente, por el montón mismo superarían el ingenio y el ocio de cualquiera. Pero son tan difíciles que, aunque se me impusiera una sola de ellas, no dudaría en confesarme cargadísimo. Pero este proemio vale para esto, para que dejes de preguntar cosas nuevas por un tiempo, hasta que seamos liberados de toda la deuda, y me escribas solo sobre tu juicio. Aunque sé cuánto va en mi contra, que difiero el ser partícipe de tus divinos pensamientos siquiera por un momento.

2. Recibe, pues, lo que me parece sobre la mística asunción del hombre, la cual la religión en que hemos sido imbuidos recomienda creer y conocer que se hizo para nuestra salvación: cuestión que no elegí como la más fácil de todas para responder preferentemente. Pues aquellas cosas que se preguntan sobre este mundo, no me parece que pertenezcan lo suficiente a la obtención de la vida bienaventurada; y si aportan algo de placer cuando se investigan, hay que temer sin embargo que ocupen el tiempo que debe emplearse en cosas mejores. Por lo cual, en lo que pertenece a esta asunción en el presente, primero me maravillo de que te hayas conmovido por qué no el Padre, sino el Hijo se dice que asumió al hombre, sino también el Espíritu Santo. Pues esa Trinidad se recomienda y se cree en la fe católica de tal modo inseparable, y así también es entendida por unos pocos santos y bienaventurados, que cualquier cosa que se hace por ella, debe pensarse que se hace simultáneamente tanto por el Padre, como por el Hijo, como por el Espíritu Santo: y que el Padre no hace nada que no hagan también el Hijo y el Espíritu Santo, ni el Espíritu Santo nada que no hagan también el Padre y el Hijo, ni el Hijo nada que no hagan también el Padre y el Espíritu Santo. De lo cual parece seguirse que toda la Trinidad asumió al hombre: pues si el Hijo asumió, pero el Padre y el Espíritu Santo no asumieron, hacen algo fuera de los otros. ¿Por qué pues en nuestros misterios y ritos sagrados se celebra la asunción del hombre atribuida al Hijo? Esta es una cuestión completísima, tan difícil y sobre cosa tan grande, que ni una sentencia aquí bastante expedita, ni su prueba bastante segura pueden ser posibles. Me atrevo sin embargo, puesto que te escribo a ti, a significar más bien lo que mi ánimo tiene que a explicarlo; para que tú mismo conjetures lo demás según tu ingenio y nuestra familiaridad, por la cual sucede que me conoces muy bien.

No hay naturaleza alguna, Nebridio, y absolutamente ninguna sustancia que no tenga en sí estas tres cosas y las manifieste: primero, que sea; luego, que sea esto o aquello; tercero, que permanezca en lo que es cuanto puede. Aquello primero muestra la causa misma de la naturaleza, de la cual son todas las cosas; lo segundo, la especie por la cual se fabrican y de algún modo se forman todas las cosas; lo tercero, una cierta permanencia, por así decirlo, en la cual están todas las cosas.

Quod si fieri potest ut aliquid sit, quod non hoc vel illud sit, neque in genere suo maneat; aut hoc quidem aut illud sit, sed non sit, neque in genere suo maneat quantum potest; aut in suo genere quidem pro ipsius sui generis viribus maneat, sed tamen nec sit, neque hoc vel illud sit: fieri etiam potest, ut in illa Trinitate aliqua persona praeter alias aliquid faciat. At si cernis necesse esse ut quidquid sit, continuo et hoc aut illud sit, et in suo genere maneat quantum potest, nihil tria illa praeter invicem faciunt. Video adhuc partem me egisse hujus quaestionis, qua fit difficilis solutio. Sed breviter tibi aperire volui, si tamen egi quod volui, quam subtiliter, et quanta veritate in Catholica intelligatur hujusce inseparabilitas Trinitatis.

4. Nunc accipe quomodo possit non movere animum illud quod movet. Species quae proprie Filio tribuitur, ea pertinet etiam ad disciplinam, et ad artem quamdam, si bene hoc vocabulo in his rebus utimur, et ad intelligentiam qua ipse animus rerum cogitatione formatur. Itaque quoniam per illam susceptionem hominis id actum est, ut quaedam nobis disciplina vivendi, et exemplum praecepti, sub quarumdam sententiarum majestate ac perspicuitate insinuaretur, non sine ratione hoc totum Filio tribuitur. In multis enim rebus quas cogitationi et prudentiae committo tuae, quamvis multa insint, aliquid tamen eminet, et ideo sibi proprietatem quamdam non absurde vindicat; velut in illis tribus generibus quaestionum, etiamsi quaeratur an sit, ibi est et quid sit, esse enim non potest profecto, nisi aliquid sit; ibi etiam, probandum improbandumve sit; quidquid enim est, nonnulla aestimatione dignum est: ita cum quaeritur quid sit, necesse est ut et sit, et aliqua aestimatione pendatur. Hoc modo etiam cum quaeritur quale sit, et aliquid est utique ita, cum sibi inseparabiliter juncta sunt omnia; nomen tamen quaestio non ex omnibus accipit, sed ut sese habuerit quaerentis intentio. Ergo disciplina hominibus est necessaria, qua imbuerentur, et qua ad modum formarentur. Non tamen idipsum quod per hanc disciplinam fit in hominibus, aut non esse possumus dicere, aut non appetendum; sed scire prius intendimus, et per quod conjiciamus aliquid, et in quo maneamus. Demonstranda igitur prius erat quaedam norma et regula disciplinae; quod factum est per illam suscepti hominis dispensationem quae proprie Filio tribuenda est, ut esset consequens et ipsius Patris, id est unius principii ex quo sunt omnia, cognitio per Filium, et quaedam interior et ineffabilis sua vitas atque dulcedo, in ista cognitione permanendi contemnendique omnia mortalia, quod donum et munus proprie Spiritui sancto tribuitur.

Pero si puede suceder que haya algo que no sea esto ni aquello, ni permanezca en su género; o bien sea esto o aquello, pero no sea, ni permanezca en su género cuanto puede; o bien permanezca en su género según las fuerzas de su propio género, pero sin embargo ni sea, ni sea esto o aquello: también puede suceder que en esa Trinidad alguna persona haga algo fuera de las otras. Pero si ves que es necesario que cualquier cosa que sea, sea al punto también esto o aquello, y permanezca en su género cuanto puede, nada hacen esas tres cosas fuera de las otras. Veo que todavía he tratado una parte de esta cuestión, por la cual se hace difícil la solución. Pero quise abrirte brevemente, si es que hice lo que quise, cuán sutilmente y con cuánta verdad se entiende en la Católica la inseparabilidad de esta Trinidad.

4. Ahora recibe cómo puede no mover al ánimo aquello que lo mueve. La especie que se atribuye propiamente al Hijo, esa pertenece también a la disciplina y a una cierta arte, si usamos bien este vocablo en estas cosas, y al entendimiento por el cual el ánimo mismo se forma por el pensamiento de las cosas. Y así, puesto que por aquella asunción del hombre se hizo que se nos insinuara una cierta disciplina de vivir y un ejemplo de precepto bajo la majestad y perspicuidad de algunas sentencias, no sin razón se atribuye todo esto al Hijo. Pues en muchas cosas que encomiendo a tu pensamiento y prudencia, aunque haya en ellas muchas cosas, algo sin embargo sobresale, y por ello no absurdamente reivindica para sí una cierta propiedad; como en aquellos tres géneros de cuestiones, aunque se pregunte si es, allí está también qué es, pues ciertamente no puede ser si no es algo; allí también, si debe ser probado o reprobado; pues cualquier cosa que es, es digna de alguna estimación: así, cuando se pregunta qué es, es necesario que también sea y sea pesado por alguna estimación. De este modo también cuando se pregunta cuál es, y algo es ciertamente así, cuando todas las cosas están inseparablemente unidas entre sí; sin embargo la cuestión no recibe el nombre de todas, sino según se haya tenido la intención del que pregunta. Por tanto, la disciplina es necesaria para los hombres, para que con ella se imbuyan y con ella se formen según una medida. No podemos sin embargo decir que eso mismo que se hace en los hombres por esta disciplina, o bien no es, o no debe ser deseado; sino que pretendemos saber primero tanto por qué conjeturamos algo como en qué permanecemos. Debía pues mostrarse primero una cierta norma y regla de disciplina; lo cual se hizo por aquella dispensación del hombre asumido que debe atribuirse propiamente al Hijo, para que fuera consecuente el conocimiento del Padre mismo, esto es, del único principio del cual son todas las cosas, por el Hijo, y una cierta interior e inefable suavidad y dulzura suya de permanecer en ese conocimiento y despreciar todas las cosas mortales, cuyo don y oficio se atribuye propiamente al Espíritu Santo.

Ergo cum agantur omnia summa communione et inseparabilitate, tamen distincte demonstranda erant propter imbecillitatem nostram, qui ab unitate in varietatem lapsi sumus. Nemo enim quemquam erigit ad id in quo ipse est, nisi aliquantum ad id, in quo est ille, descendat. Habes epistolam, non quae tuam curam de hac re finierit, sed quae cogitationes tuas certo fortasse aliquo fundamento inchoaverit; ut caetera ingenio quod mihi notissimum est, persequaris, et pietate cui maxime standum est, consequaris.

Epistola XII.

Quaestionem in superiore epistola perstrictam iterum tractandam suscipit.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Plures epistolas te scribis misisse quam accepimus; sed neque tibi possum non credere, neque mihi tu. Etsi enim rescribendo par esse non valeo; tamen non minore a me diligentia servantur litterae tuae, quam frequentantur abs te. Prolixiores autem nostras, non te amplius quam binas accepisse convenit inter nos; non enim misimus tertias. Sane recognitis exemplaribus animadverti quinque fere tuis rogationibus esse responsum; nisi quod una ibi quaestio quasi transeunter perstricta, quanquam non temere ingenio tuo commissa sit, non tamen fortasse satisfecit avaritiae tuae; quam refrenes aliquantulum opus est, et nonnulla compendia libenter feras. Ita plane ut si quidquam fraudo intelligentiam, dum sum parcus in verbis, nihil parcas mihi; sed tu jure, quo mihi valentius esset forte aliquid, si quidquam posset esse jucundius, totum quod debetur, efflagites. Hanc igitur epistolam numerabis inter minores epistolas meas, quam tibi, non sibi nihil mihi de acervo minuere. Non enim et tu mittis minores, quae non eumdem acervum augeant. Quare illud quod de Filio Dei quaeris, cur ipse potius dicatur hominem suscepisse, quam Pater, cum simul uterque sit, dignosces facillime si sermocinationum nostrarum quibus, ut potuimus (nam ineffabile quiddam est), quid sit Dei Filius quo conjuncti simus, recorderis. Quod ut hic breviter attingam, disciplina ipsa et forma Dei, per quam facta sunt omnia quae facta sunt, Filius nuncupatur. Quidquid autem per susceptum illum hominem gestum est, ad eruditionem informationemque nostram gestum est.

(Vacat 67 linearum spatium in Ms. codice Vaticano unde Epistola eruta est.)

Por tanto, aunque se hagan todas las cosas con la suma comunión e inseparabilidad, sin embargo debían mostrarse distintamente por nuestra debilidad, que de la unidad hemos caído en la variedad. Pues nadie levanta a nadie a aquello en lo que él mismo está, si no desciende algo a aquello en lo que está aquel. Tienes la carta, no para que termine tu cuidado sobre esta cosa, sino para que tal vez haya iniciado tus pensamientos sobre algún cimiento cierto; para que persigas lo demás con el ingenio que me es muy conocido, y lo consigas con la piedad en la que hay que apoyarse principalmente.

Carta XII.

Emprende tratar de nuevo la cuestión rozada en la carta anterior.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

1. Escribes que has enviado más cartas de las que hemos recibido; pero ni yo puedo no creerte a ti, ni tú a mí. Pues aunque no valga para ser igual en responder; sin embargo tus cartas son guardadas por mí con no menos diligencia de la que son frecuentadas por ti. Además, conviene entre nosotros que no has recibido más que dos de nuestras más largas; pues no hemos enviado una tercera. Ciertamente, revisadas las copias, advertí que se ha respondido a casi cinco de tus ruegos; excepto que una cuestión allí rozada como de pasada, aunque no temerariamente encomendada a tu ingenio, tal vez sin embargo no satisfizo tu avaricia; la cual es necesario que refrenes un poco y lleves de buen grado algunos compendios. De tal modo planea que si defraudo en algo a tu inteligencia mientras soy parco en palabras, no me perdones nada; sino que tú por derecho, por el cual tal vez algo sería para mí más valioso si algo pudiera ser más agradable, reclames todo lo que se debe. Por tanto, contarás esta carta entre mis cartas menores, la cual decidí para ti, no para sí, disminuir algo para mí del montón. Pues tampoco tú envías las menores que no aumenten el mismo montón. Por lo cual, aquello que preguntas sobre el Hijo de Dios, por qué se dice que Él mismo asumió al hombre más bien que el Padre, siendo ambos al mismo tiempo, lo reconocerás muy fácilmente si recordaras nuestras conversaciones por las cuales, como pudimos (pues es algo inefable), buscamos qué es el Hijo de Dios por el cual estamos unidos. Lo cual, para rozarlo aquí brevemente, la disciplina misma y forma de Dios por la cual fueron hechas todas las cosas que han sido hechas, se llama Hijo. Además, cualquier cosa que se hizo por aquel hombre asumido, se hizo para nuestra erudición e información.

(Queda un espacio de 67 líneas en blanco en el códice Vaticano de donde se extrajo la Carta.)

Epistola XIII.

Quaestionem de animae quodam corpore, ad se nihil pertinentem, rogat dimittant.

NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1. Usitata tibi scribere non libet, nova non licet. Alterum enim video tibi non convenire, alterum non mihi vacare. Nam ex quo abii abs te, nulla mihi opportunitas, nullum otium datum est ea quae inter nos quaerere solemus, agitandi atque versandi. Sunt quidem hiemales nimis longae noctes, nec a me totae dormiuntur; sed se objiciunt magis cogitanda cum otium est, quae diffirmando sunt otio necessaria. Quid ergo faciam? mutusne apud te, an tacitus sim? Neutrum vis, neutrum volo. Quare age, atque accipe quod de me excudere potuit ultimum noctis, quamdiu exsequebatur, quo haec epistola scripta est.

2. Necesse est te meminisse quod crebro inter nos sermone jactatum est, nosque jactavit anhelantes, atque aestuantes, de animae scilicet vel perpetuo quodam corpore, vel quasi corpore, quod a nonnullis etiam dici vehiculum recordaris. Quam rem certe, siquidem loco movetur, non esse intelligibilem, clarum est. Quidquid autem intelligibile non est, intelligi non potest. At quod intellectum fugit, si saltem sensum non refugit, aestimare inde aliquid verisimiliter non usquequaque denegatur. Quod vero neque intelligi neque sentiri potest, temerariam nimis atque nugatoriam gignit opinionem; et hoc de quo agimus tale est, si tamen est. Cur ergo, quaeso te, non nobis ad hanc quaestiunculam indicimus ferias, et nos totos imprecato Deo in summam serenitatem naturae summae viventis attollimus?

3. Hic forsitan dicas, quanquam corpora percipi nequeant, multa nos tamen ad corpus pertinentia intelligibiliter posse percipere, ut est quod novimus esse corpus. Quis enim neget, aut quis hoc verisimile potius quam verum esse fateatur? Ita cum ipsum corpus verisimile sit, esse tamen in natura tale quiddam verissimum est: ergo corpus sensibile, esse autem corpus intelligibile judicatur; non enim posset aliter percipi. Ita nescio quid illud, de quo quaerimus, corpus, quo inniti anima, ut de loco ad locum transeat, putatur, quanquam etiamsi non sensibus nostris, tamen quibusdam longe vegetioribus sensibile sit, utrum tamen sit, intelligibiliter cognosci potest.

Carta XIII.

Ruega que dejen la cuestión sobre un cierto cuerpo del alma, que nada les pertenece.

AGUSTÍN A NEBRIDIO.

Tu vero, frater dilectissime, qui nullo modo erras credendo vel sciendo, magnum bonum esse libenter Deo casteque servire, cum quemlibet hominum propterea diligis, quod hujus boni participem credis, tecum est fructus tuus, etiam si ille non ita sit. Quapropter tibi de hac re gratulandum est; illi autem, non si propterea diligitur, sed si talis est, qualem esse existimat a quo propterea diligitur. Quales itaque nos simus, quantumque in Deum promoverimus, ipse viderit, cujus non solum de hominis bono, sed de homine ipso non potest errare judicium. Tibi ad mercedem beatitudinis, quod ad hanc rem attinet, satis est, quod nos tales credens quales oportet esse servos Dei, toto sinu cordis amplecteris. Gratias vero tibi uberes agimus, quod nos cum laudas, tanquam tales simus, mirabiliter hortaris, ut tales esse cupiamus; uberiores etiam, si non solum te commendes orationibus nostris, sed etiam non praetermittas orare pro nobis. Gratior est enim Deo pro fratre deprecatio, ubi sacrificium charitatis offertur.

3. Parvulum tuum plurimum saluto, et secundum praecepta Domini salutaria opto grandescere. Domui quoque tuae unam fidem et devotionem veram, quae sola catholica est, provenire desidero et precor: in quam rem, si quam forte aliam nostram operam necessariam existimas, ne tibi vindicare dubites et communi domino fretus et jure charitatis. Illud sane admonuerim religiosissimam prudentiam tuam, ut timorem Dei non irrationabilem vel inseras infirmiori vasi tuo, vel nutrias, divina lectione gravique colloquio. Nemo enim fere sollicitus de statu animae suae, atque ob hoc sine pertinacia inquirendae voluntati Domini intentus est, qui bono demonstratore usus non dignoscat quid inter schisma quodlibet atque unam Catholicam intersit.

EPISTOLA XXI . Augustinus in presbyterum Hipponensem ordinatus, praesertim ad dispensandum verbum Dei, secumque reputans quam difficile sit sacerdotem pium agere, obsecrat Valerium ut patiatur ipsum in secessu precibus et studio hoc agere, ut sit idoneus imposito muneri.

Domino beatissimo et venerabili, in conspectu Domini sincera charitate charissimo patri VALERIO episcopo, AUGUSTINUS presbyter, in Domino salutem.

1. Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore, facilius et laetius, et hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur: sed nihil apud Deum miserius, et tristius, et damnabilius. Item nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo noster imperator jubet.

Pero tú, hermano carísimo, que de ningún modo yerras creyendo o sabiendo que es un gran bien servir a Dios libre y castamente, cuando amas a cualquiera de los hombres por eso, porque lo crees partícipe de este bien, contigo está tu fruto, aunque él no sea así. Por lo cual debes ser felicitado por este asunto; pero él, no si es amado por eso, sino si es tal cual es estimado por aquel por quien es amado por eso. Qué clase de personas seamos nosotros, pues, y cuánto hayamos progresado en Dios, Él mismo lo vea, cuyo juicio no puede errar no solo sobre el bien del hombre, sino sobre el hombre mismo. Para tu recompensa de bienaventuranza, en lo que a este asunto atañe, basta que creyéndonos tales cuales conviene que sean los siervos de Dios, nos abraces con todo el seno de tu corazón. Mas te damos abundantes gracias porque cuando nos alabas, como si fuéramos tales, nos exhortas admirablemente a que deseemos ser tales; más abundantes aún, si no solo te encomiendas a nuestras oraciones, sino que también no omites orar por nosotros. Pues es más grata a Dios la deprecación por el hermano donde se ofrece el sacrificio de la caridad.

3. Saludo mucho a tu pequeño, y deseo que crezca según los preceptos saludables del Señor. También deseo y ruego que una sola fe y verdadera devoción, que es la única católica, provenga a tu casa: para cuyo asunto, si juzgas necesaria alguna otra obra nuestra, no dudes en reclamarla para ti, apoyado tanto en el señor común como en el derecho de la caridad. Ciertamente amonestaría a tu religiosísima prudencia que, o insertes o nutras un temor de Dios no irracional en tu vaso más débil, con la lectura divina y la conversación grave. Pues casi nadie que esté solícito por el estado de su alma, y por esto atento a la voluntad del Señor que debe buscarse sin pertinacia, deja de distinguir, habiendo usado a un buen demostrador, qué hay entre cualquier cisma y la única Iglesia Católica.

CARTA XXI. Agustín, ordenado presbítero de Hipona, especialmente para dispensar la palabra de Dios, y considerando consigo mismo cuán difícil es actuar como un piadoso sacerdote, suplica a Valerio que le permita ocuparse en esto en el retiro mediante oraciones y el estudio, para ser idóneo para el cargo impuesto.

Al beatísimo y venerable padre, carísimo en la presencia del Señor con sincera caridad, el obispo VALERIO, AGUSTÍN presbítero, salud en el Señor.

1. Ante todo pido que tu religiosa prudencia considere que nada hay en esta vida, y máxime en este tiempo, más fácil y alegre y más aceptable a los hombres que el oficio de obispo, o de presbítero o de diácono, si se actúa de modo superficial y adulatorio: pero nada ante Dios más mísero y triste y condenable. Asimismo que nada hay en esta vida, y máxime en este tiempo, más difícil, laborioso y peligroso que el oficio de obispo, o de presbítero o de diácono; pero ante Dios nada más bienaventurado, si se milita de aquel modo que nuestro emperador manda.

Quis autem iste sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici: et eo tempore quo discere coeperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum (nam quid aliud existimem nescio), ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.

2. Sed arbitror Dominum meum propterea me sic emendare voluisse, quod multorum peccata nautarum, antequam expertus essem quid illic agitur, quasi doctior et melior reprehendere audebam. Itaque posteaquam missus sum in medium, tunc sentire coepi temeritates reprehensionum mearum; quanquam et antea periculosissimum judicarem hoc ministerium. Et hinc erant lacrymae illae quas me fundere in civitate, ordinationis meae tempore, nonnulli fratres animadverterunt, et nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt. Sed multo valde ac multo amplius expertus sum, quam putabam: non quia novos aliquos fluctus aut tempestates vidi quas ante non noveram, vel non audieram, vel non legeram, vel non cogitaveram; sed ad eas evitandas aut perferendas solertiam et vires meas omnino non noveram, et alicujus momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me, et rebus ipsis ostendere voluit meipsum mihi.

3. Quod si non damnando, sed miserando fecit, hoc enim spero certe vel nunc cognita aegritudine mea, debeo Scripturarum ejus medicamenta omnia perscrutari, et orando ac legendo agere, ut idonea valetudo animae meae, ad tam periculosa negotia tribuatur; quod ante non feci, quia et tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso vacationis tempore ad cognoscendas divinas Scripturas cogitaremus, et sic nos disponere vellemus, ut nobis otium ad hoc negotium posset esse. Et quod verum est, nondum sciebam quid mihi deesset ad tale opus, quale me nunc torquet et conterit. Quod si propterea in re ipsa didici quid sit homini necessarium, qui populo ministrat sacramentum et verbum Dei, ut jam non mihi liceat assequi quod me non habere cognovi: jubes ergo ut peream, pater Valeri! Ubi est charitas tua? certe diligis me? certe diligis ipsam Ecclesiam cui me sic ministrare voluisti? Et tamen certus sum quod et me et ipsam diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me noverim, qui tamen nec ipse me nossem, nisi experiendo didicissem.

4. Sed dicit fortasse Sanctitas tua; vellem scire quid desit instructioni tuae. Tam multa autem sunt, ut facilius possim enumerare quae habeam, quam quae habere desidero. Auderem enim dicere, scire me, et plena fide retinere quid pertineat ad salutem nostram. Sed hoc ipsum quomodo ministrem ad salutem aliorum, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant?

Cuál sea pues este modo, ni desde mi niñez ni desde mi adolescencia lo aprendí: y en aquel tiempo en que había empezado a aprender, se me hizo violencia, por el mérito de mis pecados (pues no sé qué otra cosa pensar), para que se me entregara el segundo lugar de los timones a mí, que no había sabido sostener el remo.

2. Pero juzgo que mi Señor quiso corregirme de este modo, porque me atrevía a reprender los pecados de muchos navegantes como más docto y mejor, antes de haber experimentado qué se hace allí. Por lo cual, después de que fui enviado al medio, entonces empecé a sentir las temeridades de mis reprensiones; aunque también antes juzgaba que este ministerio era peligrosísimo. Y de aquí eran aquellas lágrimas que algunos hermanos notaron que yo derramaba en la ciudad, en el tiempo de mi ordenación, y no conociendo las causas de mi dolor, me consolaron con los discursos que pudieron, los cuales no pertenecían en absoluto a mi herida, pero lo hicieron con buena intención. Pero he experimentado mucho, y muchísimo más de lo que pensaba: no porque haya visto algunas nuevas olas o tempestades que antes no conociera, o no hubiera oído, o no hubiera leído, o no hubiera pensado; sino que para evitarlas o soportarlas no conocía en absoluto mi destreza y mis fuerzas, y las juzgaba de algún momento. Pero el Señor se burló de mí, y quiso mostrarme a mí mismo por las cosas mismas.

3. Lo cual, si lo hizo no condenando sino compadeciendo, pues esto espero ciertamente incluso ahora conocida mi enfermedad, debo escudriñar todos los medicamentos de sus Escrituras, y actuar orando y leyendo, para que se me otorgue una salud idónea de mi alma para tan peligrosos negocios; lo cual no hice antes, porque tampoco tuve tiempo. Pues fui ordenado en aquel tiempo en que pensábamos en el tiempo mismo de vacación para conocer las divinas Escrituras, y queríamos disponernos de tal modo que pudiéramos tener ocio para este negocio. Y lo que es verdad, aún no sabía qué me faltaba para tal obra cual ahora me atormenta y desgasta. Pero si he aprendido en la cosa misma qué es necesario al hombre que ministra el sacramento y la palabra de Dios al pueblo, de modo que ya no me sea lícito alcanzar lo que he conocido que no tengo: ¡mandas pues que perezca, padre Valerio! ¿Dónde está tu caridad? ¿ciertamente me amas? ¿ciertamente amas a la Iglesia misma a la que quisiste que yo ministrara así? Y sin embargo estoy cierto de que nos amas a mí y a ella. Pero me juzgas idóneo, cuando yo me conozco mejor, quien sin embargo ni siquiera me habría conocido a mí mismo, si no lo hubiera aprendido experimentando.

4. Pero tal vez dice tu Santidad: querría saber qué falta a tu instrucción. Son tantas cosas, sin embargo, que más fácilmente puedo enumerar las que tengo que las que deseo tener. Pues me atrevería a decir que sé y retengo con fe plena lo que pertenece a nuestra salvación. Pero esto mismo, ¿cómo lo ministraré para la salvación de otros, no buscando lo que es útil para mí, sino lo que es para muchos, para que se salven?

Et sunt fortasse aliqua, imo non est dubitandum esse, in sanctis Libris conscripta consilia, quibus cognitis et apprehensis possit homo Dei rebus ecclesiasticis ordinatioribus ministrare, aut certe inter manus iniquorum vel vivere conscientia saniore, vel mori, ut illa vita non amittatur, cui uni christiana corda humilia et mansueta suspirant. Quomodo autem hoc fieri potest, nisi quemadmodum ipse Dominus dicit, petendo, quaerendo, pulsando; id est orando, legendo, plangendo? Ad quod negotium mihi parvum tempus velut usque ad Pascha impetrare volui per fratres a tua sincerissima et venerabili charitate, et nunc per has preces volo.

5. Quid enim responsurus sum Domino judici: Non poteram ista jam quaerere, cum ecclesiasticis negotiis impedirer? Si ergo mihi dicat: Serve nequam, si villa Ecclesiae calumniosum aliquem pateretur, cujus fructibus colligendis magna opera impenditur; neglecto agro quem rigavi sanguine meo, si quid agere pro ea posses apud judicem terrae, nonne omnibus consentientibus, nonnullis etiam jubentibus et cogentibus pergeres, et si contra te judicaretur, etiam trans mare proficiscereris: atque hoc modo vel annuam vel eo amplius absentiam tuam nulla querela revocaret, ne alius possideret terram, non animae sed corpori pauperum necessariam; quorum tamen famem vivae arbores meae multo facilius mihique gratius, si diligenter colerentur, explerent? Cur ergo ad discendam agriculturam meam vocationem temporis tibi defuisse causaris? Dic mihi quid respondeam, rogo te? An forte vis dicam: Senex Valerius dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit?

6. Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem et severitatem Christi, per misericordiam et judicium ejus, per eum qui tantam tibi inspiravit erga nos charitatem, ut ne te, nec pro lucro animae nostrae, audeamus offendere. Sic autem mihi Deum et Christum testem facis innocentiae et charitatis, et sinceri affectus quem circa nos habes, quasi ego non de his jurare omnibus possim. Ipsam ergo charitatem et affectum imploro, ut miserearis mei, et concedas mihi, ad hoc quod rogavi, tempus quantum rogavi, atque adjuves me orationibus tuis, et non sit inane desiderium meum, nec infructuosa Ecclesiae Christi atque utilitati fratrum et conservorum meorum absentia mea. Scio quod illam charitatem pro me orantem, maxime in tali causa, non despiciet Dominus; et eam sicut sacrificium suavitatis accipiens, fortassis breviore tempore quam postulavi, me saluberrimis consiliis de Scripturis suis reddet instructum.

Y hay tal vez algunos, más aún, no ha de dudarse que los hay, consejos escritos en los santos Libros, con los cuales conocidos y aprehendidos el hombre de Dios pueda ministrar los asuntos eclesiásticos más ordenadamente, o ciertamente vivir con una conciencia más sana entre las manos de los inicuos, o morir, de modo que no se pierda aquella vida por la cual sola suspiran los humildes y mansos corazones cristianos. ¿Cómo puede hacerse esto, sino del modo que el mismo Señor dice: pidiendo, buscando, llamando; esto es, orando, leyendo, llorando? Para cuyo negocio quise impetrar de tu sincerísima y venerable caridad un pequeño tiempo como hasta Pascua por medio de los hermanos, y ahora lo quiero por medio de estas súplicas.

5. Pues ¿qué voy a responder al Señor Juez: «No podía ya buscar aquellas cosas, estando impedido por los negocios eclesiásticos»? Si por tanto me dijera: «Siervo malvado, si una finca de la Iglesia sufriera a algún calumniador, para cuyos frutos recolectar se emplea un gran trabajo; descuidado el campo que regué con mi sangre, si pudieras hacer algo por él ante un juez de la tierra, ¿no irías, consintiendo todos, incluso mandándolo y obligándolo algunos, y si se juzgara contra ti, incluso partirías al otro lado del mar?: Y de este modo, o una ausencia anual o de más tiempo no sería revocada por ninguna queja, para que otro no poseyera la tierra, necesaria no para el alma sino para el cuerpo de los pobres; cuyo hambre, sin embargo, mis árboles vivos saciarían mucho más fácilmente y de modo más grato para mí, si fueran cultivados diligentemente, explerent?». ¿Por qué, pues, pretextas que te faltó tiempo de vacación para aprender mi agricultura? Dime qué responderé, te ruego. ¿O tal vez quieres que diga: «El anciano Valerio, habiendo creído que yo estaba instruido en todas las cosas, cuanto más me amó, tanto menos me permitió aprender estas cosas»?

6. Atiende a todas esas cosas, anciano Valerio, te ruego por la bondad y severidad de Cristo, por su misericordia y juicio, por aquel que te inspiró tanta caridad hacia nosotros, que no nos atrevemos a ofenderte, ni siquiera por el lucro de nuestra alma. Así pues, pones a Dios y a Cristo por testigos para mí de la inocencia y caridad y sincero afecto que tienes hacia nosotros, como si yo no pudiera jurar sobre todas estas cosas. Imploro pues esa caridad y afecto, para que te compadezcas de mí y me concedas, para esto que he rogado, el tiempo que he rogado, y me ayudes con tus oraciones, y no sea vano mi deseo, ni infructuosa para la Iglesia de Cristo y para la utilidad de mis hermanos y conservos mi ausencia. Sé que el Señor no despreciará a aquella caridad orando por mí, máxime en tal causa; y recibiéndola como sacrificio de suavidad, tal vez en más breve tiempo del que pedí, me devolverá instruido por consejos saludabilísimos de sus Escrituras.

EPISTOLA XXII . Augustinus presbyter, Aurelio Carthaginensi episcopo, deflens comessationes et ebrietates per Africam in coemeteriis et memoriis martyrum frequentari specie religionis: cui malo obtestatur ut mederi velit. Dolet subinde etiam contentionem et humanae laudis appetitum ab ipso Clericorum ordine non exsulare.

AURELIO episcopo, AUGUSTINUS presbyter.

Caput Primum.

Salutato Aurelio agit de comes sationibus ab ecclesia removendis.

1. Qua gratia responderem litteris Sanctitatis tuae cum diu haesitans non reperirem (omnia enim vicit affectus animi mei, quem jam sponte surgentem lectio epistolae tuae multo ardentius excitavit), commisi me tamen Deo, qui pro viribus meis operaretur in me, ut ea rescriberem quae utrique nostrum studio in Domino et cura ecclesiastica pro tua praestantia et mea obsecundatione congruerent. Atque illud primum, quod orationibus meis te adjuvari credis, non solum non defugio, verum etiam libenter amplector. Ita enim, etsi non meis, certe tuis, me Dominus noster exaudiet. Quod fratrem Alypium in nostra conjunctione mansisse, ut exemplo sit fratribus curas mundi hujus vitare cupientibus, benevolentissime accepisti, ago gratias, quas nullis verbis explicare possim: Dominus hoc rependat in animam tuam. Omnis itaque fratrum coetus, qui apud nos coepit coalescere, tanta tibi praerogativa obstrictus est, ut locis terrarum tantum longe disjunctis ita nobis consulueris tanquam praesentissimus spiritu. Quapropter precibus quantum valemus incumbimus, ut gregem tibi commissum tecum Dominus sustinere dignetur, nec te uspiam deserere, sed adesse adjutor in opportunitatibus, faciens cum Ecclesia sua misericordiam per sacerdotium tuum, qualem spirituales viri ut faciat, lacrymis eum gemitibusque interpellant.

2. Scias itaque, domine beatissime et plenissima charitate venerabilis, non desperare nos, imo sperare vehementer, quod Dominus et Deus noster per auctoritatem personae quam geris, quam non carni, sed spiritui tuo impositam esse confidimus, multas carnales foeditates et aegritudines quas Africana Ecclesia in multis patitur, in paucis gemit, consiliorum gravitate et tua possit sanare.

CARTA XXII. Agustín presbítero, al obispo Aurelio de Cartago, lamentando que las comilonas y embriagueces se frecuenten por África en los cementerios y memorias de los mártires bajo apariencia de religión: para cuyo mal le pide encarecidamente que quiera poner remedio. Se duele seguidamente de que también la contienda y el apetito de alabanza humana no estén ausentes del orden de los clérigos mismos.

Al obispo AURELIO, AGUSTÍN presbítero.

Capítulo Primero.

Saludado Aurelio, trata sobre la eliminación de las comilonas de la iglesia.

1. Con qué gracia respondería a las cartas de tu Santidad, no lo encontraba dudando por mucho tiempo (pues el afecto de mi ánimo lo venció todo, al cual ya surgiendo espontáneamente la lectura de tu epístola excitó con mucho más ardor), me encomendé sin embargo a Dios, para que obrase en mí según mis fuerzas, de modo que respondiera aquellas cosas que fueran congruentes al estudio en el Señor y al cuidado eclesiástico de ambos, por tu excelencia y mi obediencia. Y aquello primero, de que crees ser ayudado por mis oraciones, no solo no lo rehúyo, sino que verdaderamente incluso lo abrazo con gusto. Pues así, aunque no por las mías, ciertamente por las tuyas, nos escuchará nuestro Señor. Por haber aceptado benevolentísimamente que el hermano Alipio haya permanecido en nuestra unión, para que sea ejemplo a los hermanos que desean evitar los cuidados de este mundo, doy gracias que con ninguna palabra podría explicar: el Señor recompense esto en tu alma. Por tanto, toda la reunión de hermanos que ha empezado a aglutinarse entre nosotros, te está obligada por tanta prerrogativa que nos has consultado en lugares de las tierras tan alejados como si estuvieras presentísimo en espíritu. Por lo cual insistimos cuanto podemos en las preces, para que el Señor se digne sostener contigo la grey a ti encomendada, ni te abandone en ningún lugar, sino que asista como ayudador en las oportunidades, haciendo con su Iglesia misericordia por medio de tu sacerdocio, tal como los hombres espirituales le interpelan con lágrimas y gemidos para que la haga.

Sabe pues, señor beatísimo y venerable con plenísima caridad, que no desesperamos, sino que esperamos vehementemente que nuestro Señor y Dios, por la autoridad de la persona que ostentas, la cual confiamos que ha sido impuesta no a tu carne sino a tu espíritu, pueda sanar con la gravedad de los consejos y la tuya muchas fealdades carnales y enfermedades que la Iglesia africana padece en muchos, y en pocos gime.

Cum enim Apostolus tria breviter genera vitiorum detestanda et vitanda uno in loco posuerit, de quibus innumerabilium vitiorum exsurgit seges, unum horum quod secundo loco posuit, acerrime in Ecclesia vindicatur; duo autem reliqua, id est primum et ultimum, tolerabilia videntur hominibus, atque ita paulatim fieri potest, ut nec vitia jam putentur. Ait enim vas electionis: Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et dolo; sed induite vos Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis (Rom. XIII, 13, 14).

3. Horum ergo trium, cubilia et impudicitiae tam magnum crimen putantur, ut nemo dignus non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculavit : et recte omnino. Sed quare solum? Comessationes enim et ebrietates ita concessae et licitae putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martyrum, non solum per dies solemnes (quod ipsum quis non lugendum videat, qui haec non carnis oculis inspicit), sed etiam quotidie celebrentur. Quae foeditas si tantum flagitiosa et non etiam sacrilega esset, quibuscumque tolerantiae viribus sustentandam putaremus. Quanquam ubi est illud, quod cum multa vitia enumerasset idem apostolus, inter quae posuit ebriosos, ita conclusit, ut diceret cum talibus nec panem edere? (I Cor. V, 11). Sed feramus haec in luxu et labe domestica, et eorum conviviorum quae privatis parietibus continentur, accipiamusque cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur; saltem de sanctorum corporum sepulcris, saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. Quis enim audet vetare privatim, quod cum frequentatur in sanctis locis, honor martyrum nominatur?

4. Haec si prima Africa tentaret auferre a caeteris terris, imitatione digna esse deberet: cum vero et per Italiae maximam partem, et in aliis omnibus aut prope omnibus transmarinis Ecclesiis, partim quia nunquam facta sunt, partim quia vel orta vel inveterata, sanctorum et vere de vita futura cogitantium episcoporum diligentia et animadversione exstincta atque deleta sint, dubitamus quomodo possumus tantam morum labem, vel proposito tam late exemplo emendare? Et nos quidem illarum partium hominem habemus episcopum, unde magnas agimus gratias Deo: quanquam ejus modestiae atque lenitatis est, ejus denique prudentiae et sollicitudinis in Domino, ut etiamsi Afer esset, cito illi de Scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa et male libera consuetudo vulnus inflixit. Sed tanta pestilentia est hujus mali, ut sanari prorsus, quantum mihi videtur, nisi concilii auctoritate non possit.

Pues habiendo el Apóstol puesto brevemente tres géneros de vicios detestables y evitables en un solo lugar, de los cuales surge la mies de innumerables vicios, uno de estos, que puso en segundo lugar, se castiga acérrimamente en la Iglesia; pero los dos restantes, esto es, el primero y el último, parecen tolerables a los hombres, y así puede suceder paulatinamente que ya ni se consideren vicios. Dice pues el vaso de elección: No en comilonas y embriagueces, no en lechos e impudicias, no en contienda y dolo; sino revestíos del Señor Jesucristo, y no hagáis el cuidado de la carne en concupiscencias (Rom. XIII, 13, 14).

De estos tres, pues, los lechos y las impudicias se consideran tan gran crimen que nadie parece digno no ya del ministerio eclesiástico, sino incluso de la misma comunión de los sacramentos, que se haya manchado con ese pecado: y con toda razón. Pero ¿por qué solo ese? Pues las comilonas y embriagueces se consideran tan concedidas y lícitas que incluso en honor de los más bienaventurados mártires, no solo por los días solemnes (lo cual quién no verá digno de llanto, quien no inspeccione esto con ojos de carne), sino que incluso se celebran diariamente. Cuya fealdad, si solo fuera flagrante y no también sacrílega, pensaríamos que debía ser soportada con cualesquiera fuerzas de tolerancia. Aunque, ¿dónde está aquello de que habiendo enumerado muchos vicios el mismo apóstol, entre los cuales puso a los borrachos, concluyó así, que dijo que con tales ni comer pan? (I Cor. V, 11). Pero sobrellevemos esto en el lujo y la ruina doméstica, y en aquellos convites que se contienen entre paredes privadas, y recibamos con ellos el cuerpo de Cristo, con quienes se nos prohíbe comer pan; al menos de los sepulcros de los cuerpos de los santos, al menos de los lugares de los sacramentos, de las casas de oración sea alejado tan gran deshonor. Pues ¿quién se atreve a prohibir privadamente lo que, cuando se frecuenta en los lugares santos, se llama honor de los mártires?

4. Si África fuera la primera que intentara quitar estas cosas a las demás tierras, debería ser digna de imitación; pero cuando tanto por la mayor parte de Italia, como en todas o casi todas las demás Iglesias de ultramar, parte porque nunca se hicieron, parte porque habiendo surgido o envejecido, han sido extinguidas y borradas por la diligencia y reprensión de los obispos santos y que verdaderamente piensan en la vida futura, ¿dudamos cómo podemos corregir tan gran ruina de las costumbres, incluso propuesto tan amplio ejemplo? Y nosotros ciertamente tenemos por obispo a un hombre de aquellas partes, por lo cual damos grandes gracias a Dios: aunque es de tanta modestia y lenidad, de tanta finalmente prudencia y solicitud en el Señor, que aunque fuera africano, pronto se le persuadiría por las Escrituras de que debe remediarse lo que una costumbre licenciosa y mal libre infligió como herida. Pero tanta es la pestilencia de este mal, que no parece que pueda sanarse del todo, según me parece, sino por la autoridad de un concilio.

Aut si ab una ecclesia inchoanda est medicina; sicut videtur audaciae, mutare conari quod Carthaginensis Ecclesia tenet, sic magnae impudentiae est, velle servare quae Carthaginensis Ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus exsecrabatur?

5. Sed quod erat tunc dolendum nunc auferendum est; non aspere, sed sicut scriptum est, in spiritu lenitatis et mansuetudinis (Gal. VI, 1). Dant enim mihi fiduciam litterae tuae indices germanissimae charitatis, ut tecum tanquam mecum audeam colloqui. Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo quam jubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine: severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur . Ita prius movebuntur spirituales vel spiritualibus proximi, quorum auctoritate, et lenissimis quidem sed instantissimis admonitionibus caetera multitudo frangatur.

6. Sed quoniam istae in coemeteriis ebrietates et luxuriosa convivia, non solum honores martyrum a carnali et imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum; mihi videtur facilius illic dissuaderi posse istam foeditatem ac turpitudinem, si et de Scripturis prohibeatur, et oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adjuvare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosae, atque omnibus petentibus sine typho , et cum alacritate praebeantur: neque vendantur; sed si quis, pro religione aliquid pecuniae offerre voluerit, in praesenti pauperibus eroget . Ita nec deserere videbuntur memorias suorum, quod potest gignere non levem cordis dolorem, et id celebrabitur in Ecclesia quod pie et honeste celebratur. Haec interim de comessationibus et ebrietatibus dicta sint.

Caput II.

De contentione et laudis appetitu. Quomodo honor et laus à praelatis assumenda.

7. De contentione autem et dolo quid me attinet dicere, quando ista vitia non in plebe, sed in nostro numero graviora sunt? Horum autem morborum mater superbia est, et humanae laudis aviditas, quae etiam hypocrisim saepe generat.

O si la medicina ha de comenzarse por una sola iglesia; así como parece audacia intentar cambiar lo que la Iglesia cartaginesa mantiene, así es de gran impudicia querer conservar lo que la Iglesia cartaginesa corrigió. Mas para este asunto, ¿qué otro obispo sería de desear, sino aquel que siendo diácono ya execraba aquellas cosas?

5. Pero lo que era entonces de lamentar ahora debe quitarse; no ásperamente, sino como está escrito, en espíritu de lenidad y mansedumbre (Gál. VI, 1). Pues me dan confianza tus cartas, índices de una caridad germanísima, para que me atreva a hablar contigo como conmigo mismo. No pues ásperamente, según juzgo, no duramente se quitan esas cosas; más enseñando que mandando, más amonestando que amenazando. Pues así ha de actuarse con la multitud; pero la severidad ha de ejercerse en los pecados de unos pocos. Y si amenazamos con algo, hágase con dolor, conminando desde las Escrituras la venganza futura, para que no nosotros en nuestra potestad, sino Dios en nuestro sermón sea temido. Así primero se moverán los espirituales o los próximos a los espirituales, por cuya autoridad y amonestaciones, lenísimas por cierto pero instantísimas, se quebrante la restante multitud.

Pero ya que esas embriagueces y convites lujuriosos en los cementerios suelen ser creídos por la plebe carnal e ignorante no solo honores de los mártires, sino también consuelos de los muertos; me parece que allí puede disuadirse más fácilmente esa fealdad y torpeza si se prohíbe por las Escrituras, y las oblaciones por los espíritus de los que duermen, las cuales ha de creerse que verdaderamente ayudan en algo, no sean suntuosas sobre las memorias mismas, y se ofrezcan a todos los que las piden sin soberbia y con alegría; y no se vendan; sino que si alguien, por religión, quisiera ofrecer algo de dinero, lo erogue al momento a los pobres. Así ni parecerán abandonar las memorias de los suyos, lo cual puede engendrar un no leve dolor de corazón, y se celebrará en la Iglesia lo que se celebra piadosa y honestamente. Digase esto por ahora sobre las comilonas y embriagueces.

Capítulo II.

Sobre la contienda y el apetito de alabanza. Cómo han de ser asumidos el honor y la alabanza por los prelados.

7. De la contienda y el dolo, ¿qué me corresponde decir, cuando esos vicios son más graves no en la plebe, sino en nuestro número? La madre de estas enfermedades es la soberbia, y la avidez de alabanza humana, que también a menudo genera la hipocresía.

Huic non resistitur, nisi crebris divinorum Librorum testimoniis incutiatur timor et charitas Dei: si tamen ille qui hoc agit, seipsum praebeat patientiae atque humilitatis exemplum, minus sibi assumendo quam offertur; sed tamen ab eis qui se honorant nec totum nec nihil accipiendo, et id quod accipitur laudis aut honoris, non propter se qui totus coram Deo esse debet et humana contemnere, sed propter illos accipiatur quibus consulere non potest, si nimia dejectione vilescat. Ad hoc enim pertinet quod dictum est, Nemo juventutem tuam contemnat (I Tim. IV, 12); cum hoc ille dixerit, qui alio loco ait: Si hominibus placere vellem, Christi servus non essem (Gal. I, 10).

8. Magnum est de honoribus et laudibus hominum non laetari, sed et omnem pompam inanem praecidere, et si quid inde necessarium retinetur, id totum ad utilitatem honorantium salutemque conferre. Non enim frustra dictum est: Deus confringet ossa hominum placere volentium (Psal. LII, 6). Quid enim languidius, quid tam sine stabilitate ac fortitudine, quod ossa significant, quam homo quem male loquentium lingua debilitat, cum sciat falsa esse quae dicuntur? Cujus rei dolor nullo modo animae viscera dilaniaret, si non amor laudis ossa ejus confringeret. Praesumo de robore animi tui: itaque ista quae tecum confero, mihi dico; dignaris tamen, credo, mecum considerare quam sint gravia, quam difficilia. Non enim hujus hostis vires sentit, nisi qui ei bellum indixerit; quia si cuiquam facile est laude carere dum denegatur, difficile est ea non delectari cum offertur; et tamen tanta mentis in Deum debet esse suspensio, ut si non merito laudemur, corrigamus eos quos possumus; ne arbitrentur aut in nobis esse quod non est, aut nostrum esse quod Dei est, aut ea laudent quae quamvis non desint nobis, aut etiam supersint, nequaquam tamen sunt laudabilia; velut sunt bona omnia quae vel cum pecoribus habemus communia, vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur propter Deum, gratulemur eis quibus placet verum bonum; non tamen nobis quia placemus hominibus, sed si coram Deo tales sumus, quales nos esse credunt, et non tribuitur nobis, sed Deo, cujus dona sunt omnia quae vere meritoque laudantur. Haec mihi ipse canto quotidie, vel potius ille cujus salutaria praecepta sunt, quaecumque sive in divinis Lectionibus inveniuntur, sive quae intrinsecus animo suggeruntur; et tamen vehementer cum adversario dimicans, saepe ab eo vulnera capio, cum delectationem oblatae laudis mihi auferre non possum.

A esto no se resiste sino es con los frecuentes testimonios de los Libros divinos, incutiendo el temor y la caridad de Dios: si sin embargo el que hace esto se ofrece a sí mismo como ejemplo de paciencia y de humildad, asumiendo para sí menos de lo que se le ofrece; pero recibiendo de aquellos que le honran ni todo ni nada, y que aquello que se recibe de alabanza o de honor se reciba no por causa de sí mismo, quien debe estar totalmente ante Dios y despreciar las cosas humanas, sino por causa de aquellos a quienes no puede consultar si se envilece por una excesiva abyección. Pues a esto pertenece lo que fue dicho: Nadie desprecie tu juventud (I Tim. IV, 12); habiendo dicho esto aquel que en otro lugar dice: Si quisiera agradar a los hombres, no sería siervo de Cristo (Gál. I, 10).

8. Gran cosa es no alegrarse por los honores y las alabanzas de los hombres, sino también cortar toda pompa vana, y si algo necesario se retiene de ahí, conferirlo todo para la utilidad y salvación de los que honran. Pues no en vano fue dicho: Dios quebrantará los huesos de los que quieren agradar a los hombres (Sal. LII, 6). Pues ¿qué cosa más lánguida, qué cosa tan sin estabilidad ni fortaleza, que es lo que los huesos significan, que un hombre a quien la lengua de los que hablan mal debilita, cuando sabe que son falsas las cosas que se dicen? El dolor de este asunto de ningún modo desgarraría las entrañas del alma, si el amor de la alabanza no quebrantara sus huesos. Presumo de la fortaleza de tu ánimo: así pues, estas cosas que trato contigo, me las digo a mí mismo; te dignarás sin embargo, creo, considerar conmigo cuán graves son, cuán difíciles. Pues nadie siente las fuerzas de este enemigo sino aquel que le ha declarado la guerra; porque si para cualquiera es fácil carecer de alabanza mientras se le niega, es difícil no deleitarse con ella cuando se le ofrece; y sin embargo tanta debe ser la suspensión de la mente en Dios, que si no somos alabados merecidamente, corrijamos a aquellos que podamos; para que no juzguen o que hay en nosotros lo que no hay, o que es nuestro lo que es de Dios, o alaben aquellas cosas que aunque no nos falten, o incluso nos sobren, de ningún modo son laudables; como son todos los bienes que o tenemos en común con las fieras, o con los hombres impíos. Pero si somos alabados merecidamente por causa de Dios, felicitemos a aquellos a quienes agrada el verdadero bien; no sin embargo a nosotros porque agrademos a los hombres, sino si ante Dios somos tales cuales nos creen ser, y no se nos atribuye a nosotros, sino a Dios, cuyos dones son todas las cosas que verdadera y merecidamente son alabadas. Esto me canto a mí mismo diariamente, o más bien aquel cuyos preceptos saludables son, cualesquiera que se encuentran sea en las Lecturas divinas, sea las cosas que intrínsecamente se sugieren al ánimo; y sin embargo luchando vehementemente con el adversario, a menudo recibo heridas de él, cuando no puedo quitarme el deleite de la alabanza ofrecida.

9. Haec propterea scripsi, ut si tuae Sanctitati jam non sunt necessaria, sive quod plura hujusmodi ipse cogites atque utiliora, sive quod tuae Sanctitati medicina ista non opus sit, mala tamen mea nota sint tibi, sciasque unde pro mea infirmitate Deum rogare digneris: quod ut impensissime facias, obsecro per humanitatem illius qui praeceptum dedit ut invicem onera nostra portemus. Multa sunt quae de vita nostra et conversatione deflerem, quae nollem per litteras ad te venire, si inter cor meum et cor tuum ulla essent ministeria praeter os meum et aures tuas. Si autem venerabilis nobis omniumque nostrum tota sinceritate charissimus, cujus in te vere fraternam cum praesens essem benignitatem studiumque perspexi, senex Saturninus dignatus fuerit, quando opportunum videbitur, ad nos venire, quidquid cum ejus Sanctitate, et spirituali affectu colloqui potuerimus, aut nihil, aut non multum distabit, ac si cum tua Dignatione id ageremus. Quod ut nobiscum ab eo petere atque impetrare digneris, tantis precibus posco, quantis verba nulla sufficiunt. Absentiam enim meam tantum longe Hipponenses vehementer nimisque formidant, neque ullo modo mihi sic volunt credere, ut et ego videam agrum quem fratribus datum provisione et liberalitate tua didicimus, ante epistolam tuam, per sanctum fratrem et conservum nostrum Parthenium, a quo multa alia, quae audire desiderabamus, audivimus. Praestabit Dominus ut etiam caetera, quae adhuc desideramus, impleantur.

EPISTOLA XXIII . Augustinus Maximino episcopo donatistae, qui diaconum catholicum rebaptizasse dicebatur, ut aut fateatur factum, aut profiteatur se orthodoxum, invitans illum vel ad colloquium, vel ad rescribendum, ut concordia Ecclesiae sarciatur.

Domino dilectissimo et honorabili fratri MAXIMINO , AUGUSTINUS presbyter Ecclesiae catholicae, in Domino salutem.

1. Priusquam ad rem veniam de qua tuae Benevolentiae scribere volui, tituli hujus epistolae, ne vel te, vel alium quempiam moveat, rationem breviter reddam. Domino, scripsi, quia scriptum est: Vos in libertatem vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem servite invicem (Gal. V, 13). Cum ergo vel hoc ipso officio litterarum per charitatem tibi serviam, non absurde te dominum voco propter unum et verum Dominum nostrum qui nobis ista praecepit.

9. Estas cosas he escrito por esta razón: para que si ya no son necesarias a tu Santidad, sea porque tú mismo pienses más cosas de esta clase y más útiles, sea porque tu Santidad no necesite esa medicina, sin embargo mis males te sean conocidos, y sepas por qué cosa debas dignarte rogar a Dios por mi enfermedad: lo cual para que hagas con el mayor empeño, te suplico por la humanidad de aquel que dio el precepto de que llevemos unos las cargas de los otros. Muchas cosas hay que lamentaría de nuestra vida y conversación, las cuales no querría que llegaran a ti por carta, si entre mi corazón y el tuyo hubiera algunos ministerios además de mi boca y tus oídos. Pero si el venerable para nosotros y carísimo para todos nosotros con toda sinceridad, cuya benevolencia y estudio verdaderamente fraternales hacia ti percibí cuando estuve presente, el anciano Saturnino se dignara venir a nosotros cuando parezca oportuno, cualquier cosa que hayamos podido hablar con su Santidad y con afecto espiritual, o nada o no mucho diferirá de como si lo tratáramos con tu Dignación. Lo cual, que te dignes pedir e impetrar de él con nosotros, lo pido con tantas preces que no bastan palabras. Pues los hiponenses temen vehemente y excesivamente mi ausencia por tanto tiempo, ni de ningún modo quieren confiar en mí de tal modo que yo también vea el campo que hemos sabido que fue dado a los hermanos por tu provisión y liberalidad, antes de tu carta, por el santo hermano y conservo nuestro Partenio, de quien oímos muchas otras cosas que deseábamos oír. El Señor otorgará que también lo demás que todavía deseamos se cumpla.

CARTA XXIII. Agustín al obispo donatista Maximino, de quien se decía que había rebautizado a un diácono católico, para que o confiese el hecho o se profese ortodoxo, invitándolo o a un coloquio o a responder por escrito, para que se restaure la concordia de la Iglesia.

Al señor carísimo y honorable hermano MAXIMINO, AGUSTÍN presbítero de la Iglesia católica, salud en el Señor.

1. Antes de llegar al asunto sobre el cual quise escribir a tu Benevencia, daré brevemente la razón del título de esta epístola, para que no te mueva ni a ti ni a ningún otro. «Señor» escribí, porque está escrito: Vosotros habéis sido llamados a la libertad, hermanos, solo que no deis la libertad para ocasión de la carne, sino servíos unos a otros por la caridad (Gál. V, 13). Puesto que por tanto incluso por este mismo oficio de las letras te sirvo por la caridad, no absurdamente te llamo señor por causa de nuestro único y verdadero Señor que nos mandó estas cosas.

Dilectissimo autem quod scripsi, novit Deus quod non solum te diligam, sed ita diligam ut meipsum; quandoquidem bene mihi sum conscius bona me tibi optare quae mihi. Honorabili vero quod addidi, non ad hoc addidi, ut honorarem episcopatum tuum; mihi enim episcopus non es, neque hoc cum contumelia dictum acceperis; sed ex animo quo in ore nostro debet esse, Est, est, Non, non. Neque enim ignoras, aut quisquam hominum qui nos novit ignorat, neque te esse episcopum meum, neque me presbyterum tuum. Honorabilem igitur ex ea regula te libenter appello, qua novi te esse hominem, et novi hominem ad imaginem Dei et similitudinem factum, et in honore positum ipso ordine et jure naturae, si tamen intelligendo quae intelligenda sunt, servet honorem suum. Nam ita scriptum est: Homo in honore positus non intellexit; comparatus est jumentis insensatis, et similis factus est illis (Psal. XLVIII, 21). Cur ergo te honorabilem in quantum homo es non appellem, cum praesertim de tua salute atque correctione, quandiu in hac vita es, desperare non audeam? Fratrem vero ut vocem, non te latet praeceptum nobis esse divinitus, ut etiam eis qui negant se fratres nostros esse, dicamus, Fratres nostri estis; et hoc vehementer valet ad causam, propter quam scribere volui Fraternitati tuae. Jam enim reddita ratione cur epistolae talem januam fecerim, audi placidissime quae sequuntur.

2. Ego cum in ista regione consuetudinem hominum lugendam atque plangendam, qui cum christiano nomine glorientur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus verbis poteram detestarer non defuerunt laudatores tui, qui mihi dicerent te ista non facere. Fateor, primo non credidi. Deinde considerans posse fieri ut animam humanam de futura vita cogitantem Dei timor invaderet, ut se ab scelere apertissimo temperaret, gratulatus credidi, quod tali proposito ab Ecclesia catholica nolueris esse nimis alienus. Quaerebam sane occasionem loquendi tecum, ut si fieri posset, ea quae parva remanserat inter nos dissensio tolleretur; cum ecce ante paucos dies diaconum nostrum Mutugennensem te rebaptizasse nuntiatum est. Dolui vehementer, et illius miserabilem lapsum, et tuum, frater, inopinatum scelus. Novi enim quae sit Ecclesia catholica. Gentes sunt haereditas Christi, et possessio Christi termini terrae. Nostis et vos, aut si non nostis, advertite; facillime a volentibus sciri potest.

Por lo demás, que escribí «Carísimo», sabe Dios que no solo te amo, sino que te amo tanto como a mí mismo; puesto que ciertamente soy bien consciente de que deseo para ti los bienes que para mí. En verdad, que añadí «Honorable», no lo añadí para esto, para honrar tu episcopado; pues para mí no eres obispo, ni recibas esto como dicho con contumelia; sino desde el ánimo en el que debe estar en nuestra boca: «Sí, sí; No, no». Ni ignoras tú, ni ignora ninguno de los hombres que nos conoce, que ni tú eres mi obispo, ni yo soy tu presbítero. Honorable, por tanto, te llamo de buen grado por aquella regla por la que sé que eres hombre, y sé que el hombre fue hecho a imagen y semejanza de Dios, y puesto en honor por el mismo orden y derecho de la naturaleza, si sin embargo entendiendo lo que ha de ser entendido, conserva su honor. Pues así está escrito: El hombre puesto en honor no entendió; fue comparado a los jumentos insensatos y se hizo semejante a ellos (Sal. XLVIII, 21). ¿Por qué pues no te llamaría honorable en cuanto eres hombre, cuando máxime sobre tu salvación y corrección, mientras estés en esta vida, no me atreva a desesperar? «Hermano» en verdad que te llame, no se te oculta que se nos ha mandado divinamente que incluso a los que niegan ser hermanos nuestros, digamos: «Hermanos nuestros sois»; y esto vale vehemente para la causa por la cual quise escribir a tu Fraternidad. Ya pues dada la razón de por qué hice tal puerta a la epístola, escucha con toda calma lo que sigue.

2. Yo, cuando en esa región detestaba con las palabras que podía la costumbre lamentable y digna de llanto de los hombres que, aunque se glorían en el nombre cristiano, no dudan en rebautizar a los cristianos, no faltaron quienes te alababan y me decían que tú no hacías esas cosas. Lo confieso, al principio no lo creí. Luego, considerando que podía suceder que el temor de Dios invadiera un alma humana que piensa en la vida futura, para que se contuviera de un crimen tan manifiesto, me alegré y lo creí, porque con tal propósito no habías querido ser demasiado ajeno a la Iglesia católica. Buscaba ciertamente una ocasión de hablar contigo para que, si pudiera hacerse, se eliminaran aquellas cosas que como una pequeña disensión quedaban entre nosotros; cuando he aquí que hace pocos días se anunció que habías rebautizado a nuestro diácono de Mutugenna. Me dolí vehementemente, tanto por su miserable caída como por tu inesperado crimen, hermano. Pues conozco qué es la Iglesia católica. Las gentes son la herencia de Cristo, y la posesión de Cristo los confines de la tierra. Lo sabéis también vosotros, o si no lo sabéis, atended; puede saberse facilísimamente por los que quieren.

Rebaptizare igitur haereticum hominem, qui haec sanctitatis signa perceperit quae christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est. Tamen non adeo credens, quia de te mihi bene persuasum tenebam, Mutugennam ipse perrexi; et eum quidem miserum videre non potui, a parentibus vero ejus audivi quod vester jam etiam diaconus factus sit. Et tamen tam bene adhuc de tuo corde sentio, ut eum rebaptizatum esse non credam.

3. Quare te, frater dilectissime, per divinitatem et humanitatem Domini nostri Jesu Christi obsecro, ut rescribere mihi digneris quid gestum sit, et sic rescribere, ut noveris me in Ecclesia fratribus nostris epistolam tuam velle recitare. Quod ideo scripsi, ne cum id postea facerem quod me non sperares esse facturum, offenderem Charitatem tuam, et justam de me apud communes amicos querelam deponeres. Quid ergo te impediat ad rescribendum, non video. Si enim rebaptizas, nihil est quod homines de tuo collegio formides, cum id te rescripseris facere quod te illi facere etiamsi nolles juberent. Cum autem id quantis potueris documentis faciendum esse defenderis, non solum non succensebunt, sed etiam praedicabunt. Si autem non rebaptizas, arripe libertatem christianam, frater Maximine, arripe, quaeso te; non cujusquam hominis, in contemplatione Christi, aut reprehensionem verearis, aut exhorreas potestatem. Transit honor hujus saeculi, transit ambitio. In futuro Christi judicio, nec absidae gradatae, nec cathedrae velatae, nec sanctimonialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi coeperint accusare conscientiae, et conscientiarum arbiter judicare. Quae hic honorant, ibi onerant; quae hic relevant, ibi gravant. Ista quae pro tempore propter Ecclesiae utilitatem honori nostro exhibentur, defendentur forte bona conscientia; defendere autem non poterunt malam.

4. Quod ergo tam pio et tam religioso animo facis, si tamen facis, ut Ecclesiae catholicae baptismum non iteres, sed approbes potius tanquam unius verissimae matris, quae omnibus gentibus, et regenerandis praebet sinum, et regeneratis ubera infundit, tanquam unius possessionis Christi, sese usque ad terrae terminos porrigentis; si hoc vere facis, cur non erumpis in exsultantem et liberam vocem? cur lucernae tuae tam utilem splendorem premis sub modio? Cur non discissis atque abjectis veteribus pellibus timidae servitutis, christiana potius indutus fiducia exis et dicis: Ego unum baptismum novi, Patris et Filii et Spiritus sancti nomine consecratum atque signatum? hanc formam ubi invenio necesse est ut approbem; non destruo quod dominicum agnosco, non exsufflo vexillum regis mei. Vestem Christi et qui diviserunt, non violaverunt (Joan. XIX, 24); et illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morientem videbant.

Rebaptizar, por tanto, a un hombre herético que haya percibido estos signos de santidad que la disciplina cristiana transmitió, es totalmente un pecado; pero rebautizar a un católico es un crimen monstruoso. Sin embargo, no creyéndolo del todo, porque me tenía por bien persuadio de ti, me dirigí yo mismo a Mutugenna; y ciertamente no pude ver a aquel miserable, pero oí de sus padres que ya incluso ha sido hecho diácono vuestro. Y sin embargo, todavía pienso tan bien de tu corazón, que no creo que haya sido rebautizado.

3. Por lo cual te suplico, hermano carísimo, por la divinidad y humanidad de nuestro Señor Jesucristo, que te dignes responderme qué se ha hecho, y responderme de tal modo que sepas que quiero recitar tu epístola en la Iglesia ante nuestros hermanos. Lo cual escribí por esta razón: para que cuando hiciera después aquello que tú no esperabas que yo fuera a hacer, no ofendiera a tu Caridad y presentaras una justa queja sobre mí ante los amigos comunes. Qué te impida, pues, responder, no lo veo. Pues si rebautizas, nada hay que temas de los hombres de tu colegio, cuando hayas respondido que haces aquello que ellos te mandarían hacer aunque no quisieras. Mas cuando hayas defendido que debe hacerse con cuantos documentos pudieras, no solo no se indignarán sino que incluso lo pregonarán. Pero si no rebautizas, toma la libertad cristiana, hermano Maximino, tómala, te ruego; no temas ante la contemplación de Cristo la reprensión de hombre alguno, ni te horrorice su potestad. Pasa el honor de este mundo, pasa la ambición. En el futuro juicio de Cristo, ni los ábsides escalonados, ni las cátedras veladas, ni los rebaños de monjas que salen al encuentro y cantan se emplearán para la defensa, donde empiecen a acusar las conciencias y el Árbitro de las conciencias a juzgar. Las cosas que aquí honran, allí cargan; las que aquí alivian, allí pesan. Estas cosas que por el tiempo, a causa de la utilidad de la Iglesia, se exhiben para nuestro honor, se defenderán tal vez con una buena conciencia; pero no podrán defender una mala.

4. Lo que por tanto haces con ánimo tan piadoso y religioso, si es que lo haces, de no reiterar el bautismo de la Iglesia católica, sino más bien aprobarlo como de una sola y verdaderísima madre, que a todas las gentes ofrece su seno para los que han de ser regenerados, e infunde sus pechos para los regenerados, como de una sola posesión de Cristo que se extiende hasta los confines de la tierra; si verdaderamente haces esto, ¿por qué no prorrumpes en una voz de júbilo y libertad? ¿por qué ocultas bajo el celemín el esplendor tan útil de tu lámpara? ¿Por qué, rotas y arrojadas las viejas pieles de la tímida servidumbre, no sales más bien vestido de confianza cristiana y dices: «Yo conozco un solo bautismo, consagrado y sellado en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo»? Donde encuentro esta forma es necesario que la apruebe; no destruyo lo que reconozco como del Señor, no soplo contra el estandarte de mi rey. El vestido de Cristo ni quienes lo dividieron lo violaron (Jn. XIX, 24); y ellos todavía habían creído que Cristo no iba a resucitar, sino que lo veían muriendo.

Si a persecutoribus vestis non conscissa est pendentis in cruce, cur a Christianis destruitur sacramentum sedentis in coelo? Si veteris populi temporibus Judaeus essem, quando aliud esse melius non possem, accepissem utique circumcisionem. Quod signaculum justitiae fidei tantum illo tempore valuit, antequam Domini evacuaretur adventu, ut infantem filium Moysi Angelus praefocasset, nisi mater arrepto calculo circumcidisset puerum, et hoc sacramento imminentem perniciem depulisset (Exod. IV, 24, 25). Hoc sacramentum etiam Jordanem fluvium refrenavit, et reduxit in fontem. Hoc sacramentum ipse Dominus, quamvis evacuaverit crucifixus, tamen natus accepit. Non enim signacula illa damnata sunt, sed succedentibus opportunioribus decesserunt. Nam sicut circumcisionem abstulit Domini primus adventus, sic Baptismum auferet secundus adventus. Sicut enim nunc posteaquam venit libertas fidei, et remotum est servitutis jugum, nullus christianus circumciditur carne; sic tunc regnantibus justis cum Domino, damnatisque impiis, nemo baptizabitur, sed illud quod ista praefigurant, id est circumcisio cordis, et munditia conscientiae manebit in aeternum. Si ergo illo tempore Judaeus essem, et veniret ad me Samaritanus, velletque, illo errore derelicto quem etiam Dominus improbavit dicens, Vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus, quoniam salus ex Judaeis est (Joan. IV, 22): vellet ergo Samaritanus, quem Samaritani circumciderant, fieri Judaeus, vacaret certe iterationis audacia, et id quod apud haeresim factum erat, quod praeceperat Deus, non repetere sed approbare cogeremur. Quod si in carne circumcisi hominis non invenirem locum ubi circumcisionem repeterem, quia unum est illud membrum; multo minus invenitur locus in uno corde, ubi baptismus Christi repetatur. Ideo qui duplicare Baptismum vultis, necesse est omnino ut corda duplicia requiratis.

5. Clama ergo recte te facere, si non rebaptizas; et non solum sine trepidatione, sed etiam cum gaudio mihi inde rescribe. Nulla te tuorum concilia, frater, exterreant. Si enim hoc eis displicuerit, non sunt digni qui te habeant; si autem placuerit, credimus de misericordia Domini, qui timentes sibi displicere, et conantes placere nunquam deserit, quod inter vos et nos cito pax erit: ne propter honores nostros, de qua sarcina periculosa ratio reddetur, miserae plebes credentes in Christum habeant in domibus suis communes cibos, et mensam Christi communem habere non possint.

Si por los perseguidores no fue rasgada la túnica del que colgaba en la cruz, ¿por qué por los cristianos es destruido el sacramento del que está sentado en el cielo? Si en los tiempos del pueblo antiguo yo fuera judío, cuando no pudiera ser otra cosa mejor, habría recibido ciertamente la circuncisión. Aquel sello de la justicia de la fe tanto valió en aquel tiempo, antes de que fuera evacuado por el advenimiento del Señor, que un Ángel habría sofocado al hijo pequeño de Moisés, si la madre, arrebatando una piedra, no hubiera circuncidado al niño, y con este sacramento no hubiera alejado la perdición inminente (Éx. IV, 24, 25). Este sacramento también refrenó el río Jordán y lo hizo volver a su fuente. Este sacramento el mismo Señor, aunque lo evacuó crucificado, sin embargo lo recibió al nacer. Pues aquellos sellos no fueron condenados, sino que al suceder cosas más oportunas, cesaron. Pues así como el primer advenimiento del Señor quitó la circuncisión, así el segundo advenimiento quitará el Bautismo. Pues así como ahora, después de que vino la libertad de la fe y fue quitado el yugo de la servidumbre, ningún cristiano es circuncidado en la carne; así entonces, reinando los justos con el Señor y condenados los impíos, nadie será bautizado, sino que aquello que esas cosas prefiguran, esto es, la circuncisión del corazón y la limpieza de la conciencia, permanecerá para la eternidad. Si por tanto en aquel tiempo yo fuera judío, y viniera a mí un samaritano y quisiera, abandonado aquel error que también el Señor reprobó diciendo: «Vosotros adoráis lo que no sabéis; nosotros adoramos lo que sabemos, porque la salvación viene de los judíos» (Jn. IV, 22): si quisiera pues el samaritano, a quien los samaritanos habían circuncidado, hacerse judío, ciertamente no habría lugar para la audacia de la reiteración, y aquello que se había hecho en la herejía, que Dios había mandado, nos veríamos obligados no a repetirlo sino a aprobarlo. Que si en la carne de un hombre circuncidado no encontrara lugar donde repitiera la circuncisión, porque uno solo es aquel miembro; mucho menos se encuentra lugar en un solo corazón donde se repita el bautismo de Cristo. Por tanto, los que queréis duplicar el Bautismo, es totalmente necesario que busquéis corazones dobles.

5. Clama, pues, que haces rectamente si no rebautizas; y respóndeme sobre ello desde allí no sólo sin trepidación, sino también con alegría. Que ningún concilio de los tuyos, hermano, te aterre. Pues si esto les despluguiere, no son dignos de tenerte; pero si les pluguiere, creemos por la misericordia del Señor, que nunca desampara a los que temen desplacerle y se esfuerzan por placerle, que pronto habrá paz entre vosotros y nosotros: para que por causa de nuestros honores, de cuya carga peligrosa se habrá de rendir cuenta, las míseras plebes que creen en Cristo no tengan en sus casas comidas comunes y no puedan tener común la mesa de Cristo.

Nonne ingemiscimus quod vir et uxor, ut fideliter conjungant corpora sua, jurant sibi plerumque per Christum, et ipsius corpus Christi diversa communione dilaniant? Hoc tantum scandalum, tantus diaboli triumphus, tanta pernicies animarum, si per tuam modestiam, et prudentiam, et dilectionem quam debemus ei qui pro nobis suum sanguinem fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit; quis explicet verbis quam tibi palmam praeparet Dominus, ut ad caetera membra sananda, quae per totam Africam tabefacta miserabiliter jacent, a te proficiscatur tam imitabile medicinae documentum? Quam vereor, quoniam cor meum videre non potes, ne tibi cum insultatione potius quam cum dilectione loqui videar! Sed certe amplius quid faciam non invenio, nisi ut inspiciendum sermonem meum tibi offeram, animum Deo.

6. Tollamus de medio inania objecta, quae a partibus imperitis jactari contra invicem solent; nec tu objicias tempora Macariana, nec ego saevitiam Circumcellionum: si hoc ad te non pertinet, nec illud ad me. Area dominica nondum ventilata est; sine paleis esse non potest. Nos oremus, atque agamus quantum possumus, ut frumentum simus. Ego de rebaptizato diacono nostro silere non possum: scio enim quam mihi silentium perniciosum sit. Non enim cogito in ecclesiasticis honoribus tempora ventosa transigere, sed cogito me principi pastorum omnium rationem de commissis ovibus redditurum. Si forte nolles ut haec tibi scriberem, oportet te, frater, ignoscere timori meo. Multum enim timeo ne me tacente et dissimulante, alii quoque rebaptizentur a vobis. Decrevi ergo, quantum vires et facultatem Dominus deignatur, causam istam sic agere, ut pacincis collationibus nostris omnes qui nobis communicant, noverint ab haeresibus aut schismatibus quantum catholica distet Ecclesia, et quantum sit cavenda pernicies vel zizaniorum vel praecisorum de vite Domini sarmentorum. Quam collationem mecum si libenti animo susceperis, ut concordibus nobis amborum litterae populis recitentur, ineffabili exsultabo laetitia. Si autem id aequo animo non accipis, quid faciam, frater, nisi ut te quoque invito epistolas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? Quod si rescribere dignatus non fueris, vel meas legere decrevi, ut saltem diffidentia vestra cognita rebaptizari erubescant.

7. Neque id agam cum miles praesens est, ne quis vestrum arbitretur tumultuosius me agere voluisse, quam ratio pacis desiderat; sed post abscessum militis, ut omnes qui nos audiunt intelligant non hoc esse propositi mei ut inviti homines ad cujusquam communionem cogantur, sed ut quietissime quaerentibus veritas innotescat. Cessabit a nostris partibus terror temporalium potestatum: cesset etiam a vestris partibus terror congregatorum Circumcellionum.

¿No gemimos porque el marido y la mujer, para unir fielmente sus cuerpos, se juran mutuamente muchas veces por Cristo, y despedazan el mismo cuerpo de Cristo con diversa comunión? Este tan grande escándalo, tanto triunfo del diablo, tanta perdición de las almas, si por tu modestia, prudencia y el amor que debemos a aquel que por nosotros derramó su sangre, fuera quitado de en medio en estas regiones; ¿quién explicaría con palabras qué palma te prepara el Señor, para que para sanar a los demás miembros, que yacen miserablemente consumidos por toda África, parta de ti tan imitable ejemplo de medicina? ¡Cuánto temo, ya que no puedes ver mi corazón, que te parezca que hablo con insulto más que con amor! Pero ciertamente no encuentro qué más hacer, sino ofrecerte mi sermón para que sea inspeccionado, y mi alma a Dios.

6. Quitemos de en medio las vanas objeciones que suelen lanzarse mutuamente las partes inexpertas; ni tú objetes los tiempos macarianos, ni yo la crueldad de los Circunceliones: si esto no te pertenece a ti, tampoco aquello a mí. La era del Señor aún no ha sido aventada; no puede estar sin paja. Oremos y hagamos cuanto podemos para ser trigo. Yo no puedo callar sobre nuestro diácono rebautizado: pues sé cuán pernicioso me es el silencio. Pues no pienso pasar tiempos de viento en los honores eclesiásticos, sino que pienso que he de rendir cuenta al príncipe de todos los pastores por las ovejas encomendadas. Si acaso no quisieras que yo te escribiera estas cosas, te conviene, hermano, perdonar mi temor. Pues temo mucho que, callando y disimulando yo, otros también sean rebautizados por vosotros. He decretado, pues, cuanto el Señor se digna prestar de fuerzas y facultad, tratar esta causa de tal modo que, por nuestras pacíficas conferencias, todos los que nos comunican conozcan cuánto dista de las herejías o los cismas la Iglesia católica, y cuánto se ha de evitar la perdición o de la cizaña o de los sarmientos cortados de la vid del Señor. Conferencia que si recibieres de mí con ánimo de buena voluntad, para que, estando nosotros en concordia, las cartas de ambos sean recitadas a los pueblos, exultaré con inefable alegría. Pero si no recibes esto con ánimo sereno, ¿qué haré, hermano, sino leer nuestras cartas al pueblo católico aun contra tu voluntad, para que pueda estar más instruido? Que si no te dignares responder, he decretado leer al menos las mías, para que, conocida vuestra falta de confianza, al menos se avergüencen de ser rebautizados.

7. Ni haré esto mientras el soldado esté presente, para que ninguno de vosotros piense que he querido actuar más tumultuosamente de lo que desea la razón de la paz; sino después de la partida del soldado, para que todos los que nos oyen entiendan que no es este mi propósito, que hombres involuntarios sean compelidos a la comunión de nadie, sino que la verdad se dé a conocer a quienes la buscan con la mayor quietud. Cesará de nuestras partes el terror de las potestades temporales: cese también de vuestras partes el terror de los Circunceliones congregados.

Re agamus, ratione agamus, divinarum Scripturarum auctoritatibus agamus, quieti atque tranquilli quantum possumus petamus, quaeramus, pulsemus, ut accipiamus et inveniamus, et aperiatur nobis, ne forte fieri possit, ut adjuvante Domino concordes conatus et orationes nostras, tanta deformitas atque impietas Africanarum regionum de nostris terris incipiat aboleri. Si non credis post discessum militum me velle agere, post discessum militum tu rescribe. Si enim ego praesente milite litteras meas legere populo voluero, prolata epistola mea demonstrabit me fidei violatorem. Quod misericordia Domini avertat a moribus atque instituto meo, quod mihi per jugum suum inspirare dignatus est.

8. Episcopus meus Benevolentiae tuae fortasse potius litteras misisset, si esset praesens, aut ego illo vel jubente vel permittente scripsissem. Sed illo absente cum diaconi rebaptizatio recens esse dicitur, frigescere actionem ipsam dilatione non passus sum, de fraterna et vera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus. Quem dolorem meum adjuvante misericordia et providentia Domini, pacis fortasse compensatio lenitura est. Deus et Dominus noster tibi mentem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

EPISTOLA XXIV . Paulinus Alypio episcopo de libris Augustini quos recepit, excusans quod serius miserit ad illum Eusebii Chronica. Cupit edoceri de genere et vita Alypii: ipse vicissim de se nonnulla aperiens. Panem unum dono mittit.

Domino merito honorabili, et beatissimo patri ALYPIO, PAULINUS et THERASIA peccatores.

1. Haec est vera charitas, haec perfecta dilectio, quam tibi circa humilitatem nostram inesse docuisti, domine vere sancte, et merito beatissime ac desiderabilis. Accepimus enim per hominem nostrum Julianum de Carthagine revertentem, litteras tantam nobis Sanctitatis tuae lucem afferentes, ut nobis charitatem tuam non agnoscere, sed recognoscere videremur. Quia videlicet ex illo, qui nos ab origine mundi praedestinavit sibi, charitas ista manavit, in quo facti sumus antequam nati, quia ipse fecit nos, et non ipsi nos (Psal. XCIX, 3), qui fecit quae futura sunt. Hujus igitur praescientia et opere formati in similitudinem voluntatum et unitatem fidei vel unitatis fidem praeveniente notitiam charitate connexi sumus, ut nos invicem ante corporales conspectus revelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaque et gloriamur in Domino, qui unus atque idem ubique terrarum operatur in suis dilectionem suam Spiritu sancto, quem super omnem carnem effudit, fluminis impetu laetificans civitatem suam.

Actuemos por la realidad, actuemos por la razón, actuemos por las autoridades de las divinas Escrituras, quietos y tranquilos cuanto podemos pidamos, busquemos, llamemos, para que recibamos y hallemos, y se nos abra, no sea que acaso pueda ser que, ayudando el Señor a nuestros concordes esfuerzos y oraciones, tanta deformidad e impiedad de las regiones africanas empiece a ser abolida de nuestras tierras. Si no crees que yo quiera actuar después de la partida de los soldados, responde tú después de la partida de los soldados. Pues si yo, presente el soldado, quisiera leer mis cartas al pueblo, mi epístola presentada demostrará que soy un violador de la fe. Lo cual la misericordia del Señor aparte de mis costumbres e instituto, que se dignó inspirarme por su yugo.

8. Mi obispo tal vez habría enviado más bien cartas a tu Benevolencia si estuviera presente, o yo habría escrito mandándolo o permitiéndolo él. Pero estando él ausente, como se dice que la rebautización del diácono es reciente, no he permitido que la acción misma se enfriara por la dilación, excitado por los aguijones de un amarguísimo dolor por una fraterna y verdadera muerte. Dolor mío que, ayudando la misericordia y providencia del Señor, tal vez la compensación de la paz ha de suavizar. Nuestro Dios y Señor se digne inspirarte una mente pacificada, señor amadísimo hermano.

EPÍSTOLA XXIV. Paulino al obispo Alipio sobre los libros de Agustín que recibió, excusándose de haberle enviado más tarde las Crónicas de Eusebio. Desea ser instruido sobre el linaje y vida de Alipio: abriendo él a su vez algunas cosas sobre sí mismo. Envía un pan como regalo.

Al señor merecidamente honorable y beatísimo padre ALIPIO, PAULINO y TERASIA pecadores.

1. Esta es la verdadera caridad, este el perfecto amor, que enseñaste que existe en ti hacia nuestra humildad, señor verdaderamente santo y merecidamente beatísimo y deseable. Pues recibimos por nuestro hombre Juliano, que regresaba de Cartago, cartas que nos traían tanta luz de tu Santidad, que nos parecía no conocer, sino reconocer tu caridad. Porque evidentemente de aquel que nos predestinó para sí desde el origen del mundo, manó esta caridad, en quien fuimos hechos antes de nacer, porque él mismo nos hizo y no nosotros a nosotros mismos (Sal. XCIX, 3), el cual hizo las cosas que han de ser. Formados, pues, por la presciencia y obra de este en la semejanza de las voluntades y la unidad de la fe, o por la fe de la unidad conectados por la caridad que previene la noticia, de modo que nos conociéramos mutuamente antes de los aspectos corporales, revelándolo el espíritu. Nos felicitamos, pues, y nos gloriamos en el Señor, que uno solo y el mismo en todas partes de la tierra obra su amor en los suyos por el Espíritu Santo, que derramó sobre toda carne, alegrando su ciudad con el ímpetu del río.

In cujus te civibus principalem cum principibus populi sui, sede apostolica merito collocavit: nosque etiam, quos erexit elisos, et de terra inopes suscitavit, in vestra voluit sorte numerari. Sed magis gratulamur in eo Domini munere, quo nos in pectoris tui habitatione constituit; quoque ita visceribus tuis insinuare dignatus est, ut peculiarem nobis charitatis tuae fiduciam vindicemus, his officiis atque muneribus provocati, ut nos diffidenter aut leviter te amare non liceat.

2. Accepimus enim insigne praecipuum dilectionis et sollicitudinis tuae, opus sancti et perfecti in Domino Christo viri, fratris nostri Augustini libris quinque confectum, quod ita miramur atque suspicimus, ut dictata divinitus verba credamus. Itaque fiducia suscipiendae nobis unanimitatis tuae, et ad ipsum scribere ausi sumus, dum nos illi per te, et de imperitia excusandos, et ad charitatem commendandos praesumimus; sicut et omnibus sanctis, quorum nos et absentium officiis sospitare dignatus es, pari procul dubio curaturus affectu, ut per Sanctitatem tuam, nostris invicem salutentur obsequiis, et in clero Sanctitatis tuae comites, et in monasteriis fidei ac virtutis tuae aemulatores. Nam etsi in populis ac super populum agas, oves pascuae Domini regens sollicitis vigil pastor excubiis: tamen abdicatione saeculi, et repulsa carnis ac sanguinis, desertum tibi ipse fecisti, secretus a multis, vocatus in paucis.

3. Sane vicario aliquatenus munere, licet per omnia tibi impar, ut jusseras, providi illam Eusebii venerabilis episcopi Constantinopolitani de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod instructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romae reperi apud parentem nostrum vere sanctissimum Domnionem, qui procul dubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum indicavi . Verumtamen quia et loca tua mihi significare dignatus es, ut ipse monuisti, ad venerabilem socium coronae tuae, patrem nostrum Aurelium ita scripsimus, ut si nunc Hippo-regio degeres, illo tibi litteras nostras, et transcriptam Carthagine membranam mittere dignaretur. Quod et sanctos viros, quos indices charitatis ipsorum, tuo sermone cognovimus. Comitem et Evodium rogavimus, ut haec scribere ipsi curarent, ne vel parenti Domnioni diutius codex suus deforet, et tibi transmissus sine necessitate redhibendi maneret.

En cuyos ciudadanos te colocó merecidamente principal con los príncipes de su pueblo, en la sede apostólica: y a nosotros también, a quienes levantó abatidos y de la tierra suscitó a los pobres, quiso que fuéramos contados en vuestra suerte. Pero más nos felicitamos en aquel don del Señor, por el cual nos constituyó en la habitación de tu pecho; y por el cual se dignó insinuarnos de tal modo en tus entrañas, que reclamamos para nosotros una peculiar confianza de tu caridad, provocados por estos oficios y dones, de modo que no nos sea lícito amarte con desconfianza o ligeramente.

2. Pues recibimos la señal principal de tu amor y solicitud, la obra de un varón santo y perfecto en el Señor Cristo, nuestro hermano Agustín, compuesta de cinco libros, la cual de tal modo admiramos y respetamos que creemos que son palabras dictadas divinamente. Así, con la confianza de recibir tu unanimidad, nos hemos atrevido también a escribirle a él, pues presumimos que por ti hemos de ser ante él excusados por nuestra impericia y encomendados a su caridad; así como ante todos los santos, de cuyos oficios, aun estando ausentes, te dignaste conservarnos a salvo, cuidando sin duda con igual afecto que, por tu Santidad, sean saludados a su vez con nuestros obsequios, tanto los compañeros en el clero de tu Santidad, como los emuladores de tu fe y virtud en los monasterios. Pues aunque actúes entre los pueblos y sobre el pueblo, rigiendo las ovejas de la dehesa del Señor como pastor vigilante con solícitas vigilias, sin embargo, con la abdicación del mundo y el rechazo de la carne y la sangre, te hiciste a ti mismo un desierto, apartado de los muchos, llamado entre los pocos.

3. Ciertamente, con un don en cierto modo vicario, aunque en todo desigual a ti, según habías mandado, proveí aquella historia de todos los tiempos del venerable obispo Eusebio de Constantinopla. Pero en esto hubo tardanza en obedecer, porque por indicación tua, ya que yo mismo no tenía este códice, lo hallé en Roma en casa de nuestro verdaderamente santísimo pariente Domnión, quien sin duda me obedeció más prontamente en este beneficio, que indiqué que debía serte diferido a ti. Sin embargo, puesto que te dignaste señalarme tus lugares, como tú mismo advertiste, escribimos al venerable socio de tu corona, nuestro padre Aurelio, de tal modo que, si ahora morases en Hipona Regia, se dignara enviarte allí nuestras cartas y la membrana transcrita en Cartago. Lo cual también los varones santos, que por tu discurso conocimos como indicios de la caridad de ellos. Rogamos a Comes y a Evodio que ellos mismos cuidaran de escribir estas cosas, para que ni al pariente Domnión le faltara por más tiempo su códice, ni quedara transmitido a ti sin necesidad de ser devuelto.

4. Specialiter autem hoc a te peto, quoniam me immerentem et inopinantem magno tui amore complesti, ut pro hac historia temporum, referas mihi omnem tuae Sanctitatis historiam: ut quod genus, unde sis domo, tanto vocatus a Domino, quibus exordiis segregatus ab utero matris tuae, ad matrem filiorum Dei prole laetantem, abjurata carnis et sanguinis stirpe, transieris, et in genus regale et sacerdotale sis translatus, edisseras. Quod enim indicasti, jam de humilitatis nostrae nomine apud Mediolanum te didicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me velle condiscere, ut omni parte te noverim, quo magis gratuler, si a suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem invitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, ut eumdem ambo videamur habere auctorem. Nam ego etsi a Delphino Burdegalae baptizatus, a Lampio apud Barcilonem in Hispania, per vim inflammatae subito plebis, sacratus sim; tamen Ambrosii semper et dilectione ad fidem innutritus sum, et nunc in sacerdotii ordine confoveor. Denique suo me clero vindicare voluit, ut etsi diversis locis degam, ipsius presbyter censear.

5. Sed de me ne quid ignores, scias antiquissimum peccatorem, non ita olim de tenebris et umbra mortis eductum, spiritum aurae vitalis hausisse, nec ita olim posuisse in aratro manum, et crucem Domini sustulisse; quam ut in finem perferre valeamus, orationibus tuis adjuvemur. Accumulabitur haec meritis tuis merces, si interventu tuo onera nostra relevaveris. Sanctus enim laborantem adjuvans (quia fratrem non audemus dicere) exaltabitur sicut civitas magna. Et tu quidem super montem civitas aedificata es, vel accensa super candelabrum lucerna in septiformi claritate colluces; nos sub modio peccatorum delitescimus: visita litteris tuis, et profer in lucem in qua ipse versaris, super aurea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt, et oleo lucernae tuae impinguabitur caput nostrum. Et accendetur fides, cum spiritu oris tui cibum mentis et lumen animae sumpserimus.

6. Pax et gratia Dei tecum, et corona justitiae tibi maneat in die illo, domine pater, merito dilectissime et venerabilis et exoptatissime. Benedictos Sanctitatis tuae comites et aemulatores, in Domino fratres, si dignantur, nostros, tam in ecclesiis quam in monasteriis, Carthagini, Thagastae, Hippone-regio, et totis parochiis tuis atque omnibus cognitis tibi per Africam locis, Domino catholice servientes, multo affectu et obsequio salutari rogamus. Si ipsam membranam sancti Domnionis acceperis, transcriptam nobis remittere dignaberis. Et hoc rogo scribas mihi quem hymnum meum cognoveris.

4. Pero especialmente te pido esto, ya que me llenaste a mí, que no lo merecía ni lo esperaba, con un gran amor tuyo: que por esta historia de los tiempos me refieras toda la historia de tu Santidad; para que expliques qué linaje, de dónde eres de casa, llamado por tan gran Señor, con qué comienzos segregado del útero de tu madre, pasaste a la madre de los hijos de Dios que se alegra con su prole, abjurada la estirpe de la carne y la sangre, y fuiste trasladado al linaje real y sacerdotal. Pues lo que indicaste, que ya habías aprendido sobre el nombre de nuestra humildad en Milán cuando allí eras iniciado, confieso que quiero aprenderlo con más curiosidad, para que te conozca en toda parte, por lo cual me felicite más si por nuestro padre Ambrosio, para ser recibido por mí, o fuiste invitado a la fe o consagrado al sacerdocio, de modo que parezca que ambos tenemos el mismo autor. Pues yo, aunque bautizado por Delfín en Burdeos, y consagrado por Lampio en Barcelona de España, por la fuerza del pueblo súbitamente inflamado; sin embargo, siempre fui nutrido para la fe por el amor de Ambrosio, y ahora soy confortado en el orden del sacerdocio. Finalmente, quiso reclamarme para su propio clero, de modo que, aunque more en diversos lugares, sea considerado presbítero suyo.

5. Pero para que no ignores nada sobre mí, sabe que soy un antiquísimo pecador, no hace tanto tiempo sacado de las tinieblas y sombra de la muerte, que bebí el espíritu del aura vital, ni hace tanto tiempo que puse la mano en el arado y levanté la cruz del Señor; la cual, para que podamos llevarla hasta el fin, seamos ayudados por tus oraciones. Se acumulará esta merced a tus méritos si por tu intervención aliviaras nuestras cargas. Pues el santo que ayuda al que trabaja (ya que no nos atrevemos a decir hermano) será exaltado como una gran ciudad. Y tú ciertamente eres una ciudad edificada sobre el monte, o una lámpara encendida sobre el candelero que reluces en claridad septiforme; nosotros nos ocultamos bajo el celemín de los pecados: visítanos con tus cartas y sácanos a la luz en la que tú mismo te encuentras, conspicuo sobre los candeleros de oro. Tus elocuencias serán luz para nuestras sendas, y con el aceite de tu lámpara será ungida nuestra cabeza. And se encenderá la fe cuando del espíritu de tu boca hayamos tomado el alimento de la mente y la luz del alma.

6. La paz y la gracia de Dios sea contigo, y la corona de justicia te permanezca en aquel día, señor padre, merecidamente amadísimo y venerable y deseadísimo. Saludamos, con mucho afecto y saludable sumisión, a los benditos compañeros y émulos de tu Santidad —nuestros hermanos en el Señor, si se dignan serlo— tanto en las iglesias como en los monasterios, en Cartago, en Tagaste, en Hipona Regia, y en todas tus parroquias y en todos los lugares conocidos por ti a través de África, que sirven católicamente al Señor. Si recibieres el mismo pergamino de san Domnio, te dignarás enviárnoslo transcrito. Y te ruego también que me escribas cuál himno mío has conocido.

Panem unum Sanctitati tuae unitatis gratia misimus, in quo etiam Trinitatis soliditas continetur. Hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione sumendi.

EPISTOLA XXV.

Paulinus Augustino, exquisitis eum laudibus exornans pro quinque ejus adversus Manichaeos libris, quos ab Alypio acceperat. Panem ipsi dono mittit.

Domino fratri unanimo et venerabili AUGUSTINO, PAULINUS et THERASIA peccatores.

1. Charitas Christi quae urget nos, et absentes licet per unitatem fidei alligat, ipsa fiduciam ad te scribendi pudore depulso praestitit: teque per litteras tuas visceribus meis intimavit, quas et de scholasticis facultatibus affluentes, et de coelestibus favis dulces, ut animae meae medicas et altrices, in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti et venerabilis nobis episcopi nostri Alypii, non pro nostra instructione tantum, sed etiam pro Ecclesiae multarum urbium utilitate suscepimus. Hos igitur nunc libros lectioni habeo; in his me oblecto; de his cibum capio, non illum qui perit, sed qui operatur vitae aeternae substantiam per fidem nostram, qua accorporamur in Christo Jesu Domino nostro: cum fides nostra, quae visibilium negligens, invisibilibus inhiat, per charitatem omnia secundum veritatem omnipotentis Dei credentem, litteris et exemplis fidelium roboretur. O vere sal terrae, quo praecordia nostra ne possint seculi vanescere errore, condiuntur! O lucerna digne supra candelabrum Ecclesiae posita, quae late catholicis urbibus de septiformi lychno pastum oleo laetitiae lumen effundens, densas licet haereticorum caligines discutis, et lucem veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas!

2. Vides, frater unanime, admirabilis in Christo Domino et suscipiende, quam familiariter agnoverim te, quanto admirer stupore, quam magno amore complectar, qui quotidie colloquio litterarum tuarum fruor, et oris tui spiritu vescor. Os enim tuum fistulam aquae vivae et venam fontis aeterni merito dixerim quia fons in te aquae salientis in vitam aeternam Christus effectus est (Joan. IV, 14). Cujus desiderio sitivit in te anima mea, et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupivit.

Hemos enviado un solo pan a tu Santidad por gracia de la unidad, en el cual se contiene también la solidez de la Trinidad. Tú harás que este pan sea eulogía por la dignación de recibirlo.

CARTA XXV.

Paulino a Agustín, adornándolo con exquisitas alabanzas por sus cinco libros contra los maniqueos, que había recibido de Alipio. Le envía pan como regalo.

Al señor hermano unánime y venerable AGUSTÍN, PAULINO y TERASIA, pecadores.

1. La caridad de Cristo, que nos apremia y, aunque ausentes, nos une por la unidad de la fe, ella misma, apartado el pudor, me dio confianza para escribirte: y te dio a conocer íntimamente a mi corazón por medio de tus escritos, los cuales —abundantes en recursos escolásticos y dulces con panales celestiales, como medicinales y nutricios para mi alma— tengo entretanto en cinco libros, que recibimos por don de nuestro bendito y venerable obispo Alipio, no solo para nuestra instrucción, sino también para utilidad de la Iglesia de muchas ciudades. Tengo, pues, ahora estos libros para la lectura; en ellos me deleito; de ellos tomo alimento, no aquel que perece, sino el que obra la sustancia de la vida eterna por medio de nuestra fe, por la cual somos incorporados en Cristo Jesús nuestro Señor: pues nuestra fe, que, descuidando las cosas visibles, anhela las invisibles, creyendo todas las cosas según la verdad de Dios omnipotente por la caridad, se robustece con los escritos y los ejemplos de los fieles. ¡Oh verdadera sal de la tierra, con la cual se sazonan nuestros corazones para que no puedan desvanecerse en el error del siglo! ¡Oh lámpara dignamente colocada sobre el candelero de la Iglesia, que, derramando ampliamente sobre las ciudades católicas, desde el candil septiforme, luz alimentada con el aceite de la alegría, disipas las densas tinieblas de los herejes, y despejas la luz de la verdad de la confusión de las sombras con el resplandor de tu discurso esclarecedor!

2. Ves, hermano unánime, admirable en Cristo el Señor y digno de ser abrazado, cuán íntimamente te he conocido, con cuánto asombro te admiro, con cuán gran amor te abrazo, yo que gozo cada día del coloquio de tus cartas y me alimento del espíritu de tu boca. Pues con razón llamaría a tu boca conducto de agua viva y vena de la fuente eterna, porque Cristo se ha hecho en ti fuente de agua que salta hasta la vida eterna (Juan IV, 14). Con el deseo de la cual ha tenido sed mi alma en ti, y mi tierra ha ansiado embriagarse con la abundancia de tu río.

Ideoque cum hoc Pentateucho tuo contra Manichaeos me satis armaveris, si qua in alios quoque hostes catholicae fidei munimina comparasti (quia hostis noster, cui mille nocendi artes, tam variis expugnandus est telis, quam oppugnat insidiis), quaeso promere mihi de armamentario tuo, et conferre non abnuas arma justitiae. Sum enim laboriosus, etiam nunc sub magno onere peccator , veteranus in numero peccatorum, sed aeterno regi novus in corpore tiro militiae. Sapientiam mundi miser hucusque miratus sum, et per inutiles litteras reprobatamque prudentiam Deo stultus et mutus fui. Postquam inveteravi inter inimicos meos, et vanui in cogitationibus meis, levavi oculos meos in montes, ad praecepta legis et gratiae dona suspiciens: unde mihi auxilium venit a Domino, qui non secundum iniquitates retribuens, illuminavit caecum, solvit compeditum, humiliavit erectum male, ut erigeret humiliatum pie.

Sequor igitur, non aequis adhuc passibus, magna justorum vestigia, si possim orationibus vestris apprehendere, in quo Dei miserationibus apprehensus sum. Rege ergo parvulum in terra reptantem, et tuis gressibus ingredi doce. Nolo enim me corporalis ortus magis quam spiritualis exortus aetate consideres. Quippe aetas mihi secundum carnem ea jam est, qua fuit ille ab Apostolis in porta Speciosa, verbi potestate sanatus (Act. In natalibus autem animae, illius adhuc mihi tempus infantiae est, quae intentatis Christo vulneribus immolata, digno sanguine agni victimam praecucurrit, et dominicam auspicata est passionem. Atque ideo ut infantem adhuc verbo Dei et spirituali aetate lactentem, educa verbis tuis, uberibus fidei, sapientiae, charitatis inhiantem. Si officium commune consideras, frater es; si maturitatem ingenii tui et sensuum, pater mihi es, etsi forte sis aevo junior, quia te ad maturitatem meriti et honorem seniorum provexit juvenem cana prudentia. Fove igitur et corrobora me in sacris Litteris, et spiritualibus studiis, tempore, ut dixi, recentem, et ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia, usu rudem, vixdum a fluctibus seculi emergentem, tu qui jam solido littore constitutus, tuto excipe sinu, ut in portu salutis, si dignum putas, pariter navigemus. Interea me de periculis vitae istius et profundo peccatorum evadere nitentem, orationibus tuis tanquam tabula sustine, ut de hoc mundo quasi de naufragio nudus evadam. 4.

Y por ello, ya que me has armado suficientemente con este Pentateuco tuyo contra los maniqueos, si has preparado también algunas defensas contra los demás enemigos de la fe católica (porque nuestro enemigo, que tiene mil artes para dañar, debe ser combatido con tantas armas variadas como asechanzas emplea), te ruego que no rehúses sacar para mí de tu arsenal y conferirme las armas de la justicia. Pues soy laborioso, aun ahora pecador bajo gran carga, veterano en el número de los pecadores, pero nuevo recluta en el cuerpo para la milicia del Rey eterno. Miserable, hasta ahora he admirado la sabiduría del mundo, y por letras inútiles y prudencia reprobada fui necio y mudo para Dios. Después que envejecí entre mis enemigos y me desvanecí en mis pensamientos, levanté mis ojos a los montes, mirando hacia los preceptos de la ley y los dones de la gracia: de donde me vino el auxilio del Señor, que, no retribuyendo según las iniquidades, iluminó al ciego, desató al encadenado, humilló al que estaba mal erguido, para levantar piadosamente al humillado.

3. Sigo, pues, aunque no todavía con pasos iguales, las grandes huellas de los justos, por si pudiera alcanzar con vuestras oraciones a aquel en quien he sido alcanzado por las misericordias de Dios. Rige, pues, al párvulo que se arrastra por la tierra y enséñale a caminar con tus pasos. Pues no quiero que me consideres por la edad del nacimiento corporal más que por la edad del surgimiento espiritual. Ciertamente, mi edad según la carne es ya aquella en la que estaba aquel que fue sanado por los Apóstoles en la puerta Hermosa por el poder de la palabra (Hech. III, 7, y IV, 22). Pero en los natalicios del alma, es todavía para mí tiempo de infancia, la cual, inmolada por las heridas no intentadas contra Cristo, precedió como víctima por la sangre digna del cordero e inauguró la pasión del Señor. Y por ello, como a un infante que aún lacta de la palabra de Dios y en edad espiritual, edúcame con tus palabras, ansiando los pechos de la fe, la sabiduría y la caridad. Si consideras el oficio común, eres hermano; si la madurez de tu ingenio y de tus sentidos, eres para mí un padre, aunque seas tal vez menor en edad, porque la cana prudencia te ha llevado a ti, joven, a la madurez del mérito y al honor de los ancianos. Foméntame, pues, y corrobórame en las sagradas Letras y en los estudios espirituales, siendo yo reciente en el tiempo, como dije, y por ello, tras largos peligros y muchos naufragios, rudo en el uso, apenas emergiendo de las olas del siglo; tú, que ya estás establecido en la costa sólida, recíbeme en tu seguro seno para que, si lo juzgas digno, naveguemos juntos en el puerto de la salvación. Entretanto, a mí, que me esfuerzo por escapar de los peligros de esta vida y del profundo de los pecados, sostenme con tus oraciones como con una tabla, para que de este mundo escape desnudo como de un naufragio.

Idcirco enim me levare sarcinis, et vestimentis onerantibus exuere curavi, ut undosum hoc, quod inter nos et Deum peccatis interlatrantibus separat, praesentis vitae salum, omni amictu carnis, et cura diei sequentis, jubente et adjuvante Christo expeditus enatem. Neque id me perfecisse glorior; quod etsi gloriari possem, in Domino gloriarer, cujus est perficere, quod nobis adjacet velle: sed concupiscit adhuc anima mea desiderare judicia Domini. Vide quando assequatur effectu Dei voluntatem , qui adhuc ipsum desiderare desiderat. Quod in me tamen est, dilexi decorem domus sanctae, et quantum in me fuit, elegeram abjectus esse in domo Domini. Sed cui placuit segregare me ab utero matris meae, et ab amicitia carnis et sanguinis ad gratiam suam trahere, eidem placuit inopem me omnis boni meriti, suscitare de terra et de lacu miseriarum, ac de luto faecis educere, ut collocaret me cum principibus populi sui, et partem meam in tua sorte poneret, ut te praestante meritis, officio sociatus aequarer . 5.

5. Praesumptione igitur non mea, sed placito et ordinatione Domini, Fraternitatis tuae mihi foedus usurpans, tanto indignus honore me dignor; quia te pro tua sanctitate certo scio, nam veritate sapis, non alta sapere, sed humilibus congruere. Ideoque prompte et intime recepturum spero charitatem humilitatis nostrae, quam quidem jam recepisse te per beatissimum sacerdotem Alypium (quia dignatur) patrem nostrum, confido. Is enim sine dubio de se tibi exemplum praebuit nos ante notitiam et supra meritum diligendi, qui incognitos sibi nos, et longinqua soli vel sali intercapedine disparatos, spiritu verae dilectionis, qui ubique et penetrat et effunditur, et videre diligendo potuit, et alloquendo pertingere. Hic nobis prima affectus sui documenta, et charitatis tuae pignora in supradicto digno munere librorum dedit. Et quanto studuit impendio, ut Sanctitatem tuam non ipsius tantum verbis, sed plenius eloquentia et fide tua cognitam non possemus amare mediocriter tantopere curasse eumdem credimus, ut nos vicissim ipsius imitatione plurimum diligas. Gratia Dei tecum, ut est, in aeternum maneat optamus, frater in Christo Domino unanime, venerabilis, desiderantissime: totam domum, et omnem comitem, et aemulatorem in Domino sanctitatis tuae, plurimo fraternitatis unanimae salutamus affectu. Panem unum, quem unanimitatis indicio misimus charitati tuae, rogamus accipiendo benedicas.

Augustinus Licentium juvenem nobilem et doctum, quondam ipsius discipulum, hortatur ad mundi contemptum, abutens ad hoc ipsius Licentii carmine, quod ad praeceptorem scripserat.

LICENTIO AUGUSTINUS. 1.

4. Pues por eso mismo me he cuidado de aliviarme de las cargas y de despojarme de las vestiduras que me pesaban, para que, libre de estorbos, nade a través de este mar borrascoso de la vida presente, que nos separa de Dios con los pecados ladrando entremedias, quitado todo vestido de la carne y toda preocupación por el día siguiente, por mandato y ayuda de Cristo. Y no me glorío de haber perfeccionado esto; de lo cual, aunque pudiera gloriarme, me gloriaría en el Señor, a quien pertenece perfeccionar lo que nos toca a nosotros querer: pero mi alma ansía todavía desear los juicios del Señor. Mira cuándo alcanzará por el efecto la voluntad de Dios quien todavía desea desearlo. Lo que en mí hay, sin embargo, es que amé el decoro de la casa santa y, en cuanto estuvo en mí, había elegido ser despreciado en la casa del Señor. Pero a quien le plugo segregarme del vientre de mi madre y atraerme de la amistad de la carne y la sangre a su gracia, al mismo le plugo levantarme a mí, carente de todo buen mérito, de la tierra y del lago de las miserias, y sacarme del lodo de las heces, para colocarme con los príncipes de su pueblo y poner mi parte en tu suerte, para que, aventajándome tú en méritos, fuera yo igualado, asociado en el oficio.

5. Por presunción, pues, no mía, sino por el beneplácito y ordenación del Señor, usurpando para mí el pacto de tu Fraternidad, me juzgo digno de tan gran honor; porque por tu santidad sé con certeza, pues sabes con verdad, que no sientes las cosas altas, sino que te acomodas a los humildes. Y por ello espero que recibirás pronta e íntimamente la caridad de nuestra humildad, la cual confío que ya has recibido por el beatísimo sacerdote Alipio (ya que se digna), nuestro padre. Pues él sin duda te ofreció en sí mismo un ejemplo de amarnos antes del conocimiento y por encima del mérito, él que pudo vernos amando, desconocidos para él y separados por un largo intervalo de tierra o mar, y alcanzarnos hablándonos, por el espíritu del verdadero amor, que en todas partes penetra y se difunde. Él nos dio los primeros documentos de su afecto y las prendas de tu caridad en el antedicho digno regalo de libros. Y por cuanto empeño puso para que no pudiéramos amar tu Santidad sino mediocremente, conocida no solo por sus palabras sino más plenamente por tu elocuencia y fe, tanto creemos que él se ha esmerado para que tú a tu vez nos ames muchísimo por la imitación de él. Deseamos que la gracia de Dios sea contigo, como es, y permanezca eternamente, hermano en Cristo el Señor unánime, venerable, muy anhelado: saludamos con el mayor afecto de fraternidad unánime a toda la casa, y a todo compañero y emulador en el Señor de tu santidad. Te rogamos que bendigas al recibirlo el único pan que hemos enviado a tu caridad como indicio de unanimidad.

CARTA XXVI. Agustín exhorta a Licencio, joven noble y docto, que fue discípulo suyo, al desprecio del mundo, usando para ello el poema del mismo Licencio que había escrito a su maestro.

A LICENCIO, AGUSTÍN.

Vix reperi occasionem scribendi tibi; quis credat? Sed mihi tamen Licentium necesse est credere. Nolo te causas rationesque rimari, quae etiamsi reddi possent, fidei tamen, qua mihi credis, non eas debeo. Nam et litteras tuas non per eos accepi, per quos possem scripta redhibere. Quae autem petisti ut peterem, curavi per epistolam quantum promendum videbatur; sed quid effecerim tu videris. Quod si nondum effectum est, vel cum sciero, agam instantius, vel cum rursus ipse admonueris. Hactenus quae hujus vitae vincula perstrepunt, tecum locutus sim: nunc paucis accipe pectoris mei aestus de spe tua non transitoria, quonam modo via tibi patescat in Deum. 2.

Mi Licenti, etiam atque etiam recusantem et formidantem compedes sapientiae, timeo te rebus mortalibus validissime et perniciosissime compediri. Nam sapientia quos primo alligaverit, et exercitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, solvit postea , liberatisque sese donat ad fruendum; et quos primo temporalibus nexibus erudiverit, post aeternis amplexibus alligat; quo vinculo nec jucundius nec solidius cogitari quidquam potest. Prima haec aliquantulum dura esse confiteor; illa vero ultima nec dura dixerim, quia dulcissima sunt; nec mollia, quia firmissima: quid igitur nisi quod dici non potest, sed credi tamen et sperari et amari potest? Vincula vero hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam; certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem; rem plenam miseriae, spem beatitudinis inanem. Hisne tu inseris et collum et manus et pedes, cum et honoribus hujuscemodi subjugari affectas, et facta tua non aliter fructuosa existimas, et ambis inhaerere, quo non modo invitatus, sed nec compulsus quidem ire debuisti? Hic tu fortasse Terentiani servi mihi responsum dederis: Ohe, tu verba fundis hic sapientia! (Terentius in Adelphis.) Cape igitur ut fundam potius quam effundam. Aut si ego canto, tu autem ad aliam vocem saltas, nec sic quidem me poenitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra non movet, cui plena charitatis modulatione cantatur. Verba quaedam in epistolis tuis me moverunt, sed de his tractare, cum factorum vitaeque totius tuae cura excoquat, ineptum putavi.

Carmen LIC

entii ad Augustinum praeceptorem.

1. Apenas hallé ocasión de escribirte; ¿quién lo creería? Pero, sin embargo, es necesario que Licencio me crea. No quiero que escudriñes causas y razones, las cuales, aunque pudieran darse, no se las debo a la fe con que me crees. Pues no recibí tus cartas por medio de quienes pudiera devolverte escritos. Pero lo que pediste que yo pidiera, lo cuidé por carta en cuanto me pareció conveniente manifestar; pero tú verás lo que he logrado. Que si aún no se ha logrado, o cuando lo sepa actuaré con más instancia, o cuando tú mismo de nuevo me lo adviertas. Hasta aquí te he hablado de las cosas que resuenan como vínculos de esta vida; ahora recibe en pocas palabras los fervores de mi pecho sobre tu esperanza no transitoria, de qué modo se te abre el camino hacia Dios.

2. Mi Licencio, una y otra vez que rechazas y temes los grilletes de la sabiduría, temo que estés atado muy fuerte y perniciosamente por las cosas mortales. Pues la sabiduría, a los que primero liga y doma con ciertos trabajos de ejercicio, los suelta después, y se entrega a los liberados para que la disfruten; y a los que primero educó con nexos temporales, después los liga con abrazos eternos; vínculo más placentero y sólido que el cual nada puede pensarse. Confieso que estas primeras cosas son algo duras; pero aquellas últimas ni las llamaría duras, porque son dulcísimas; ni blandas, porque son firmísimas: ¿qué son, pues, sino lo que no puede decirse, pero sí puede creerse, esperarse y amarse? En cambio, los vínculos de este mundo tienen aspereza verdadera, alegría falsa; dolor cierto, placer incierto; duro trabajo, reposo temeroso; cosa llena de miseria, esperanza vana de bienaventuranza. ¿En estas cosas metes tú el cuello, las manos y los pies, cuando deseas ser subyugado por honores de esta clase, y no consideras tus hechos de otro modo fructuosos, y ambicionas adherirte a aquello a donde no solo invitado, sino ni siquiera compelido debiste ir? Aquí tal vez me des la respuesta del siervo terenciano: «¡Oh, tú viertes aquí palabras de sabiduría!» (Terencio en los Adelfos). Recíbelas, pues, para que las vierta con provecho más que derramarlas. O si yo canto y tú bailas al son de otra voz, ni aun así me arrepiento. Pues el canto mismo tiene su propia alegría, aun cuando no mueva sus miembros aquel a quien se canta con una modulación llena de caridad. Ciertas palabras en tus cartas me conmovieron, pero tratar de ellas, cuando el cuidado de tus hechos y de toda tu vida me consume, lo juzgué inepto.

Poema de Licencio a su maestro Agustín.

3. Arcanum Varronis iter scrutando profundi Mens hebet, adversamque fugit conterrita lucem. Nec mirum, jacet omnis enim mea cura legendi Te non dante manum, et consurgere sola veretur. Nam simul ut perplexa viri compendia tanti Volvere suasit amor, sacrosque attingere sensus, Quis numerûm dedit ille tonos, mundumque tonando Disseruit canere, et pariles agitare choreas, Implicuit varia nostrum caligine pectus, Induxitque animo rerum violentia nubem. Inde figurarum positas sine pulvere formas Posco amens, aliasque graves offendo tenebras. Ad summam , astrorum causas clarosque meatus, Obscuros quorum ille situs per nubila monstrat. Sic jacui nutans, ut talem omnino ruinam, Nec qui nos prohibet latebras agnoscere coeli, Nec persona daret tunctorum treta cavernis. Protea namque ferunt veterum commenta Pelasgum, Qui dum sollicitis non vult aperire futura, Spumat aper, fluit unda, fremitleo, sibilat anguis, Captum aliquando tamen in munera parva volucrum. At mihi, qui nimium curis gravioribus angor, Dulcia quaeque animae, subdulcia pabula quaero, Varronis responsa latent. Quod supplice cantu Praesidium nymphamve rogem et flumina poscam? An te voce vocem, clari quem rector Olympi Fontibus infantum praefecit, et abdita jussit Ubertate animi longe ructare fluenta? Ferto magister opem, ac tu tu ne desere vires Invalidas, mecumque sacras subvertere glebas Incipe: tempus enim, nisi me mortalia fallunt, Labitur, in seniumque trahit. Tibi noster Apollo Corda replet, patremque suum patremque deorum Conciliat, legemque bonam, pacemque cruentam Monstrat, et abducto velamine singula pandit. Viginti emensus nam longos forsitan orbes Solis eras, cum te ratio pulcherrima mundi, Ditior imperiis, et nectare dulcior omni Corripuit, statuitque vagum, medioque locavit, Omnibus unde aciem posses intendere rebus. O bone, carpe iter annorum, sapientia quantum Crescit amore sui, inveniens nova culmina semper. Perge viam qua te soboles praeclara tonantis Perducit, sternens in planos ardua campos. Et cum luciferos praecordia vesper in ortus Distulerit, sanctumque super benedixerit ignem, Sis memor ipse mei: bibulam qui ponitis aurem Legibus invictis, contundite pectora palmis, Sternite membra solo, meritosque ciete dolores, Et prohibete nefas, Deus imperat omnibus unum, Admonet antistes, venturaque fulmina terrent. O mihi transactos revocet si pristina soles Laetificis aurora rotis, quos libera tecum Otia tentantes, et candida jura bonorum, Duximus Italiae medio, montesque per altos!

3. Al escrutar el arcano camino del profundo Varrón, la mente se embota y, aterrada, huye de la luz que se le opone. Y no es de extrañar, pues todo mi afán de leer yace postrado si tú no le tiendes la mano, y teme levantarse solo. Pues tan pronto como el amor me persuadió a desenrollar los intrincados compendios de varón tan grande, y a tocar los sentidos sagrados —de aquel que dio los tonos del número, y al tronar disertó para cantar el mundo, y para mover coros iguales—, envolvió mi pecho en variada tiniebla, e infundió en mi ánimo una nube por la violencia de las cosas. De allí, insensato, exijo las formas de las figuras dispuestas sin polvo, y tropiezo con otras graves tinieblas. En suma, las causas de los astros y sus claros movimientos, cuyas oscuras posiciones él muestra a través de las nubes. Así yacía yo vacilante, de modo que, en tal ruina total, ni aquel que nos prohíbe reconocer los escondrijos del cielo, ni persona alguna, diera acceso a las cavernas de los heridos. Pues cuentan las invenciones de los antiguos pelasgos que Proteo, mientras no quiere revelar el futuro a los solícitos, espuma como jabalí, fluye como onda, brama como león, silba como serpiente —capturado, sin embargo, alguna vez, en la pequeña figura de las aves. Mas a mí, que estoy demasiado angustiado por cuidados más graves, y que busco todo dulce y semidulce alimento del alma, las respuestas de Varrón se me ocultan. ¿He de rogar con canto suplicante a un dios tutelar o a una ninfa, y pedir a los ríos? ¿O te he de llamar a ti con la voz, a ti a quien el rector del claro Olimpo puso al frente de las fuentes de los jóvenes, y mandó eructar desde lejos las corrientes ocultas con la fecundidad de tu ánimo? Trae ayuda, maestro, y no abandones mis fuerzas débiles, y comienza conmigo a remover los sagrados terrones; pues el tiempo, si las cosas mortales no me engañan, se desliza, y me arrastra hacia la vejez. Para ti, nuestro Apolo llena tu corazón, y te reconcilia con su padre y con el padre de los dioses, y te muestra la buena ley, y la sangrienta paz, y, retirado el velo, te descubre cada cosa. Pues acaso habías recorrido veinte largos ciclos del sol, cuando la hermosísima razón del mundo, más rica que los imperios, y más dulce que todo néctar, te arrebató errante, y te fijó, y te colocó en el medio, desde donde pudieras dirigir tu mirada a todas las cosas. Oh buen hombre, aprovecha el curso de los años, en la medida en que la sabiduría crece por el amor de sí misma, hallando siempre nuevas cumbres. Prosigue por el camino por el cual te conduce el ínclito vástago del tonante, allanando lo escarpado en llanos campos. Y cuando la tarde haya llevado tu corazón hacia los luminosos orientes, y haya bendecido el fuego sagrado en lo alto, acuérdate tú mismo de mí: vosotros que prestáis oído ávido a las leyes invictas, golpeaos el pecho con las palmas, tended los miembros en el suelo, y suscitad los merecidos dolores, y prohibid el pecado; Dios manda una sola cosa a todos, el sacerdote lo advierte, y los rayos venideros aterran. ¡Oh, si la antigua aurora, con sus ruedas alegradoras, me devolviera los soles ya pasados, que, probando contigo el libre ocio, y las claras leyes de los buenos, pasamos en medio de Italia, y por los altos montes!

Non me dura gelu prohiberent frigora cano, Nec fera tempestas Zephyrûm, fremitusque Borini, Quin tua sollicito premerem vestigia passu. Hoc opus ut jubeas tantum, cruor irriget artus, Solstitio Neuros, bruma sectabimur Istrum. Ignotus Garamas solvet mihi vincula gentis . Xampaeosque lacus fugiens Hypaneius amnis Callipidum Scythicas resonat spumosus ad undas. Ibimus et Leucos, qua Leucia solis in ortus Tenditur: et vasti deserta cacumina Cassi, Queis Epidamneas aequat sibi Cassia rupes, Unde quiescentem auroram, currusque solutos, Sopitamque diem media sub nocte viderem, Te suadente petam: nec enim labor aut metus ullus Terret, ubi insontes precibus Deus audit apertis. Et nunc Romulidum sedes et inania tecti Culmina, bacchatasque domus, vanosque tumultus Desererem, et totus semel in tua corda venirem, Ni mens conjugio incumbens retineret euntem. Crede meis, o docte, malis, veroque dolori, Quod sine te nullos promittunt carbasa portus, Erramusque procul turbata per aequora vitae. Praecipites densa veluti caligine nautae, Quos furor australis, stridens et flatus ab Euro Perculit, et raptis privavit turbo magistris; Protinus abruptis miseri volvuntur in undis: Non forus aut prorae, non lintea deinde procellas Ferre valent, ratioque jacet stupefacta regendi: Sic me ventus agit, volvuntque cupidinis aestus In mare lethiferum, nec terrae protinus absunt. Sed mecum reputans, tua candida verba, magister, Haec magis esse reor tibi credere: callida res est, Decipit, atque animis molitur retia nostris. Praeteritos oblitus enim, praesentia praesto Nunc tibi, chare, tuo nos nunc de pectore lapsi. Heu mihi quo ferar, unde velim tibi pandere mentem! Ante sub Aegeo aptabunt pia tecta palumbes, Et versa halcyone componet in arbore nidos; Esuriens vitulos alet ante leaena sequaces, Atque impasta diu teneros lupa nutriet agnos, Mutantesque suis divisum partibus orbem, Aut Barcaeus alet taurum, aut Hyrcania sauros : Ante Thyesteis iterum male territa mensis, Interrupta dies refugos vanescet in ortus; Ante dabunt imbres Nilum, super aethera damae Errabunt, montesque canent, et flumina plaudent, Quam mihi post tergum veniant tua dona, magister. Arcet amor, copulamque tenet communis honesti. Hic, hic regnat amicitiae decus hoste fugato.

No me detendrían los duros fríos del canoso hielo, ni la fiera tempestad de los céfiros, y el bramido de bóreas, sin que yo siguiera tus huellas con paso solícito. Con solo que mandes esta empresa, aunque la sangre riegue mis miembros, al solsticio seguiremos a los neuros, en el invierno al Istro. El desconocido garamante soltará para mí las cadenas de su pueblo. El río Hípanis, huyendo de los lagos xampeos, espumoso, resuena junto a las ondas escitas de los calípidas. Iremos también a los leucos, donde Leucia se extiende hacia los orientes del sol; y a las desiertas cumbres del vasto Casio, al cual la roca casia se iguala con los riscos epidamnios; desde donde pudiera ver la aurora en reposo, y los carros desuncidos, y el día adormecido en medio de la noche —esto buscaría persuadido por ti; pues ningún trabajo ni temor aterra, donde Dios escucha a los inocentes con oraciones abiertas. Y ahora abandonaría las sedes de los hijos de Rómulo, y las vanas cumbres de los tejados, y las casas enloquecidas, y los vanos tumultos, y vendría todo entero de una vez a tu corazón, si mi mente, inclinada al matrimonio, no retuviera a quien se iba. Cree, oh docto, en mis males y en mi verdadero dolor: que sin ti las velas no prometen puertos, y erramos lejos por los turbados mares de la vida. Como los marineros precipitados en densa niebla, a quienes ha herido el furor del austro, y el silbante soplo del euro, y a quienes el torbellino ha privado de sus arrebatados pilotos; al punto, míseros, son revueltos en las olas rotas: ni la cubierta ni la proa, ni las velas luego, pueden resistir las tempestades, y la razón de gobernar yace estupefacta: así me arrastra el viento, y me revuelven las mareas del deseo hacia el mar mortífero, sin que las tierras estén aún lejos. Pero, reflexionando conmigo mismo, maestro, juzgo más propio creer en esto a tus cándidas palabras: es cosa astuta, engaña, y teje redes para nuestros ánimos. Pues, olvidado de lo pasado, te presento ahora lo presente, querido, nosotros que ahora hemos resbalado de tu corazón. ¡Ay de mí, adónde soy llevado, y desde dónde quisiera abrirte mi mente! Antes ajustarán las palomas sus píos nidos bajo el Egeo, y el alción, transformado, compondrá sus nidos en un árbol; antes alimentará hambrienta la leona a los becerros que la siguen, y la loba, largo tiempo hambrienta, criará a los tiernos corderos, y, trocando el orbe sus partes divididas entre sí, alimentará el barceo un toro, o Hircania lagartos; antes el día, de nuevo mal aterrado por los banquetes de Tiestes, interrumpido, se desvanecerá en sus orientes huidizos; antes darán las lluvias al Nilo, sobre el éter errarán los gamos, cantarán los montes, y aplaudirán los ríos, que tus dones, maestro, vengan a quedar tras mis espaldas. El amor lo aleja, y mantiene el vínculo de un bien honesto compartido. Aquí, aquí reina la gloria de la amistad, puesto en fuga el enemigo.

Nam neque propter opes vitreas, aurumque rebelle, Jungimus assensus animorum: nam neque vulgi Nos fortuna ruens, quae separat ardua, junxit. Sed labor interiora legens, vulgata libellis, Atque animis inventa tuis, et nobile dogma Indictum, contraque bonus responsa relatus. Et mea Calliope, quamvis te cominus altum Horreat, et vultus abscondat, inutile tractans: Hoc tamen, hoc animi vinclum, nexusque fideles, Non qui montosis firmatas rupibus Alpes Fregit, et Italicas pressit cum moenibus urbes, Rumperet, aut nostro terreret robore quidquam. Ite procul latices tumidis anfractibus Oxi, Aut ab Aremphaeis Rhiphaeos aut oppida Caspî, Cimmeriasque domos sejungere flumine largo: Maeotidumque plagae, Pontus quas obruit Helles, Europae atque Asiae longe discrimina tendant. Nonne boum per utrumque latus armenta fatigans Finibus abscidit Thalari Dodona Molossos, Cognatosque Arabas? nec pacis foedus amicum Sidonios inter mansit regnumque Pelopum, Sacrilegosque Phryges, quamvis pro tempore cunctis Hospitio commune fuit. Quid denique fratrum Dissidium, pugnasque canam? quid honesta parentum Verbera, quid matrum furias, natosque superbos? Est etiam superum concors discordia rerum, Totque fluunt ritus, quot dat sententia leges. Nec tenet unus amor, non si mihi murmura centum Det Boreas, totidemque animas, centumque per ora Lingua rigens adamante fremat, memorare valebo Quae sociata prius veterum natura locorum Distulit, et tereti limavit glarea mundo. Sed nos praetereo, quod ab una exsurgimus urbe, Quod domus una tulit, quod sanguine tangimur uno Seclorum, christiana fides connexuit, et quod Nos iter immensum disterminat, et plaga ponti Interfusa coercet; amor contemnit utrumque. Gaudia qui spernens oculorum, semper amico Absenti fruitur; quoniam de corde profundo Pendet, et internae rimatur pabula fibrae. Interea venient quaecumque futura bonorum Scripta salutiferi sermonis, et illa priorum Aequiparanda favis, reputans quae pectore in alto, Conceptum in lucem vomuisti nectareum mel, Praesentem ipsa mihi te reddent, si mihi morem Gesseris, et libros quibus in te lenta recumbit Musica tradideris, nam ferveo totus in illos. Annue, sic nobis verum ratione patescat, Sic plus Eridano fluat, et contagia mundi Nequicquam volitent nostri circum arva coloni.

Pues ni por vidriosas riquezas, ni por el oro rebelde, unimos el asentimiento de nuestros ánimos; ni la fortuna caduca del vulgo, que separa las cosas elevadas, nos unió. Sino más bien el trabajo de leer lo interior, divulgado en los libros, y los hallazgos de tu ingenio, y la noble doctrina no dicha, y, a cambio, el buen relato de las respuestas. Y mi Calíope, aunque de cerca se estremezca ante ti, tan elevado, y oculte su rostro, tratando algo inútil: esto, sin embargo, este vínculo del ánimo, y estos nexos fieles, ni siquiera aquel que quebrantó los Alpes, afianzados por rocas montañosas, y aplastó las ciudades itálicas junto con sus murallas, podría romperlos, ni nada aterraría con su fuerza a nuestra firmeza. Idos lejos, aguas del Oxo de hinchados meandros, o, desde los arimfeos, a las ciudades rifeas o a las del Caspio, y las moradas cimerias —id a separarlas con vuestro ancho río: y que las regiones de los meotas, que el Ponto de Hele sumerge, extiendan lejos las fronteras entre Europa y Asia. ¿No corta Dodona, fatigando las manadas de bueyes por ambos lados, con sus fronteras a los molosos, y a los árabes emparentados, de Tálaro? Ni permaneció el amistoso pacto de paz entre los sidonios, y el reino de Pélope, y los sacrílegos frigios, aunque por un tiempo fue hospitalidad común a todos. ¿Por qué, en fin, he de cantar la discordia de los hermanos, y las peleas? ¿Por qué los honestos azotes de los padres, por qué las furias de las madres, y los hijos soberbios? Hay también entre los dioses de arriba una discordia concorde de las cosas, y fluyen tantos ritos cuantas leyes da la opinión. Ni un solo amor prevalece —ni aunque Bóreas me diera cien murmullos, y otras tantas almas, y una lengua endurecida en adamante bramara por cien bocas, podría yo recordar cuanto la naturaleza de los antiguos lugares, antes unida, ha dispersado después, y ha limado con redondeada grava a través del mundo. Pero me paso a nosotros mismos —que surgimos de una sola ciudad, que una sola casa nos engendró, que nos toca una misma sangre de los siglos, que la fe cristiana nos ha unido, y que un camino inmenso nos separa, y una extensión de mar interpuesta nos encierra; el amor desdeña ambas cosas. El amor, despreciando los gozos de los ojos, goza siempre del amigo ausente; porque pende de lo profundo del corazón, y escruta el alimento de la fibra interior. Entretanto, cuantos futuros escritos del sermón salutífero vengan, y aquellos que han de igualarse a los panales de los antiguos —meditando lo que, en lo hondo del pecho, has vomitado a la luz, néctareo, la miel concebida—, ellos mismos te harán presente para mí, si accedes a mi deseo, y me entregas los libros en los cuales en ti reposa la lenta Música; pues ardo del todo por ellos. Concédelo, así se nos manifieste la verdad mediante la razón, así fluya más que el Erídano, y en vano revoloteen los contagios del mundo en torno a los campos de nuestro colono.

4 . Si versus tuus momentis inordinatis perversus esset, si suis legibus non staret, si mensuris imparibus aures auditoris offenderet, puderet te certe, nec differres, nec desisteres donec ordinares, corrigeres, statueres, aequares versum tuum, discendo et agendo artem metricam acerrimo studio, et labore quolibet: quid cum inordinatus ipse perverteris, cum legibus Dei tui ipse non stas, neque in agenda vita honestis tuorum votis, et huic ipsi eruditioni tuae concinis, abjiciendum post tergum putas et negligendum? Quasi prae sono linguae tuae sis tibi vilior, et incompositis moribus quod offendis aures Dei levius sit, quam si incompositis syllabis tuis grammatica succenseret auctoritas. Scribis: O mihi transactos revocet si pristina soles Laetificis aurora rotis, quos libera tecum Otia tentantes, et candida jura bonorum, Duximus Italiae medio, montesque per altos! Non me dura gelu prohiberent frigora cano, Nec fera tempestas Zephyrûm fremitusque Borini, Quin tua sollicito premerem vestigia passu. Hoc opus, ut jubeas tantum.

Me miserum, si ego non jubeo, si non cogo atque impero, si non rogo ac supplico. Sed si aures tuae adversus meas voces clausae sunt, ori tuo pateant, pateant carmini tuo; exaudi teipsum, durissime, immanissime, surdissime. Quo mihi linguam auream et cor ferreum? quibus ego non carminibus, sed lamentationibus sufficiam plangere carmina tua, in quibus video, quam animam, quod ingenium non mihi liceat apprehendere, et immolare Deo nostro? Exspectas ut ego jubeam, sis bonus, sis quietus, sis beatus; quasi quidquam mihi dierum gratius illucescat, quam ut ingenio tuo fruar in Domino, aut vere tu nescias quam te esuriam et sitiam, aut non hoc ipso id carmine fatearis. Revoca animum quo ista scripsisti, nunc mihi dic: Hoc opus, ut jubeas tantum. Ecce jussum meum: da mihi te, si hoc opus est tantum; da Domino meo te, qui omnium nostrum dominus est, qui tibi illud donavit ingenium. Nam ego quid sum, nisi servus tuus per ipsum, et conservus sub ipso?

5. An ipse non jubet? audi Evangelium: Stabat, inquit, Jesus, et clamabat (Joan. VII, 37): Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum lene est, et sarcina mea levis est. (Matth. XI, 28-30). Si haec non audiuntur, aut usque ad aures audiuntur, exspectasne, Licenti, ut Augustinus jubeat conservo suo, et non plangat potius frustra jubere Dominum suum; imo non jubere, sed invitare et rogare quodammodo, ut qui laborant reficiantur ab eo?

4. Si tu verso estuviera pervertido por medidas desordenadas, si no se sostuviera por sus propias leyes, si ofendiera con medidas desiguales los oídos del que lo escucha, ciertamente te avergonzarías, y no dilatarías ni descansarías hasta ordenar, corregir, establecer e igualar tu verso, aprendiendo y ejerciendo el arte métrica con el más agudo empeño y con cualquier trabajo: ¿qué diremos, pues, cuando tú mismo estás desordenado y pervertido, cuando tú mismo no te ajustas a las leyes de tu Dios, ni en la conducta de tu vida a los honestos propósitos de los tuyos, y, mientras haces resonar tan armoniosamente esta misma erudición tuya, piensas que esto ha de arrojarse a la espalda y descuidarse? Como si, en comparación con el sonido de tu lengua, fueras de menos valor para ti mismo, y fuera cosa más leve que ofendas los oídos de Dios con tus costumbres desordenadas, que el que la autoridad de la gramática se irritara contra tus sílabas desordenadas. Escribes: «¡Oh, si la aurora me devolviera con sus alegres ruedas los días pasados de antaño, que, ensayando contigo el libre ocio y las puras leyes de los buenos, pasamos en medio de Italia, y por los altos montes!» No me lo impedirían los duros fríos con su cana escarcha, ni la fiera tempestad de los Céfiros y el bramido de Bóreas, para que no siguiera tus huellas con paso solícito. Esta es la única obra: que tú lo mandes.

¡Desdichado de mí, si no lo mando, si no lo exijo y lo ordeno, si no lo pido y lo suplico! Pero si tus oídos están cerrados a mis palabras, ábranse a tu propia boca, ábranse a tu propio poema; escúchate a ti mismo, durísimo, ferocísimo, sordísimo. ¿De qué me sirven una lengua de oro y un corazón de hierro? ¿Con qué lamentos, y no ya con versos, podré llorar suficientemente tus poemas, en los cuales veo qué alma, qué talento no me es dado aprehender e inmolar a nuestro Dios? ¿Esperas que yo te mande: sé bueno, sé tranquilo, sé feliz? Como si pudiera amanecer para mí día más grato que aquel en que goce de tu talento en el Señor, o como si de verdad no supieras cuánto te ansío y te sed, o no lo confesaras tú mismo en ese mismo poema. Recuerda el ánimo con que escribiste estas cosas, y dime ahora: Esta es la única obra, que tú lo mandes. He aquí mi mandato: dáte a mí, si esta es la única obra; dáte a mi Señor, que es el Señor de todos nosotros, que te dio ese talento. Pues ¿qué soy yo, sino tu siervo por medio de él, y tu consiervo bajo él?

5. ¿Acaso él mismo no manda? Escucha el Evangelio: «Jesús estaba en pie», dice, «y clamaba» (Juan VII, 37): «Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y yo os aliviaré». Tomad mi yugo sobre vosotros, y aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón, y hallaréis descanso para vuestras almas. Porque mi yugo es suave, y mi carga ligera. (Mat. XI, 28-30). Si estas palabras no se escuchan, o solo se escuchan hasta los oídos, ¿esperas tú, Licencio, que Agustín mande a su consiervo, y no llore más bien que su propio Señor mande en vano; o más bien, que no mande, sino que de algún modo invite y ruegue, para que los que trabajan sean aliviados por él?

Sed videlicet fortissimo et praefidenti collo, jugum mundi jugo Christi est jucundius: qui si laborare nos cogeret, vide quis cogeret, qua mercede cogeret. Vade in Campaniam, disce Paulinum egregium et sanctum Dei servum, quam grandem fastum seculi hujus, tanto generosiore, quanto humiliore cervice incunctanter excusserit, ut eam subderet Christi jugo, sicut subdidit; et nunc illo moderatore itineris sui quietus et modestus exsultat. Vade, disce quibus opibus ingenii sacrificia laudis ei offerat, refundens illi quidquid boni accepit ex illo, ne amittat omnia, si non in eo reponat a quo haec habet.

Quid aestuas? quid fluctuas? quid imaginationibus mortiferarum voluptatum aurem accommodas, et avertis a nobis? Mentiuntur, moriuntur, in mortem trahunt. Mentiuntur, Licenti: Sic nobis, sicuti optas, verum ratione patescat; Sic plus Eridano fluat. Non dicit verum nisi Veritas: Christus est veritas; veniamus ad eum, ne laboremus. Ut ipse nos reficiat, tollamus jugum ejus super nos, et discamus ab eo quoniam mitis est et humilis corde, et inveniemus requiem animabus nostris. Jugum enim ejus lene est, et sarcina ejus levis est. Ornari abs te diabolus quaerit. Si calicem aureum invenisses in terra, donares illum Ecclesiae Dei. Accepisti a Deo ingenium spiritualiter aureum, et ministras inde libidinibus, et in illo satanae propinas teipsum! Noli, obsecro; sic aliquando sentias quam misero et miserando pectore haec scripserim; et miserearis jam mei, si tibi viluisti.

Augustinus Paulino, amplectens illius benevolentiam, et mutuum declarans amorem: nonnulla de Romaniano et Alypio, nec non de Licentio, cujus aetati metuebat ne vergeret ad ea quae sunt mundi.

Domino vere sancto et venerabili, et eximia in Christo laude praedicando, fratri PAULINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem. 1.

O bone vir et bone frater, latebas animam meam: et ei dico ut toleret quod adhuc lates oculos meos, et vix mihi obtemperat; imo non obtemperat. An vero tolerat? Cur ergo me excruciat desiderium tui apud ipsam intus animam? Nam si molestias corporis paterer, et si non perturbarent aequitatem animi mei, recte illas tolerare dicerer; cum autem non aequo animo fero quod te non video, intolerabile est istam appellare tolerantiam. Sed quando tu talis es, esse sine te fortasse intolerabilius toleraretur.

Pero sin duda, para un cuello fortísimo y demasiado confiado, el yugo del mundo resulta más agradable que el yugo de Cristo: y si él nos obligara a trabajar, mira quién obligaría, con qué recompensa obligaría. Ve a Campania, entérate de Paulino, egregio y santo siervo de Dios, cuán gran fasto de este siglo sacudió sin vacilar, con un cuello tanto más noble cuanto más humilde, para someterlo al yugo de Cristo, como en efecto lo sometió; y ahora, teniéndolo a él como guía de su camino, se regocija tranquilo y modesto. Ve, entérate con qué riquezas de su ingenio le ofrece sacrificios de alabanza, restituyéndole todo el bien que de él recibió, para no perderlo todo, si no lo deposita en aquel de quien lo tiene.

6. ¿Por qué te agitas? ¿por qué fluctúas? ¿por qué prestas oído a las imaginaciones de los placeres mortíferos y te apartas de nosotros? Mienten, mueren, arrastran a la muerte. Mienten, Licencio: «Así se nos abra la verdad por la razón, como deseas; así fluya más que el Erídano». No dice la verdad sino la Verdad: Cristo es la verdad; vayamos a él para no trabajar. Para que él mismo nos refresque, tomemos su yugo sobre nosotros y aprendamos de él que es manso y humilde de corazón, y hallaremos descanso para vuestras almas. Porque su yugo es suave y su carga es ligera. El diablo busca ser adornado por ti. Si hubieras hallado un cáliz de oro en la tierra, lo darías a la Iglesia de Dios. ¡Recibiste de Dios un ingenio espiritualmente de oro y con él sirves a las libidines, y en él te brindas tú mismo a Satanás! No lo hagas, te lo ruego; así sientas alguna vez con qué miserable y digno de lápida pecho he escrito esto; y ten ya misericordia de mí, si para ti mismo te has vuelto vil.

CARTA XXVII. Agustín a Paulino, abrazando su benevolencia y declarando el mutuo amor: algunas cosas sobre Romaniano y Alipio, y también sobre Licencio, por cuya edad temía que se inclinara a las cosas del mundo.

Al hermano PAULINO, verdaderamente santo y venerable, y que debe ser pregonado con eximia alabanza en Cristo, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. ¡Oh buen varón y buen hermano!, estabas oculto a mi alma: y le digo que tolere que todavía estés oculto a mis ojos, y apenas me obedece; más aún, no me obedece. ¿O acaso tolera? ¿Por qué entonces me tortura el deseo de ti dentro de esa misma alma? Pues si padeciera molestias del cuerpo, y si estas no perturbaran la equidad de mi ánimo, con razón se diría que las tolero; pero cuando no llevo con ánimo sereno el no verte, es intolerable llamar a eso tolerancia. Pero siendo tú tal, el estar sin ti se toleraría tal vez más intolerablemente.

Bene est ergo, quia aequo animo ferre non possum, quod si aequo animo ferrem, aequo animo ferendus non essem. Mirum est, sed tamen verum, quod mihi accidit: doleo quod te non video, et me ipse consolatur dolor. Ita mihi displicet fortitudo qua patienter fertur absentia bonorum, sicuti es. Nam et Jerusalem futuram desideramus utique, et quanto impatientius desideramus ipsam, tanto patientius sustinemus omnia propter ipsam. Quis igitur potest non gaudere te viso, ut possit quandiu te non videt, non dolere! Ergo neutrum possum, et quoniam si possem, immaniter possem, non posse delector, atque in eo quod delector nonnullum solatium est. Dolentem itaque me non sedatus, sed consideratus consolatur dolor. Ne reprehendas, quaeso, sanctiore gravitate qua praevales, et dicas non recte me dolere, quod adhuc te non noverim, cum animum mihi tuum, hoc est teipsum interiorem aspiciendum patefeceris. Quid enim si uspiam te vel in terrena tua civitate didicissem fratrem et dilectorem meum, et tantum in Domino ac talem virum, nullumne me dolorem sensurum fuisse arbitrareris, si non sinerer nosse domum tuam? Quomodo ergo non doleam, quod nondum faciem tuam novi, hoc est domum animae tuae, quam sicut meam novi?

Legi enim litteras tuas fluentes lac et mel, praeferentes simplicitatem cordis tui, in qua quaeris Dominum sentiens de illo in bonitate, et afferentes ei claritatem et honorem. Legerunt fratres, et gaudent infatigabiliter et ineffabiliter, tam uberibus et tam excellentibus donis Dei, bonis tuis. Quotquot eas legerunt, rapiunt, quia rapiuntur cum legunt. Quam suavis odor Christi, et quam fragrat ex eis, dici non potest. Illae litterae cum te offerunt ut videaris, quantum nos excitant ut quaeraris; nam et perspicabilem faciunt et desiderabilem. Quanto enim praesentiam tuam nobis quodammodo exhibent, tanto absentiam nos ferre non sinunt. Amant te omnes in eis, et amari abs te cupiunt. Laudatur et benedicitur Deus, cujus gratia tu talis es. Ibi excitatur Christus, ut ventos et maria tibi placare dignetur tendenti ad stabilitatem suam. Videtur a legentibus ibi conjux, non dux ad mollitiem viro suo, sed ad fortitudinem redux in ossa viri sui; quam in tuam unitatem redactam et redditam, et spiritualibus tibi tanto firmioribus, quanto castioribus nexibus copulatam, officiis vestrae Sanctitati debitis, in te uno resalutamus . Ibi cedri Libani ad terram depositae, et in arcae fabricam compagine charitatis erectae, mundi hujus fluctus imputribiliter secant. Ibi gloria ut acquiratur, contemnitur, et mundus ut obtineatur, relinquitur. Ibi parvuli, sive etiam grandiusculi filii Babylonis eliduntur ad petram, vitia scilicet confusionis superbiaeque secularis. 3.

Está bien, pues, porque no puedo llevarlo con ánimo sereno, lo cual, si lo llevara con ánimo sereno, no sería yo digno de ser llevado con ánimo sereno. Es admirable, pero sin embargo verdad, lo que me sucede: me duelo de no verte, y el mismo dolor me consuela. Así me disgusta la fortaleza con que se lleva pacientemente la ausencia de los buenos, tales como tú eres. Pues también deseamos ciertamente la Jerusalén futura, y cuanto más impacientemente la deseamos, tanto más pacientemente lo sufrimos todo por ella. ¿Quién, pues, puede no alegrarse al verte, para que pueda, mientras no te ve, no dolerse? Por tanto, no puedo ninguna de las dos cosas, y puesto que si pudiera, lo podría monstruosamente, me deleito en no poder, y en el hecho de deleitarme hay algún consuelo. Así pues, a mí que me duelo, me consuela el dolor, no sosegado, sino considerado. No me reprendas, te ruego, con esa santísima gravedad en la que prevaleces, y digas que no me duelo rectamente por no haberte conocido todavía, cuando me has abierto tu ánimo para ser contemplado, esto es, a ti mismo interiormente. Pues ¿qué si en algún lugar te hubiera conocido como hermano y amador mío, incluso en tu ciudad terrenal, y como varón tan grande y tal en el Señor, creerías que no sentiría yo ningún dolor si no se me primeritiera conocer tu casa? ¿Cómo, pues, no me doleré de no conocer todavía tu rostro, esto es, la casa de tu alma, la cual conozco como la mía?

2. He leído, en efecto, tus cartas que manan leche y miel, que muestran la sencillez de tu corazón, en la que buscas al Señor sintiendo de Él en bondad, y que le atribuyen claridad y honor. Las han leído los hermanos, y se alegran incansable e inefablemente por los tan abundantes y tan excelentes dones de Dios, bienes tuyos. Cuantos las han leído, las arrebatan, porque son arrebatados cuando las leen. Cuán suave es el olor de Cristo, y cuánto fragancia de ellas, no se puede decir. Aquellas cartas, al ofrecerte para que seas visto, cuánto nos incitan a que seas buscado; pues te hacen a la vez visible y deseable. Porque cuanto más nos exhiben de algún modo tu presencia, tanto más no nos permiten soportar tu ausencia. Todos te aman en ellas, y desean ser amados por ti. Dios es alabado y benedecido, por cuya gracia tú eres tal. Allí se despierta Cristo, para que se digne aplacar para ti los vientos y los mares mientras tiendes hacia su estabilidad. Los lectores ven allí a una esposa, no como guía hacia la molicie para su marido, sino devuelta a la fortaleza en los huesos de su marido; a la cual, reducida y devuelta a tu unidad, y unida a ti por nexos espirituales tanto más firmes cuanto más castos, la saludamos de nuevo en ti solo, con los oficios debidos a vuestra Santidad. Allí los cedros del Líbano, derribados a tierra y erigidos en la fábrica del arca por el ensamblaje de la caridad, cortan las olas de este mundo de manera imputrescible. Allí la gloria, para ser adquirida, es despreciada, y el mundo, para ser obtenido, es abandonado. Allí los párvulos, o incluso los hijos un poco más grandes de Babilonia, son estrellados contra la piedra, a saber, los vicios de la confusión y de la soberbia secular.

Haec atque hujusmodi suavissima et sacratissima spectacula litterae tuae praebent legentibus; litterae illae, litterae fidei non fictae, litterae spei bonae, litterae purae charitatis. Quomodo nobis anhelant sitim tuam, et desiderium defectumque animae tuae in atria Domini! quid amoris sanctissimi spirant! quantam opulentiam sinceri cordis exaestuant! quas agunt gratias Deo! quas impetrant a Deo! Blandiores sunt, an ardentiores; luminosiores, an fecundiores? Quid enim est, quod ita nos mulcent, ita accendunt, ita compluunt et ita serenae sunt? quid est, quaeso te, aut quid tibi pro eis rependam, nisi quia totus sum tuus in eo cujus totus es? Si parum est, plus certe non habeo. Tu autem fecisti ut non mihi parum videatur, qui me in illa epistola tantis laudibus honorare dignatus es, ut cum tibi me refundo, si parum hoc putem, tibi non credidisse convincar. Pudet me quidem tantum boni de me credere, sed plus piget tibi non credere. Est quod faciam: non me credam talem qualem putas, quoniam non agnosco; et credam me abs te diligi, quoniam sentio et plane percipio: ita nec in me temerarius, nec in te ingratus extitero. Et cum me tibi totum offero, parum non est: offero enim quem vehementissime diligis; et offero, si non qualem me esse arbitraris, eum tamen pro quo, ut talis esse merear deprecaris. Hoc enim magis jam peto facias, ne minus optes mihi adjici ad id quod sum, dum me existimas jam esse quod non sum.

4. Ecce charissimus meus est, et ab ineunte adolescentia mihi familiariter amicissimus qui hanc Eximietati tuae ac praestantissimae Charitati epistolam apportat. Hujus nomen est in libro de Religione, quem tua Sanctitas, quantum litteris indicas, libentissime legit: factus est enim tibi etiam tanti viri, qui tibi eum misit, commendatione jucundior. Neque tamen huic tam familiari amico meo velim credas, quae de me forte laudans dixerit. Sensi enim etiam ipsum saepe non mentiendi studio, sed amandi propensione falli judicantem, et arbitrari jam me accepisse quaedam, quibus accipiendis a Domino patente ore cordis inhiarem. Et si hoc in os meum, quis non conjiciat quanta de me absente meliora quam veriora laetus effundat? Librorum autem nostrorum copiam faciet venerabili studio tuo: nam nescio me aliquid, sive ad eorum qui extra Ecclesiam Dei sunt, sive ad aures fratrum scripsisse, quod ipse non habeat. Sed tu cum legis, mi sancte Pauline, non te ita rapiant quae per nostram infirmitatem veritas loquitur, ut ea quae ipse loquor minus diligenter advertas; ne dum avidus hauris bona et recta quae data ministro, non ores pro peccatis et erratis quae ipse committo.

3. Estos y semejantes suavísimos y sacratísimos espectáculos ofrecen tus cartas a los lectores; aquellas cartas, cartas de fe no fingida, cartas de buena esperanza, cartas de pura caridad. ¡Cómo nos respiran tu sed, y el deseo y el desfallecimiento de tu alma por los atrios del Señor! ¡qué amor santísimo espiran! ¡cuánta opulencia de un corazón sincero desbordan! ¡qué gracias dan a Dios! ¡qué cosas impetran de Dios! ¿Son más blandas o más ardientes; más luminosas o más fecundas? Pues, ¿qué es lo que de tal modo nos acarician, de tal modo nos encienden, de tal modo nos llueven y son tan serenas? ¿qué es, te ruego, o qué te devolveré por ellas, sino que soy todo tuyo en aquel de quien eres todo tú? Si es poco, ciertamente no tengo más. Pero tú has hecho que no me parezca poco, tú que te dignaste honrarme en aquella carta con tantas alabanzas que, al devolverme a ti, si pensara que esto es poco, quedaría convencido de no haberte creído. Me avergüenza ciertamente creer tanto bien de mí, pero más me duele no creerte a ti. Hay algo que puedo hacer: no me creeré tal como tú piensas, porque no me reconozco; y creeré que soy amado por ti, porque lo siento y lo percibo claramente: así no habré sido ni temerario conmigo, ni ingrato contigo. Y cuando me ofrezco todo a ti, no es poco: pues ofrezco a quien amas vehementísimamente; y ofrezco, si no al que tú juzgas que soy, al menos a aquel por quien ruegas para que merezca ser tal. Pues esto es lo que más te pido ahora que hagas, no sea que desees menos que se me añada a lo que soy, mientras piensas que ya soy lo que no soy.

4. He aquí que es mi muy querido y, desde mi temprana juventud, muy íntimo amigo el que lleva esta carta a tu Excelencia y a tu prestantísima Caridad. Su nombre está en el libro «Sobre la Religión», que tu Santidad, según indicas en tus cartas, lee muy gustosamente: pues se te ha hecho incluso más agradable por la recomendación de tan gran varón, que te lo envió. Sin embargo, no quisiera que creyeras a este mi tan familiar amigo en lo que tal vez haya dicho alabándome. Pues he sentido que incluso él a menudo, no por deseo de mentir, sino por propensión de amar, se equivoca al juzgar, y piensa que ya he recibido ciertas cosas por cuya recepción del Señor yo suspiraba con la boca del corazón abierta. Y si esto dice en mi presencia, ¿quién no conjeturará cuántas cosas mejores que verdaderas derramará alegremente sobre mí estando ausente? Pondrá a disposición de tu venerable estudio la abundancia de nuestros libros: pues no sé que haya escrito yo algo, ya sea para los que están fuera de la Iglesia de Dios, ya sea para los oídos de los hermanos, que él no posea. Pero tú, cuando leas, mi santo Paulino, no te arrebaten de tal modo las cosas que la Verdad dice a través de nuestra flaqueza, que adviertas con menos diligencia las cosas que digo yo mismo; no sea que, mientras bebes ávidamente lo bueno y recto que, habiéndoseme dado, administro, no ores por los pecados y errores que yo mismo cometo.

In his enim quae tibi recte, si adverteris, displicebunt, ego ipse conspicior; in his autem quae per donum Spiritus quod accepisti, recte tibi placent in libris meis, ille amandus, ille praedicandus est apud quem est fons vitae, et in cujus lumine videbimus lumen (Psal. XXXV, 10), sine aenigmate, sed facie ad faciem, nunc autem in aenigmate videmus (I Cor. XIII, 12). In his ergo quae ipse de veteri fermento eructavi, eum ea legens agnosco, me judico cum dolore; in his vero quae de azymo sinceritatis et veritatis dono Dei dixi, exsulto cum tremore. Quid enim habemus, quod non accepimus? At enim melior est qui majoribus et pluribus, quam qui minoribus et paucioribus donis Dei dives est. Quis negat? sed rursus melius est, vel de parvo Dei dono gratias ipsi agere, quam sibi agi velle de magno. Haec ut ex animo semper confitear, meumque cor a lingua mea non dissonet, ora pro me, frater. Ora, obsecro, ut non laudari volens, sed laudans invocem Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

5. Est etiam aliud quo istum fratrem amplius diligas: nam est cognatus venerabilis, et vere beati episcopi Alypii, quem toto pectore amplecteris, et merito; nam quisquis de illo viro benigne cogitat, de magna Dei misericordia, et de mirabilibus Dei muneribus cogitat. Itaque cum legisset petitionem tuam, qua desiderare te indicasti ut historiam suam tibi scribat, et volebat facere propter benevolentiam tuam, et nolebat propter verecundiam suam: quem cum viderem inter amorem pudoremque fluctuantem, onus ab illo in humeros meos transtuli; nam hoc mihi etiam per epistolam jussit. Cito ergo, si Dominus adjuverit, totum Alypium inseram praecordiis tuis; nam hoc sum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia quae in eum Dominus contulit, ne alicui minus intelligenti (non enim abs te solo illa legerentur), non divina munera concessa hominibus, sed ipsum praedicare videretur, et tu qui nosti quomodo haec legas, propter aliorum cavendam infirmitatem fraternae notitiae debito fraudareris: quod jam fecissem, jamque illum legeres, nisi profectio fratris improvisa repente placuisset. Quem sic commendo cordi et linguae tuae, ut ita comiter ei te praebeas, quasi non nunc illum, sed mecum ante didiceris. Si enim cordi tuo non dubitaverit aperire seipsum, aut ex omni, aut ex magna parte sanabitur per linguam tuam. Volo enim eum numerosius contundi eorum vocibus, qui amicum non seculariter diligunt.

En efecto, en aquellas cosas que con razón, si adviertes, te disgustarán, me veo yo mismo; pero en aquellas cosas que, por el don del Espíritu que has recibido, con razón te gustan en mis libros, a Él hay que amar, a Él hay que predicar, en quien está la fuente de la vida, y en cuya luz veremos la luz (Sal. XXXV, 10), sin enigma, sino cara a cara, mientras que ahora vemos en enigma (I Cor. XIII, 12). En aquellas cosas, pues, que yo mismo eructé de la vieja levadura, al leerlas las reconozco, me juzgo con dolor; pero en aquellas que dije sobre el ázimo de la sinceridad y de la verdad como don de Dios, exulto con temblor. Pues, ¿qué tenemos que no hayamos recibido? Pero ciertamente es mejor el que es rico con mayores y más numerosos dones de Dios, que el que lo es con menores y más pocos. ¿Quién lo niega? Pero, a su vez, es mejor dar gracias a Dios incluso por un pequeño don suyo, que querer que se le den a uno las gracias por uno grande. Para que siempre confiese esto de corazón, y mi corazón no disuene de mi lengua, ora por mí, hermano. Ora, te ruego, para que no queriendo ser alabado, sino alabando invoque al Señor, y seré salvo de mis enemigos.

5. Hay también otra cosa por la que ames más ampliamente a este hermano: pues es pariente del venerable y verdaderamente bendito obispo Alipio, a quien abrazas con todo el pecho, y con razón; pues quienquiera que piensa benignamente de aquel varón, piensa de la gran misericordia de Dios y de los admirables dones de Dios. Así pues, cuando hubo leído tu petición, en la que indicaste que deseabas que te escribiera su historia, y él quería hacerlo por tu benevolencia, y no quería por su vergüenza: al verlo yo vacilante entre el amor y el pudor, trasladé la carga de él a mis hombros; pues esto me mandó también por carta. Pronto, pues, si el Señor ayudare, introduciré a todo Alipio en tus entrañas; pues esto es lo que yo más temí, que él temiera abrir todo lo que el Señor le otorgó, no sea que a alguno menos inteligente (pues no serías tú solo quien leyera aquello), no le pareciera que predicaba los dones divinos concedidos a los hombres, sino a sí mismo, y tú, que sabes cómo leer estas cosas, por evitar la flaqueza de otros, fueras defraudado de la deuda del conocimiento fraterno: lo cual ya habría hecho, y ya lo estarías leyendo, si no hubiera placido de repente la partida imprevista del hermano. Al cual encomiendo de tal modo a tu corazón y a tu lengua, que te le muestres tan afable como si no lo hubieras conocido ahora, sino antes conmigo. Pues si no dudare en abrirse a tu corazón, sanará o del todo, o en gran parte por tu lengua. Quiero, en efecto, que sea golpeado más numerosamente por las voces de aquellos que no aman a un amigo de manera secular.

6. Filium autem ejus, filium nostrum , cujus etiam nomen in aliquibus nostris libris invenies, etsi ad tuae charitatis praesentiam ipse non pergeret, statueram litteris in manum tuam tradere consolandum, exhortandum, instruendum, non tam oris sono, quam exemplo roboris tui. Ardeo quippe, ut dum adhuc aetas ejus in viridi feno est, zizania convertat in frugem, et credat expertis quod experiri periculose desiderat. Nunc ergo ex ejus carmine, et ex epistola quam ad eum misi , intelligit benevolentissima et mansuetissima prudentia tua, quid de illo doleam, quid timeam, quid cupiam. Nec despero affuturum Dominum, ut per te ministrum ejus tantis curarum aestibus liberer. Sane quia multa scripta nostra lecturus es, multo erit mihi gratior dilectio tua, si ex his quae tibi displicuerint, emendaveris me justus in misericordia, et argueris me. Non enim talis es, cujus oleo timeam impinguari caput meum. Fratres non solum qui nobiscum habitant, et qui ubilibet habitantes Deo pariter serviunt, sed prope omnes qui nos in Christo libenter noverunt, salutant, venerantur, desiderant Germanitatem, Beatitudinem, Humanitatem tuam. Non audeo petere; sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus vacat, vides quid mecum sitiat Africa .

EPISTOLA XXVIII.

Augustinus Hieronymo, de nova post LXX Veteris Testamenti versione; deque Petro reprehenso a Paulo ad Galat. II, expostulans de suscepto hinc patrocinio mendacii officiosi.

Domino dilectissimo, et cultu sincerissimo charitatis obsequendo atque amplectendo fratri et compresbytero HIERONYMO, AUGUSTINUS.

Caput Primum.

1.

Nunquam aeque quisquam tam facie cuilibet innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorum quieta, laeta , et vere exercitatio liberalis. Quanquam ergo percupiam omnino te nosse; tamen exiguum quiddam tui minus habeo, praesentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam posteaquam te beatissimus nunc episcopus, tum vero jam episcopatu dignus, frater Alypius vidit, remeansque a me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu ejus impressam; et ante reditum, cum te ille ibi videbat, ego videbam, sed oculis ejus.

6. En cuanto a su hijo, hijo nuestro también, cuyo nombre hallarás asimismo en algunos de nuestros libros, aunque él mismo no fuera a la presencia de tu caridad, había decidido entregarlo por carta en tu mano, para que fuese consolado, exhortado e instruido, no tanto por el sonido de tu boca cuanto por el ejemplo de tu fortaleza. Pues ardo en deseos de que, mientras su edad está todavía en heno verde, convierta la cizaña en fruto, y crea a los expertos acerca de aquello que peligrosamente desea experimentar. Ahora, pues, por su poema y por la carta que le envié, comprende tu benevolentísima y mansísima prudencia qué me duele de él, qué temo, qué deseo. Ni desespero de que el Señor haya de estar presente, para que por medio de ti, su ministro, sea yo librado de tan grandes oleadas de cuidados. Ciertamente, puesto que has de leer muchos escritos nuestros, me será mucho más grata tu dilección si, respecto de lo que te desagradare, me corrigieres, justo, en misericordia, y me reprendieres. Pues no eres tú tal que tema que mi cabeza sea engordada por tu aceite. Los hermanos, no solo los que habitan con nosotros y los que, habitando en cualquier lugar, sirven igualmente a Dios, sino casi todos los que con gusto nos han conocido en Cristo, saludan, veneran y desean a tu Hermandad, a tu Beatitud, a tu Bondad. No me atrevo a pedir; pero si te queda tiempo libre de tus tareas eclesiásticas, ves de qué tiene sed África junto conmigo.

CARTA XXVIII.

Agustín a Jerónimo, sobre la nueva versión del Antiguo Testamento posterior a la de los Setenta; y sobre Pedro reprendido por Pablo, en la carta a los Gálatas, capítulo II, quejándose del patrocinio de la mentira oficiosa asumido a partir de ahí.

Al señor amadísimo, y al hermano y compresbítero JERÓNIMO, digno de ser venerado y abrazado con el culto sincerísimo de la caridad, AGUSTÍN.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Nunca nadie llegó a ser tan conocido por su rostro para cualquiera, como me es conocida a mí la tranquila, alegre y verdaderamente liberal ejercitación de tus estudios en el Señor. Aunque, por tanto, deseo ardientemente conocerte por completo, sin embargo tengo un poquito menos de ti, a saber, la presencia corporal: la cual, incluso después de que te viera el ahora beatísimo obispo, pero entonces ya digno del episcopado, el hermano Alipio, y habiendo regresado fuera visto por mí, no puedo negar que en gran parte se me quedó grabada por su relato; y antes de su regreso, cuando él te veía allí, yo te veía, pero con sus ojos.

Non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui noverit, dixerit, concordia duntaxat et familiaritate fidissima, non meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus communione spiritus quo in unum nectimur, deinde illius ex ore jam diligis; nequaquam impudenter quasi aliquis ignotus commendo Germanitati tuae fratrem Profuturum , quem nostris conatibus, deinde adjutorio tuo vere profuturum speramus; nisi forte quod talis est, ut ipse tibi per eum fiam commendatior, quam ille per me. Hactenus fortasse scribere debuerim, si esse vellem epistolarum solemnium more contentus; sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de studiis nostris, quae habemus in Christo Jesu Domino nostro; qui nobis multas utilitates et viatica quaedam demonstrati a se itineris, etiam per tuam charitatem non mediocriter ministrare dignatur.

CAPUT II.

2. Petimus ergo, et nobiscum petit omnis Africanarum Ecclesiarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui graece Scripturas nostras quam optime tractaverunt, curam atque operam impendere non graveris. Potes enim efficere ut nos quoque habeamus tales illos viros, et unum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas. De vertendis autem in latinam linguam sanctis Litteris canonicis laborare te nollem, nisi eo modo quo Job interpretatus es; ut signis adhibitis quid inter hanc tuam et Septuaginta, quorum est gravissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in hebraeis exemplaribus invenitur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugerit. Omitto enim Septuaginta, de quorum vel consilii vel spiritus majore concordia, quam si unus homo esset, non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis praeeminentem auctoritatem in hoc munere sine controversia tribuendam existimo. Illi me plus movent, qui cum posteriores interpretarentur, et verborum locutionumque hebraearum viam atque regulas mordicus, ut fertur, tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto post eruenda et prodenda remanerent. Et aut obscura sunt, aut manifesta: si enim obscura sunt, te quoque in eis falli potuisse creditur; si manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. Hujus igitur rei pro tua charitate, expositis causis, certum me facias obsecraverim.

CAPUT III.

Perniciosa simulatio.

Pues quien nos conozca, no dirá que yo y él somos dos en el alma, sino en el cuerpo, al menos por la concordia y la familiaridad más fiel, no por los méritos en los que él sobresale. Puesto que, por tanto, ya me amas primeramente por la comunión del espíritu con que nos unimos en uno, y luego por su boca; de ningún modo impúdicamente, como si fuera un desconocido, encomiendo a tu Hermandad al hermano Profuturo, quien esperamos que será verdaderamente provechoso para nuestros esfuerzos y luego por tu ayuda; a no ser tal vez porque él es tal, que yo mismo me haga más encomendado ante ti por medio de él, que él por medio de mí. Hasta aquí tal vez debiera haber escrito, si quisiera estar contento al modo de las epístolas solemnes; pero el ánimo desborda en palabras que comunicar contigo sobre nuestros estudios, los cuales tenemos en Cristo Jesús Señor nuestro; el cual se digna administrarnos muchas utilidades y ciertos viáticos del camino mostrado por Él, incluso a través de tu caridad de manera no mediocre.

CAPÍTULO II.

2. Pedimos, pues, y con nosotros pide toda la estudiosa sociedad de las Iglesias africanas, que no te sea gravoso emplear cuidado y trabajo en traducir los libros de aquellos que han tratado de la mejor manera nuestras Escrituras en griego. Pues puedes lograr que nosotros también tengamos a aquellos tales varones, y a uno principalmente, a quien tú suenas con más gusto en tus cartas. Pero en cuanto a trabajar en la traducción de las Sagradas Escrituras canónicas a la lengua latina, no quisiera que lo hicieras, a no ser de la manera en que tradujiste a Job; para que, aplicados ciertos signos, aparezca qué diferencia hay entre esta tuya y la interpretación de los Setenta, cuya autoridad es gravísima. Pues no puedo maravillarme lo suficiente de si todavía se encuentra algo en los ejemplares hebreos que haya escapado a tantos intérpretes peritísimos de aquella lengua. Pues omito a los Setenta, sobre cuya mayor concordia, ya sea de consejo o de espíritu, como si fueran un solo hombre, no me atrevo a proferir una sentencia cierta en ningún sentido, sino que juzgo que se les debe atribuir sin controversia una autoridad preeminente en este oficio. Aquellos me mueven más, quienes habiendo traducido después, y manteniendo tenazmente, según se dice, el camino y las reglas de las palabras y locuciones hebreas, no solo no consintieron entre sí, sino que también dejaron muchas cosas que quedaban por ser desenterradas y publicadas tanto tiempo después. Y o bien son oscuras, o manifiestas: pues si son oscuras, se cree que tú también pudiste haberte engañado en ellas; si manifiestas, no se cree que ellos pudieran haberse engañado en ellas. Por tanto, por tu caridad, expuestas las causas, te suplicaría que me hicieras cierto de este asunto.

Capítulo III.

Simulación perniciosa.

3. Legi etiam quaedam scripta, quae tua dicerentur, in Epistolas apostoli Pauli; quarum ad Galatas, cum enodare velles, venit in manus locus ille, quo apostolus Petrus a perniciosa simulatione revocatur. Ibi patrocinium mendacii susceptum esse vel abs te tali viro, vel a quopiam, si alius illa scripsit, fateor, non mediocriter doleo, donec refellantur (si forte refelli possunt), ea quae me movent. Mihi enim videtur exitiosissime credi, aliquod in Libris sanctis haberi mendacium; id est eos homines, per quos nobis illa Scriptura ministrata est atque conscripta, aliquid in libris suis fuisse mentitos. Alia quippe quaestio est, sitne aliquando mentiri viri boni; et alia quaestio est, utrum scriptorem sanctarum Scripturarum mentiri oportuerit: imo vero non alia, sed nulla quaestio est. Admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non ut cuique videbitur vel ad mores difficilis vel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur.

4. Si enim mentiebatur apostolus Paulus cum apostolum Petrum objurgans diceret, Si tu cum sis Judaeus, gentiliter et non judaice vivis, quemadmodum gentes cogis judaizare? et recte illi videbatur Petrus fecisse, quem non recte fecisse et dixit et scripsit, ut quasi animos tumultuantium deliniret (Gal. II, 11-14); quid respondebimus, cum exsurrexerint perversi homines, prohibentes nuptias, quos futuros ipse praenuntiavit (I Tim. IV, 3), et dixerint totum illud, quod idem apostolus de matrimoniorum jure firmando locutus est (I Cor. VII, 10-16), propter homines qui dilectione conjugum tumultuari poterant, fuisse mentitum; scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur adversitas? Non opus est multa commemorare. Possunt enim videri etiam de laudibus Dei esse officiosa mendacia, ut apud homines pigriores dilectio ejus ardescat; atque ita nusquam certa erit in Libris sanctis castae veritatis auctoritas. Nonne attendimus eumdem apostolum cum ingenti cura commendandae veritatis dicere: Si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides vestra: invenimur autem et falsi testes Dei; quia testimonium diximus adversus Deum, quod suscitavit Christum, quem non suscitavit (Id. XV, 14 15)? Si quis huic diceret: Quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris, quod etiam si falsum sit, ad laudem Dei maxime pertinet?

3. He leído también ciertos escritos, que se decían ser tuyos, sobre las Epístolas del apóstol Pablo; de las cuales, para los Gálatas, cuando quisiste explicarla, vino a tus manos aquel pasaje donde el apóstol Pedro es retirado de una simulación perniciosa. Allí confieso que me duelo no mediocremente de que se haya asumido el patrocinio de la mentira ya sea por ti, siendo tal varón, o por cualquiera, si otro escribió aquello, hasta que sean refutadas (si por acaso pueden ser refutadas) esas cosas que me mueven. Pues me parece que se cree muy desastrosamente que se tiene alguna mentira en los Libros sagrados; esto es, que aquellos hombres, por quienes nos fue administrada y escrita aquella Escritura, mintieron en algo en sus libros. Pues una es la cuestión de si alguna vez le es lícito mentir al hombre bueno; y otra cuestión es si al escritor de las sagradas Escrituras le convino mentir: más bien, no es otra, sino que no hay cuestión alguna. Pues una vez admitida en tan alto grado de autoridad alguna mentira oficiosa (*mendacium officiosum*), no quedará ninguna partícula de aquellos libros que no sea referida, según le parezca a cada uno o difícil para las costumbres o increíble para la fe, por la misma perniciosa regla, al consejo y oficio de un autor que miente.

4. Pues si el apóstol Pablo mentía cuando, reprendiendo al apóstol Pedro, decía: 'Si tú, siendo judío, vives como gentil y no como judío, ¿cómo obligas a los gentiles a judaizar?', y rectamente le parecía que Pedro había hecho aquello que él dijo y escribió que no había hecho rectamente, como para calmar los ánimos de los que causaban tumulto (Gál. II, 11-14); ¿qué responderemos cuando surjan hombres perversos, prohibiendo las nupcias, los cuales él mismo vaticinó que vendrían (I Tim. IV, 3), y digan que todo aquello que el mismo apóstol habló sobre la firmeza del derecho de los matrimonios (I Cor. VII, 10-16), fue mentido por causa de los hombres que por el amor a sus cónyuges podían alborotarse; a saber, no porque él sintiera esto, sino para que se aplacara la adversidad de aquellos? No es necesario conmemorar muchas cosas. Pues pueden parecer mentiras oficiosas incluso sobre las alabanzas de Dios, para que entre los hombres más perezosos su amor arda; y así en ninguna parte será cierta la autoridad de la casta verdad en los Libros sagrados. ¿Acaso no atendemos al mismo apóstol diciendo con inmenso cuidado de encomendar la verdad: 'Si Cristo no resucitó, vana es nuestra predicación, vana es también vuestra fe: somos hallados también falsos testigos de Dios; porque dimos testimonio contra Dios, de que resucitó a Cristo, a quien no resucitó' (Id. XV, 14-15)? Si alguien le dijera a este: ¿Por qué te horrorizas de esta mentira, habiendo dicho aquello que, aunque fuera falso, pertenece máximamente a la alabanza de Dios?

Nonne hujus detestatus insaniam, quibus posset verbis et significationibus, in lucem penetralia sui cordis aperiret, clamans non minore aut fortasse etiam majore scelere in Deo laudari falsitatem, quam vituperari veritatem? Agendum est igitur ut ad cognitionem divinarum Scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis Libris tam sancte et veraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia, potiusque id, quod non intelligit, transeat, quam cor suum praeferat illi veritati. Profecto enim cum hoc dicit, credi sibi expetit, and id agit, ut divinarum Scripturarum auctoritatibus non credamus.

5. Et ego quidem qualibuscumque viribus, quas Dominus suggerit, omnia illa testimonia, quae adhibita sunt astruendae utilitati mendacii, aliter oportere intelligi ostenderem, ut ubique eorum firma veritas doceretur. Quam enim testimonia mendacia esse non debent, tam non debent favere mendacio. Sed hoc intelligentiae relinquo tuae. Admota enim lectioni diligentiori consideratione, multo id fortasse facilius videbis quam ego. Ad hanc autem considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem Scripturarum divinarum, ut in eis quod vult quisque credat, quod non vult non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos viros, per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiose potuisse mentiri. Nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus noverimus ubi oporteat mentiri, ubi non oporteat. Quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubiisque rationibus id explices, quaeso; nec me onerosum aut impudentem judices, per humanitatem veracissimam Domini nostri. Nam, ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error veritati favet, si recte in te potest veritas favere mendacio.

CAPUT IV.

6. Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem, et de christiano studio conferre; sed huic desiderio meo nulla epistola satis est. Uberius idipsum possum per fratrem, quem miscendum et alendum dulcibus atque utilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo. Et tamen, quantum vellem, nec ipse (quod pace ejus dixerim) forsitan capit; quanquam nihilo me illi praetulerim. Ego enim me fateor tui capaciorem; sed ipsum video fieri pleniorem, quo me sine dubitatione antecellit: et posteaquam redierit, quod Domino adjuvante prosperatum iri spero, cum ejus pectoris abs te cumulati particeps fuero, non est impleturus, quod in me adhuc vacuum erit atque avidum sensuum tuorum. Ita fiet ut et ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. Sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum; quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram atque fraternam severitatem adhibeas quaeso.

¿Acaso no detestando la locura de este, abriría a la luz lo más secreto de su corazón con las palabras y significaciones que pudiera, clamando que con no menor o tal vez incluso con mayor crimen se alaba la falsedad en Dios que se vitupera la verdad? Se debe actuar, por tanto, para que tal hombre acceda al conocimiento de las divinas Escrituras, que piense de los Libros sagrados tan santa y verazmente, que no quiera deleitarse con alguna parte de ellos a través de mentiras oficiosas, y prefiera pasar por alto aquello que no entiende, antes que preferir su corazón a aquella verdad. Pues ciertamente cuando dice esto, pretende que se le crea, y actúa de modo que no creamos a las autoridades de las divinas Escrituras.

5. Y yo por cierto, con las fuerzas que el Señor me sugiera, mostraría que todos aquellos testimonios que han sido aducidos para apuntalar la utilidad de la mentira, deben entenderse de otro modo, para que en todas partes se enseñara la firme verdad de ellos. Pues así como los testimonios no deben ser mentirosos, así tampoco deben favorecer a la mentira. Pero esto lo dejo a tu entendimiento. Pues aplicada una consideración más diligente a la lectura, verás esto tal vez mucho más fácilmente que yo. A esta consideración te obligará la piedad, por la cual reconoces que fluctúa la autoridad de las divinas Escrituras, de modo que en ellas cada uno crea lo que quiere y no crea lo que no quiere, si una vez se ha persuadido que aquellos hombres, por quienes se nos han administrado estas cosas, pudieron mentir oficiosamente en sus escritos. A no ser que tal vez vayas a dar ciertas reglas, por las cuales sepamos dónde conviene mentir y dónde no conviene. Si esto puede hacerse, de ningún modo lo expliques con razones mentirosas y dudosas, te lo ruego; ni me juzgues pesado o impúdico, por la veracísima humanidad de nuestro Señor. Pues, por no decir que ninguna, ciertamente no una gran culpa favorece a la verdad en mi error, si rectamente en ti puede la verdad favorecer a la mentira.

CAPÍTULO IV.

6. Muchas otras cosas desearía hablar con tu sincerísimo corazón, y conferir sobre el estudio cristiano; pero para este deseo mío ninguna epístola es suficiente. Más abundantemente puedo hacer eso mismo a través del hermano, a quien me gozo de haber enviado para ser mezclado y nutrido con tus dulces y útiles conversaciones. Y sin embargo, cuanto yo quisiera, ni él mismo (dicho sea con su paz) tal vez lo capta; aunque en nada me anteponga a él. Pues yo me confieso más capaz de ti; pero lo veo a él hacerse más pleno, en lo cual me aventaja sin duda: y después que haya regresado, lo cual espero que sea prosperado con la ayuda del Señor, cuando yo sea partícipe de su pecho colmado por ti, él no va a llenar lo que en mí todavía estará vacío y ávido de tus sentidos. Así sucederá que incluso entonces yo sea más indigente, y él más copioso. Ciertamente el mismo hermano lleva algunos escritos nuestros consigo; en cuya lectura, si te dignas aplicarte, te ruego que apliques también una sincera y fraterna severidad.

Non enim aliter intelligo quod scriptum est, Emendabit me justus in misericordia, et arguet me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum (Psal. CXL, 5); nisi quia magis amat objurgator sanans, quam adulator unguens caput. Ego autem difficillime bonus judex lego quod scripserim, sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea; sed haec malo audire a melioribus, ne cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, et meticulosam potius mihi videar in me, quam justam tulisse sententiam.

EPISTOLA XXIX. . Augustinus presbyter, Alypio Thagastensi episcopo, narrans quibus adhortationibus obtinuerit demum ut Hipponenses catholici abhorrerent a luxuriosis conviviis, quae in sanctorum natalitiis apud Africanas Ecclesias celebrare mos erat. Epistola Presbyteri Hipponensium-regiorum ad ALYPIUM episcopum Thagastensium, de die Natalis Leontii quondam episcopi Hipponensis.

1. De negotio interim quod non curare non possum, nihil certum scribere potui, absente fratre Machario, qui cito dicitur rediturus; et quod Deo adjuvante peragi potuerit, peragetur. De nostra autem pro eis sollicitudine, quanquam fratres nostri cives qui aderant securos suos facere possent; tamen digna res epistolari colloquio, quo nos invicem consolamur, a Domino praestita est; in quo promerendo multum nos adjutos esse credimus ipsa vestra sollicitudine, quae profecto sine deprecatione pro nobis esse non potuit.

2. Itaque ne praetermittamus vestrae Charitati narrare quid gestum sit, ut nobiscum Deo gratias agatis de accepto beneficio, qui nobiscum preces de accipiendo fudistis: cum post profectionem tuam nobis nuntiatum esset tumultuari homines, et dicere se ferre non posse ut illa solemnitas prohiberetur, quam Laetitiam nominantes, vinolentiae nomen frustra conantur abscondere, sicut etiam te praesente jamjam nuntiabatur; opportune nobis accidit occulta ordinatione omnipotentis Dei, ut quarta feria illud in Evangelio capitulum consequenter tractaretur: Nolite dare sanctum canibus, neque projeceritis margaritas vestras ante porcos (Matth. VII, 6). Tractatum est ergo de canibus et de porcis, ita ut et pervicaci latratu adversus Dei praecepta rixantes, et voluptatum carnalium sordibus dediti erubescere cogerentur; conclusumque ita, ut viderent quam esset nefarium intra ecclesiae parietes id agere nomine religionis, quod in suis domibus si agere perseverarent, a sancto et margaritis ecclesiasticis eos arceri oporteret.

Pues no entiendo de otro modo lo que está escrito: 'Me corregirá el justo con misericordia, y me reprenderá; pero el aceite del pecador no pringue mi cabeza' (Salm. CXL, 5); sino porque más ama el reprendedor que sana, que el adulador que unge la cabeza. Yo, por mi parte, con mucha dificultad leo como buen juez lo que he escrito, sino que soy o más tímido de lo justo, o más codicioso. Veo también a veces mis vicios; pero prefiero oír estos de mejores varones, no sea que cuando tal vez rectamente me haya reprendido, de nuevo me lisonjee, y me parezca haber dictado sobre mí una sentencia más bien meticulosa que justa.

EPÍSTOLA XXIX. . Agustín presbítero, a Alipio obispo de Tagaste, narrando con qué exhortaciones obtuvo al fin que los católicos de Hipona aborrecieran los lujuriosos convites, que era costumbre celebrar en las Iglesias africanas en los natalicios de los santos. Epístola del Presbítero de Hipona Regia a ALIPIO obispo de Tagaste, sobre el día del Natalicio de Leoncio, en otro tiempo obispo de Hipona.

1. Sobre el negocio entre tanto que no puedo dejar de cuidar, nada cierto he podido escribir, estando ausente el hermano Macario, quien se dice que regresará pronto; y lo que con la ayuda de Dios pueda llevarse a cabo, se llevará a cabo. Sobre nuestra solicitud por ellos, aunque nuestros hermanos ciudadanos que estaban presentes pudieran tranquilizar a los suyos; sin embargo, el Señor nos ha concedido algo digno de un coloquio epistolar, por el cual nos consolamos mutuamente; en cuyo merecimiento creemos que hemos sido muy ayudados por vuestra misma solicitud, la cual por cierto no pudo dejar de ser por nosotros sin súplica.

2. Así pues, para no dejar de narrar a vuestra Caridad lo que se ha hecho, para que deis gracias a Dios con nosotros por el beneficio recibido, vosotros que con nosotros derramasteis preces por recibirlo: habiéndosenos anunciado después de tu partida que los hombres estaban alborotados, y decían que no podían soportar que se prohibiera aquella solemnidad, a la cual llamándola Alegría, intentan en vano ocultar el nombre de la embriaguez, tal como ya se anunciaba incluso estando tú presente; nos ocurrió oportunamente por oculta ordenación del Dios omnipotente, que en la cuarta feria se tratara consecuentemente aquel capítulo del Evangelio: 'No deis lo santo a los perros, ni arrojéis vuestras perlas ante los puercos' (Mat. VII, 6). Se trató, pues, sobre los perros y sobre los puercos, de modo que tanto los que reñían con persistente ladrido contra los preceptos de Dios, como los entregados a las suciedades de los placeres carnales fueran obligados a avergonzarse; y se concluyó de tal modo, que vieran cuán nefasto era hacer dentro de las paredes de la iglesia en nombre de la religión lo que, si perseveraran en hacerlo en sus casas, convendría alejarlos de lo santo y de las perlas eclesiásticas.

3. Sed haec quamvis grate accepta fuerint, tamen quia pauci convenerant, non erat satisfactum tanto negotio. Iste autem sermo cum ab eis qui aderant, pro cujusque facultate ac studio, foris ventilaretur, multos habuit contradictores. Postea vero quam dies Quadragesimae illuxisset, et frequens multitudo ad horam tractationis occurrit, lectum est istud in Evangelio, ubi Dominus de templo expulsis venditoribus animalium, et eversis mensis nummulariorum, dixit domum Patris sui pro domo orationum speluncam latronum esse factam (Id. XXI, 12): quod capitulum, cum eos intentos proposita vinolentiae quaestione feci, et ipse quoque recitavi, adjunxique disputationem, qua ostenderem quanto commotius et vehementius Dominus noster ebriosa convivia, quae ubique sunt turpia, de templo expelleret, unde sic expulit concessa commercia, cum ea venderentur, quae sacrificiis illo tempore licitis essent necessaria; quaerens ab eis, quibus similiorem putarent speluncam latronum, necessaria vendentibus, an immoderate bibentibus.

4. Et quoniam mihi praeparatae lectiones suggerendae tenebantur, adjunxi deinde ipsum adhuc carnalem populum Judaeorum, in illo templo, ubi nondum corpus et sanguis Domini offerebatur, non solum vinolenta, sed nec sobria quidem unquam celebrasse convivia; nec eos publice religionis nomine inebriatos inveniri in historia, nisi cum festa fabricato idolo exsolverent (Exod. XXXII, 6.) Quae cum dicerem, codicem etiam accepi, et recitavi totum illum locum. Addidi etiam cum dolore quo potui, quoniam Apostolus ait, ad discernendum populum christianum a duritie Judaeorum, Epistolam suam non in tabulis lapideis scriptam, sed in tabulis cordis carnalibus (II Cor. III, 3), cum Moyses famulus Dei, propter illos principes, binas lapideas tabulas confregisset (Exod. XXXII, 19), quomodo non possemus istorum corda confringere, qui homines Novi Testamenti, sanctorum diebus celebrandis ea vellent solemniter exhibere, quae populus Veteris Testamenti et semel et idolo celebravit.

5. Tunc reddito Exodi codice, crimen ebrietatis, quantum tempus sinebat, exaggerans, sumpsi apostolum Paulum, et inter quae peccata posita esset ostendi, legens illum locum, Si quis frater nominetur aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere (I Cor. V, 11); ingemiscendo admonens cum quanto periculo convivaremur cum eis qui vel in domibus inebriarentur.

3. Pero aunque estas cosas fueron gratamente recibidas, sin embargo, porque pocos se habían reunido, no se había satisfecho negocio tan grande. Pero habiéndose ventilado fuera este sermón por aquellos que estuvieron presentes, según la facultad y el celo de cada uno, tuvo muchos contradictores. Pero después que amaneció el día de la Cuaresma, y una frecuente multitud concurrió a la hora del sermón, se leyó aquello en el Evangelio, donde el Señor, expulsados del templo los vendedores de animales y volcadas las mesas de los cambistas, dijo que la casa de su Padre se había convertido en cueva de ladrones en lugar de casa de oración (Id. XXI, 12): cuyo capítulo, habiéndolos hecho atentos por la cuestión propuesta de la embriaguez, yo mismo también lo recité, y añadí una disputa por la cual mostrara con cuánta más conmoción y vehemencia nuestro Señor expulsaría del templo los convites embriagados, que en todas partes son torpes, de donde así expulsó los comercios permitidos, siendo que se vendían aquellas cosas que eran necesarias para los sacrificios lícitos en aquel tiempo; preguntándoles a quiénes pensaban que era más semejante la cueva de ladrones, si a los que vendían lo necesario o a los que bebían inmoderadamente.

4. Y puesto que se me sugerían lecturas preparadas, añadí después que el mismo pueblo de los judíos, todavía carnal, en aquel templo donde aún no se ofrecía el cuerpo y la sangre del Señor, nunca celebró convites no solo embriagados, sino ni siquiera sobrios; ni se encuentra en la historia que se hayan embriagado públicamente en nombre de la religión, sino cuando celebraron fiestas al ídolo fabricado (Éxod. XXXII, 6). Mientras decía estas cosas, tomé también el códice y recité todo aquel pasaje. Añadí también con el dolor que pude, que puesto que el Apóstol dice, para distinguir al pueblo cristiano de la dureza de los judíos, que su Epístola no fue escrita en tablas de piedra, sino en las tablas carnales del corazón (II Cor. III, 3), habiendo Moisés, siervo de Dios, por causa de aquellos príncipes, roto las dos tablas de piedra (Éxod. XXXII, 19), cómo no podíamos nosotros romper los corazones de estos, que siendo hombres del Nuevo Testamento, quisieran exhibir solemnemente en la celebración de los días de los santos aquello que el pueblo del Antiguo Testamento celebró una sola vez y ante un ídolo.

5. Entonces, devuelto el códice del Éxodo, exagerando el crimen de la embriaguez tanto como el tiempo permitía, tomé al apóstol Pablo y mostré entre qué pecados estaba puesta, leyendo aquel pasaje: 'Si algún hermano es llamado o fornicario, o servidor de ídolos, o avaro, o maldiciente, o borracho, o rapaz; con el tal ni siquiera tomar comida' (I Cor. V, 11); amonestando con gemidos con cuánto peligro convivemos con aquellos que se embriagan incluso en sus casas.

Legi etiam illud quod non longo intervallo sequitur: Nolite errare; neque fornicatores, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum Dei possidebunt. Et haec quidem fuistis; sed abluti estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et spiritu Dei nostri (Ibid., VI, 9-11). Quibus lectis, dixi ut considerarent quomodo possent fideles audire, sed abluti estis, qui adhuc talis concupiscentiae sordes, contra quas clauditur regnum coelorum, in corde suo, id est in interiore Dei templo esse patiuntur. Inde ventum est ad illud capitulum: Convenientibus ergo vobis in unum, non est dominicam coenam celebrare: unusquisque enim propriam coenam praesumit in manducando; et alius quidem esurit, alius ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? an Ecclesiam Dei contemnitis (Ibid., XI, 20-22)? Quo recitato diligentius commendavi, ne honesta quidem et sobria convivia debere in ecclesia celebrari; quandoquidem Apostolus non dixerit, Numquid domos non habetis ad inebriandos vos? ut quasi tantummodo inebriari in ecclesia non liceret: sed, ad manducandum et bibendum, quod potest honeste fieri, sed praeter ecclesiam, ab eis qui domos habent, ubi alimentis necessariis refici possint; et tamen nos ad has angustias corruptorum temporum et diffluentium morum esse perductos, ut iis nondum modesta convivia, sed saltem domesticum regnum ebrietatis optemus.

6. Commemoravi etiam Evangelii capitulum quod pridie tractaveram, ubi de pseudoprophetis dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos (Matth. VII, 16). Deinde in memoriam revocavi fructus eo loco non appellatos, nisi opera; tum quaesivi inter quos fructus nominata esset ebrietas, et recitavi illud ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, comessationes, et his similia; quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt (Gal. V, 19). Post quae verba interrogavi quomodo de fructu ebrietatis agnosceremur christiani, quos de fructibus agnosci Dominus jussit. Adjunxi etiam legendum quod sequitur, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia (Ibid., 22): egique ut considerarent quam esset pudendum atque plangendum, quod de illis fructibus carnis non solum privatim vivere, sed etiam honorem Ecclesiae deferre cuperent, et si potestas daretur, totum tam magnae basilicae spatium turbis epulantium ebriorum que complerent; de spiritualibus autem fructibus, ad quos et divinarum Scripturarum auctoritate et nostris gemitibus invitarentur, nolunt afferre Deo munera, et his potissimum celebrare festa sanctorum.

Leí también aquello que sigue no a mucho intervalo: 'No erréis; ni los fornicarios, ni los que sirven a los ídolos, ni los adúlteros, ni los afeminados, ni los que se echan con varones, ni los ladrones, ni los avaros, ni los borrachos, ni los maldicientes, ni los rapaces poseerán el reino de Dios. Y estas cosas ciertamente fuisteis; pero habéis sido lavados, pero habéis sido justificados en el nombre del Señor Jesucristo y en el espíritu de nuestro Dios' (Ibíd., VI, 9-11). Leídas estas cosas, dije que consideraran cómo podían oír los fieles 'pero habéis sido lavados', los que todavía toleran que las suciedades de tal concupiscencia, contra las cuales se cierra el reino de los cielos, estén en su corazón, esto es, en el templo interior de Dios. De allí se vino a aquel capítulo: 'Al reuniros, pues, vosotros en uno, no es para celebrar la cena del Señor: pues cada uno se adelanta a tomar su propia cena al comer; y uno por cierto tiene hambre, otro está ebrio. ¿Acaso no tenéis casas para comer y beber? ¿o menospreciáis la Iglesia de Dios?' (Ibíd., XI, 20-22)? El cual recitado, recomendé más diligentemente que ni siquiera los convites honestos y sobrios deben celebrarse en la iglesia; siendo que el Apóstol no dijo: '¿Acaso no tenéis casas para embriagaros?', como si solo no fuera lícito embriagarse en la iglesia: sino 'para comer y beber', lo cual puede hacerse honestamente, pero fuera de la iglesia, por aquellos que tienen casas donde puedan repararse con los alimentos necesarios; y sin embargo que nosotros hemos sido conducidos a estas estrecheces de los tiempos corrompidos y de las costumbres disolutas, de modo que para ellos todavía no deseamos convites modestos, sino al menos el reino doméstico de la embriaguez.

6. Conmemoré también el capítulo del Evangelio que había tratado el día anterior, donde se dice de los pseudoprofetas: 'Por sus frutos los conoceréis' (Mat. VII, 16). Luego les recordé que los frutos en aquel lugar no se llaman sino obras; entonces pregunté entre qué frutos estaba nombrada la embriaguez, y recité aquello a los Gálatas: Manifestas son, pues, las obras de la carne, que son fornicaciones, inmundicias, lujurias, servidumbre de los ídolos, veneficios, enemistades, contiendas, emulaciones, animosidades, disensiones, herejías, envidias, embriagueces, comilonas y cosas semejantes a estas; las cuales os predigo, como ya os predije, que los que tales cosas hacen no poseerán el reino de Dios' (Gál. V, 19). Tras estas palabras pregunté cómo seríamos reconocidos como cristianos por el fruto de la embriaguez, a quienes el Señor mandó ser reconocidos por los frutos. Añadí también que se leyera lo que sigue: 'Pero el fruto del espíritu es caridad, gozo, paz, longanimidad, benignidad, bondad, fe, mansedumbre, continencia' (Ibíd., 22): e hice que consideraran cuán vergonzoso y lamentable era que de aquellos frutos de la carne no solo quisieran vivir privadamente, sino incluso rendir honor a la Iglesia, y si se diera potestad, llenar todo el espacio de tan gran basílica con turbas de ebrios banqueteando; pero de los frutos espirituales, a los cuales eran invitados tanto por la autoridad de las divinas Escrituras como por nuestros gemidos, no quieren ofrecer dones a Dios, y con estos principalmente celebrar las fiestas de los santos.

7. Quibus peractis, codicem reddidi, et imperata oratione, quantum valui, et quantum me ipsum periculum urgebat, et vires administrare Dominus dignabatur, constitui eis ante oculos commune periculum, et ipsorum qui nobis commissi essent, et nostrum qui de illis rationem reddituri essemus pastorum principi, per cujus humilitatem, insignes contumelias, alapas, et sputa in faciem, et palmas, et spineam coronam, et crucem ac sanguinem obsecravi, ut si se ipsi aliquid offendissent, vel nostri misererentur, et cogitarent venerabilis senis Valerii circa me ineffabilem charitatem, qui mihi tractandi verba veritatis tam periculosum onus non dubitarit propter eos imponere, eisque saepe dixerit quod orationes ejus exauditae essent de nostro adventu; quos non utique ad communem mortem vel spectaculum mortis illorum, sed ad communem conatum in aeternam vitam ad se venisse laetatus est. Postremo etiam dixi certum esse me, et fidere in eum qui mentiri nescit, qui per os prophetae sui pollicitus est de Domino nostro Jesu Christo dicens, Si reliquerint filii ejus legem meam, et in praeceptis meis non ambulaverint, si justificationes meas profanaverint, visitabo in virga facinora eorum, et in flagellis delicta eorum; misericordiam autem meam non auferam (Psalm. LXXXVIII, 31-34): in eum ergo me fidere, quod si haec tanta quae sibi essent lecta et dicta contemnerent, visitaturus esset in virga et in flagello, nec eos permissurus cum hoc mundo damnari. In qua conquestione sic actum, ut pro negotii atque periculi magnitudine tutor et gubernator noster animos facultatemque praebebat. Non ego illorum lacrymas meis lacrymis movi; sed cum talia dicerentur, fateor, eorum fletu praeventus meum abstinere non potui. Et cum jam pariter flevissemus, plenissima spe correctionis illorum, finis sermonis mei factus est.

8. Postridie vero, cum illuxisset dies cui solebant fauces ventresque se parare, nuntiatur mihi nonnullos, eorum etiam qui sermoni aderant, nondum a murmuratione cessasse, tantumque in eis valere vim pessimae consuetudinis, ut ejus tantum voce uterentur et dicerent: Quare modo? Non enim, antea qui haec non prohibuerunt, christiani non erant. Quo audito, quas majores commovendi eos machinas praeparem, omnino nesciebam: disponebam tamen, si perseverandum putarent, lecto illo loco de propheta Ezechiele, Explorator absolvitur, si periculum denuntiaverit, etiamsi illi quibus denuntiatur, cavere noluerint (Ezech. XXXIII, 9), vestimenta mea excutere atque discedere.

7. Una vez realizado esto, devolví el códice, y mandada la oración, cuanto pude, y cuanto el mismo peligro me urgía y el Señor se dignaba administrarme fuerzas, les puse ante los ojos el peligro común, tanto de ellos que nos habían sido encomendados, como el nuestro que de ellos habíamos de dar cuenta al Príncipe de los pastores, por cuya humildad, insignes contumelias, bofetadas y salivazos en la cara, y palmas, y corona de espinas, y cruz y sangre les supliqué que, si en algo se habían ofendido a sí mismos, al menos se compadecieran de nosotros y pensaran en la inefable caridad del venerable anciano Valerio para conmigo, quien no dudó en imponerme por causa de ellos la carga tan peligrosa de tratar las palabras de la verdad, y a menudo les dijo que sus oraciones habían sido escuchadas sobre nuestra llegada; de los cuales se alegró de que hubieran venido a él no para una muerte común o espectáculo de su muerte, sino para un esfuerzo común hacia la vida eterna. Finalmente dije también que yo estaba cierto, y confiaba en Aquel que no sabe mentir, quien prometió por boca de su profeta sobre nuestro Señor Jesucristo diciendo: 'Si sus hijos dejaren mi ley, y no anduvieren en mis preceptos, si profanaren mis justificaciones, visitaré con vara sus crímenes, y con azotes sus delitos; pero mi misericordia no la apartaré de ellos' (Salm. LXXXVIII, 31-34): en Él, pues, confiaba que si despreciaban estas cosas tan grandes que se les habían leído y dicho, los visitaría con la vara y con el azote, y no permitiría que fueran condenados con este mundo. En cuya queja se actuó de tal modo que, para la magnitud del negocio y del peligro, nuestro tutor y gobernante proporcionaba los ánimos y la facultad. No moví yo sus lágrimas con mis lágrimas; sino que cuando se decían tales cosas, confieso, prevenido por su llanto, no pude contener el mío. Y cuando ya habíamos llorado juntos, con plenísima esperanza de su corrección, se puso fin a mi sermón.

8. Pero al día siguiente, cuando hubo amanecido el día para el cual solían preparar sus gargantas y vientres, se me anuncia que algunos, incluso de los que estuvieron presentes en el sermón, aún no habían cesado de murmurar, y que tanto valía en ellos la fuerza de la pésima costumbre, que solo usaban su voz y decían: '¿Por qué ahora? Pues, los que antes no prohibieron estas cosas, ¿no eran cristianos?'. Oído lo cual, no sabía en absoluto qué máquinas mayores preparar para moverlos: disponía, sin embargo, si pensaban que debían perseverar, leído aquel pasaje del profeta Ezequiel: 'El explorador queda libre, si hubiera anunciado el peligro, aunque aquellos a quienes se anuncia no hubieran querido precaverse' (Ezeq. XXXIII, 9), sacudir mis vestiduras y marcharme.

Tum vero Dominus ostendit quod nos non deserat, et quibus modis in se ut praesumamus hortetur: namque ante horam qua exhedram ascenderemus, ingressi sunt ad me iidem ipsi quos audieram de oppugnatione vetustae consuetudinis fuisse conquestos; quos blande acceptos, paucis verbis in sententiam sanam transtuli; atque ubi ventum est ad tempus disputationis, omissa lectione quam praeparaveram, quia necessaria jam non videbatur, de hac ipsa quaestione pauca disserui, nihil nos nec brevius nec verius posse afferre adversus eos qui dicunt, Quare modo? nisi et nos dicamus, Vel modo.

9. Verumtamem ne illi, qui ante nos tam manifesta imperitae multitudinis crimina vel permiserunt vel prohibere non ausi sunt, aliqua a nobis affici contumelia viderentur, exposui eis qua necessitate ista in Ecclesia viderentur exorta: scilicet post persecutiones tam multas, tamque vehementes, cum facta pace, turbae Gentilium in christianum nomen venire cupientes hoc impedirentur, quod dies festos cum idolis suis solerent in abundantia epularum et ebrietate consumere, nec facile ab his perniciosissimis et tam vetustissimis voluptatibus se possent abstinere, visum fuisse majoribus nostris, ut huic infirmitatis parti interim parceretur, diesque festos, post eos quos relinquebant, alios in honorem sanctorum martyrum vel non simili sacrilegio, quamvis simili luxu celebrarentur: jam Christi nomine colligatis, et tantae auctoritatis jugo subditis salutaria sobrietatis praecepta traderentur, quibus jam propter praecipientis honorem ac timorem resistere non valerent; quocirca jam tempus esse, ut qui non se audent negare christianos, secundum Christi voluntatem vivere incipiant, ut ea quae ut essent christiani concessa sunt, cum christiani sunt, respuantur.

10. Deinde hortatus sum ut transmarinarum Ecclesiarum, in quibus partim ista recepta nunquam sunt, partim jam per bonos rectores populo obtemperante correcta, imitatores esse vellemus. Et quoniam de basilica beati apostoli Petri, quotidianae vinolentiae proferebantur exempla; dixi primo audisse nos saepe esse prohibitum, sed quod remotus sit locus ab episcopi conversatione, et in tanta civitate magna sit carnalium multitudo, peregrinis praesertim, qui novi subinde veniunt tanto violentius, quanto inscitius illam consuetudinem retinentibus, tam immanem pestem nondum compesci sedarique potuisse.

Pero entonces el Señor mostró que no nos desampara, y de qué modos nos exhorta a que presumamos de Él: pues antes de la hora en que subiéramos a la cátedra, entraron a verme los mismos que yo había oído que se habían quejado del ataque a la antigua costumbre; a los cuales, recibidos amablemente, con pocas palabras los trasladé a una sentencia sana; y cuando se llegó al tiempo de la disputa, omitida la lectura que había preparado, porque ya no parecía necesaria, diserté pocas cosas sobre esta misma cuestión, de que nada podíamos aducir ni más breve ni más verdadero contra los que dicen '¿Por qué ahora?', sino que nosotros también tengamos: 'Incluso ahora'.

9. Sin embargo, para que aquellos que antes de nosotros o permitieron o no se atrevieron a prohibir tan manifiestos crímenes de la multitud ignorante, no parecieran ser afectados por nosotros con alguna contumelia, les expuse por qué necesidad parecía que aquellas cosas habían surgido en la Iglesia: a saber, después de tantas y tan vehementes persecuciones, habiéndose hecho la paz, las turbas de gentiles que deseaban venir al nombre cristiano eran impedidas por esto, porque solían consumir los días festivos con sus ídolos en abundancia de banquetes y embriaguez, y no podían fácilmente abstenerse de estos placeres perniciosísimos y tan antiquísimos, pareció a nuestros mayores que se debía perdonar entre tanto a esta parte de la flaqueza, y que se celebraran otros días festivos, después de aquellos que dejaban, en honor de los santos mártires, si no con similar sacrilegio, aunque sí con similar lujo: ya ligados al nombre de Cristo, y sometidos al yugo de tan gran autoridad, se les entregaran los saludables preceptos de la sobriedad, a los cuales ya por el honor y el temor del que manda no pudieran resistir; por lo cual ya es tiempo de que quienes no se atreven a negar que son cristianos, comiencen a vivir según la voluntad de Cristo, para que aquellas cosas que fueron concedidas para que fueran cristianos, sean rechazadas cuando ya son cristianos.

10. Luego les exhorté a que quisiéramos ser imitadores de las Iglesias de ultramar, en las cuales en parte nunca se recibieron estas cosas, y en parte ya han sido corregidas por buenos rectores con la obediencia del pueblo. Y puesto que acerca de la basílica del bienaventurado apóstol Pedro se presentaban ejemplos de embriaguez diaria (quotidianae vinolentiae); dije primero que habíamos oído que a menudo se había prohibido, pero que por estar el lugar remoto del trato del obispo, y por ser grande en tan gran ciudad la multitud de carnales, especialmente con los peregrinos, que vienen de vez en cuando de otros lugares y retienen aquella costumbre con tanta más violencia cuanto más ignorantes son, no se había podido aún refrenar y calmar tan inmensa peste.

Verumtamen nos si Petrum apostolum honoraremus, debere praecepta ejus audire, et multo devotius Epistolam in qua voluntas ejus apparet, quam basilicam in qua non apparet, intueri; statimque accepto codice recitavi ubi ait: Christo enim passo pro nobis per carnem, et vos eadem cogitatione armamini; quia qui passus est carne, desiit a carne, ut jam non hominum desideriis, sed voluntate Dei reliquum tempus in carne vivat. Sufficit enim vobis praeteritum tempus voluntate hominum perfecisse, ambulantes in libidinibus, desideriis, ebrietate, comessationibus et nefandis idolorum servitutibus (I Petr. IV, 1-3). Quibus gestis, cum omnes uno animo in bonam voluntatem ire contempta mala consuetudine cernerem, hortatus sum ut meridiano tempore divinis lectionibus et psalmis interessent; ita illum diem multo mundius atque sincerius placere celebrandum; et certe de multitudine convenientium facile posse apparere, qui mentem, et qui ventrem sequeretur. Ita lectis omnibus sermo terminatus est.

11. Pomeridiano autem die, major quam ante meridiem affuit multitudo, et usque ad horam qua cum episcopo egrederemur, legebatur alternatim et psallebatur; nobisque egressis duo psalmi lecti sunt. Deinde me invitum, qui jam cupiebam peractum esse tam periculosum diem, jussum compulit senex ut aliquid eis loquerer. Habui brevem sermonem, quo gratias agerem Deo. Et quoniam in haereticorum basilica audiebamus ab eis solita convivia celebrata, cum adhuc, etiam eo ipso tempore quo a nobis ista gerebantur, illi in poculis perdurarent, dixi diei pulchritudinem noctis comparatione decorari, et colorem candidum nigri vicinitate gratiorem; ita nostrum spiritualis celebrationis conventum minus fortasse futurum fuisse jucundum, nisi ex alia parte carnalis ingurgitatio conferretur, hortatusque sum ut tales epulas instanter appeterent, si gustassent quam suavis est Dominus; illis autem esse metuendum, qui tanquam primum sectantur quod aliquando destruetur, cum quisque comes efficiatur ejus rei quam colit, insultaritque Apostolus talibus dicens, quorum Deus venter (Philipp. III, 19), cum idem alio loco dixerit: Esca ventri et venter escis; Deus autem et hunc et illas evacuabit (I Cor. VI, 13). Nos proinde oportere id sequi quod non evacuatur, quod remotissimum a carnis affectu spiritus sanctificatione retinetur; atque in hanc sententiam, pro tempore, cum ea quae Dominus suggerere dignatus est dicta essent, acta sunt vespertina quae quotidie solent, nobisque cum episcopo recedentibus, fratres eodem loco hymnum dixerunt, non parva multitudine utriusque ad obscuratum diem manente atque psallente.

Sin embargo, si honrábamos al apóstol Pedro, debíamos escuchar sus preceptos, y mirar con mucha más devoción la Epístola en la que aparece su voluntad, que la basílica en la que no aparece; e inmediatamente, tomado el códice, recité donde dice: Habiendo Cristo padecido por nosotros en la carne, armaos también vosotros con el mismo pensamiento; porque el que ha padecido en la carne, ha cesado de la carne, para que ya no viva el resto de su tiempo en la carne según los deseos de los hombres, sino según la voluntad de Dios. Pues os basta el tiempo pasado para haber cumplido la voluntad de los hombres, caminando en las libidines, deseos, embriaguez, banquetes y nefandas servidumbres de los ídolos (1 Pe. 4, 1-3). Hecho lo cual, como viera a todos con un mismo ánimo encaminarse a la buena voluntad, despreciada la mala costumbre, les exhorté a que al mediodía asistieran a las lecturas divinas y a los salmos; para que así aquel día agradara ser celebrado con mucha más limpieza y sinceridad; y ciertamente por la multitud de los concurrentes pudiera fácilmente aparecer quién seguía a la mente y quién al vientre. Así, leídas todas las cosas, terminó el sermón.

11. Por la tarde del día, asistió una multitud mayor que por la mañana, y hasta la hora en que salimos con el obispo, se leía y se salmodiaba alternativamente; y habiendo nosotros salido se leyeron dos salmos. Luego, contra mi voluntad, pues ya deseaba que se terminara día tan peligroso, el anciano me obligó por mandato a que les hablara algo. Tuve un breve sermón, en el cual di gracias a Dios. Y puesto que en la basílica de los herejes oíamos que se celebraban por ellos los acostumbrados convites, cuando todavía, incluso en aquel mismo tiempo en que estas cosas se hacían por nosotros, ellos persistían en las copas, dije que la hermosura del día se decoraba con la comparación de la noche, y el color blanco es más grato por la vecindad del negro; de modo que nuestra asamblea de celebración espiritual sería tal vez menos agradable, si por otra parte no se comparara la ingurgitación carnal, y les exhorté a que buscaran tales banquetes con instancia, si habían gustado cuán suave es el Señor; pero que debían temer aquellos que siguen como lo primero lo que alguna vez será destruido, pues cada uno se hace compañero de aquello que adora, e insultó el Apóstol a tales diciendo, cuyo Dios es el vientre (Fil. 3, 19), habiendo dicho el mismo en otro lugar: El manjar para el vientre y el vientre para los manjares; pero Dios evacuará tanto a este como a aquellos (1 Co. 6, 13). Nosotros, por tanto, debemos seguir lo que no se evacua, lo que, remotísimo del afecto de la carne, se retiene por la santificación del espíritu; y en este sentido, para el momento, dichas las cosas que el Señor se dignó sugerir, se hicieron las vísperas que suelen hacerse diariamente, y al retirarnos nosotros con el obispo, los hermanos en el mismo lugar dijeron un himno, permaneciendo y salmodiando una no pequeña multitud de ambos sexos hasta que oscureció el día.

12. Digessi vobis quantum breviter potui, quod vos audire desiderasse quis dubitaverit. Orate ut a conatibus nostris omnia scandala et omnia taedia Deus dignetur avertere. Magna sane ex parte vobiscum requiescimus cum alacritate fervoris, quia spiritualis Ecclesiae Thagastensium tam crebra nobis dona nuntiantur. Navis cum fratribus nondum venit. Apud Hasnam, ubi est presbyter frater Argentius, Circumcelliones invadentes basilicam nostram altare comminuerunt. Causa nunc agitur; quae ut pacate agatur et ut Ecclesiam catholicam decet, ad opprimendas linguas haereseos impacatae, multum vos petimus ut oretis. Epistolam Asiarchae misimus. Beatissimi, perseveretis in Domino, memores nostri. Amen.

Epistola XXX.

Paulinus Augustino, non recepto ab eo responso, denuo per alios scribit.

5. Filius hominis, inquit, sabbati Dominus est: in quo maxime, bene, quam male facere licet (Matth. XII, 8-12). Si ergo male facimus, quando prandemus; nullo die dominico bene vivimus. Quod autem fatetur Apostolus sabbato manducasse, et dicit, ut tunc jejunaretur temporis non fuisse, propter quod ait Dominus, Venient dies ut auferatur sponsus ab eis, et tunc jejunabunt filii sponsi (Id. IX, 15), quia tempus gaudii, et tempus est luctus (Eccle. III, 4), primum attendere debuit, quod illic Dominus de jejunio, non de sabbati jejunio loquebatur. Deinde cum vult intelligi luctum jejunio, cibo gaudium deputandum, cur non cogitat, quidquid est illud quod significare Deus voluit in eo quod scriptum est, eum die septimo requievisse ab omnibus operibus suis (Gen. II, 2), non ibi luctum significatum fuisse, sed gaudium? Nisi forte dicturus est, in illa requie Dei et sanctificatione sabbati gaudium Judaeis, luctum significatum esse Christianis. Et tamen nec quando sanctificavit Deus diem septimum, quia in illo requievit ab omnibus operibus suis, aliquid de jejunio vel prandio sabbati expressit; nec cum postea populo Hebraeo de ipsius diei observatione mandavit, aliquid de alimentis vel sumendis vel non sumendis locutus est. Vacatio tantum homini a suis, vel a servilibus operibus imperatur: quam prior populus in umbra accipiens futurorum, sic vacavit ab operibus, quemadmodum nunc Judaeos vacare conspicimus; non, ut putatur, Judaeis carnalibus non recte intelligentibus quod recte intelligunt Christiani.

4. ¡Ojalá así lo buscara o así lo afirmara, de modo que no blasfemara tan abiertamente contra la Iglesia difundida por todo el orbe de la tierra, exceptuados los romanos y todavía unos pocos occidentales! Pero ahora, ¿quién aguantará que por todos los pueblos cristianos orientales y también muchos occidentales, sobre tantos y tan grandes siervos y siervas de Cristo que comen sobria y modestamente el sábado, se diga por este que están en la carne y que no pueden agradar a Dios, y que de ellos está escrito: «Apartaos de mí, inicuos, no quiero conocer su camino»; y que son ventricolas, anteponiendo Judea a la Iglesia, e hijos de la esclava; y que consultan al vientre por una ley no justa sino voluptuosa, no sucumbiendo a la disciplina; y que son carne y saborean la muerte, y otras cosas de este tipo: Cosas que si dijera de cualquier siervo de Dios, ¿quién debería oírle, quién no debería evitarle? Pero cuando persigue con estos oprobios y maldiciones a la Iglesia que en todo el mundo fructifica y crece y come casi en todas partes el día del sábado, amonesto a quienquiera que sea para que se contenga. Pues como quisiste que yo ignorara su nombre, ciertamente no quisiste que yo juzgara sobre él.

CAPÍTULO III.

5. «El Hijo del hombre —dice— es Señor del sábado», en el cual sobre todo es lícito hacer el bien más que el mal (Mat. XII, 8-12). Si, pues, hacemos el mal cuando comemos, en ningún día del Señor vivimos bien. Mas en cuanto a que confiesa que el Apóstol comió en sábado, y dice que entonces no era tiempo de que se ayunara, por lo cual dijo el Señor: «Vendrán días en que se les quitará el esposo, y entonces ayunarán los hijos del esposo» (Id. IX, 15), porque hay tiempo de gozo y tiempo de luto (Ecl. III, 4), primero debió advertir que allí el Señor hablaba del ayuno, no del ayuno del sábado. Luego, cuando quiere que se entienda el luto por el ayuno y se asigne el gozo a la comida, ¿por qué no piensa que, sea lo que fuere lo que Dios quiso significar en aquello que está escrito de que el día séptimo descansó de todas sus obras (Gén. II, 2), no se significó allí el luto, sino el gozo? A menos que quizá vaya a decir que en aquel descanso de Dios y santificación del sábado se significó el gozo para los judíos y el luto para los cristianos. Y sin embargo, ni cuando Dios santificó el día séptimo porque en él descansó de todas sus obras, expresó algo sobre el ayuno o la comida del sábado; ni cuando después mandó al pueblo hebreo sobre la observancia de ese mismo día, habló algo sobre tomar o no tomar alimentos. Solo se manda al hombre la vacación de sus propias obras o de las serviles; vacación que el pueblo anterior, recibiéndola en sombra de las cosas futuras, guardó de la misma manera que vemos ahora guardar a los judíos; no como se piensa, por no entender rectamente los judíos carnales lo que rectamente entienden los cristianos.

Neque enim melius hoc intelligimus quam Prophetae, qui tamen eo tempore, quo ita fieri oportuit, servaverunt hanc sabbati vacationem, quam Judaei putant adhuc esse servandam. Unde illud est, quod lapidare Deus hominem jussit, qui sabbato ligna collegerat (Num. XV, 35); nusquam autem legimus lapidatum, vel aliquo dignum supplicio judicatum, sive jejunantem sabbato, sive prandentem. Quid tamen horum duorum quieti conveniat, quid labori, iste ipse viderit, qui gaudium manducantibus, luctum jejunantibus deputavit, vel a Domino deputari intellexit, ubi de jejunio respondens ait: Non possunt lugere filii sponsi, quamdiu cum eis est sponsus (Matth. IX, 15).

6. Quod autem propterea dicit sabbato Apostolos manducasse, quia nondum erat tempus ut sabbato jejunarent; quod scilicet veterum traditio prohibebat: numquid ergo jam erat tempus ut sabbato non vacarent? Nonne et hoc traditio veterum prohibebat, et vacare cogebat? et tamen eo ipso sabbati die, quo Christi legimus manducasse discipulos, vulserunt utique spicas (Id. XII, 1); quod sabbato non licebat, quia veterum traditio prohibebat. Videat igitur ne forte congruentius ei respondeatur ideo Dominum die illo a discipulis haec duo fieri voluisse; unum de spicis vellendis, alterum de alimentis sumendis; ut illud esset adversus eos qui sabbato volunt vacare, hoc autem adversus eos qui cogunt sabbato jejunare: cum illud mutato tempore jam superstitiosum esse significasset, hoc autem utroque tempore liberum esse voluisset. Neque id confirmando dixerim, sed quid ei multo aptius, quam sunt ea quae loquitur, responderi possit ostenderim.

CAPUT IV.

7. Quomodo, inquit, non cum Pharisaeo damnabimur, bis in sabbato jejunantes? tanquam Pharisaeus ideo damnetur, quia bis in sabbato jejunabat, et non quia super Publicanum se tumidus extollebat (Luc. XVIII, 11, 12). Potest autem iste dicere etiam illos, qui omnium fructuum suorum decimas dant pauperibus, cum Pharisaeo damnari, quia hoc quoque ille inter sua opera praedicabat; quod cupimus a multis fieri christianis, et vix paucissimos invenimus: aut vero qui non fuerit injustus, adulter et raptor, cum Pharisaeo damnabitur; quia ille se talem non esse jactabat; quod certe quisquis sentit, insanit.

Pues ni entendemos esto mejor que los profetas, quienes sin embargo, en aquel tiempo en que así convenía hacerse, guardaron esta vacación del sábado que los judíos piensan que todavía debe guardarse. De ahí viene que Dios mandara apedrear al hombre que en sábado había recogido leña (Núm. XV, 35); pero en ninguna parte leemos que fuera apedreado o juzgado digno de algún suplicio alguien, ya fuera ayunando en sábado, ya comiendo. Con todo, cuál de estas dos cosas convenga al descanso y cuál al trabajo, véalo ese mismo que asignó el gozo a los que comen y el luto a los que ayunan, o entendió que era asignado por el Señor cuando, respondiendo sobre el ayuno, dijo: «No pueden llorar los hijos del esposo mientras el esposo está con ellos» (Mat. IX, 15).

6. Mas en cuanto a que dice que por eso comieron los Apóstoles en sábado, porque aún no era tiempo de que ayunaran en sábado, ya que ciertamente la tradición de los antiguos lo prohibía: ¿acaso era ya tiempo para que no vacaran en sábado? ¿No prohibía también esto la tradición de los antiguos y obligaba a vacar? Y sin embargo, en aquel mismo día de sábado en que leemos que comieron los discípulos de Cristo, arrancaron ciertamente espigas (Id. XII, 1); lo cual no era lícito en sábado, porque la tradición de los antiguos lo prohibía. Vea, pues, si quizá se le responda más congruentemente que por eso el Señor quiso que en aquel día se hicieran estas dos cosas por los discípulos: una sobre arrancar las espigas, otra sobre tomar los alimentos; para que aquello fuera contra los que quieren vacar en sábado, y esto contra los que obligan a ayunar en sábado: habiendo significado que aquello, cambiado el tiempo, ya era supersticioso, pero habiendo querido que esto fuera libre en ambos tiempos. Y no diría esto confirmándolo, sino que he mostrado qué se le podría responder mucho más aptamente que las cosas que él dice.

CAPÍTULO IV.

7. «¿Cómo —dice— no seremos condenados con el fariseo, ayunando dos veces en sábado?», como si el fariseo fuera condenado por eso, porque ayunaba dos veces en sábado, y no porque se ensalzaba hinchado de orgullo sobre el publicano (Luc. XVIII, 11, 12). Pero este hombre puede decir también que los que dan diezmos de todos sus frutos a los pobres son condenados con el fariseo, porque él también pregonaba esto entre sus obras; lo cual deseamos que se haga por muchos cristianos, y apenas encontramos a poquísimos: o que verdaderamente el que no haya sido injusto, adúltero y ladrón será condenado con el fariseo, porque aquel se jactaba de no ser tal; lo cual, ciertamente, quienquiera que lo sienta, está loco.

Porro si haec sine dubio bona, quae sibi Pharisaeus inesse commemorabat, non habenda sunt cum superbiente jactantia quae in illo apparebat; sed tamen habenda sunt cum pietate humili quae in illo non erat: sic et bis in sabbato jejunare, in homine qualis fuerat ille Pharisaeus, infructuosum est; in homine autem humiliter fideli, vel fideliter humili, religiosum est: quamvis evangelica Scriptura non dixerit damnatum Pharisaeum, sed magis justificatum dixit Publicanum.

8. Verum si hoc modo putat iste intelligendum quod ait Dominus, Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabilis in regnum coelorum (Matth. V, 21), et nisi amplius quam bis in sabbato jejunemus, hoc praecepto non possimus implere; bene quod septem dies sunt qui volumine temporum per sua vestigia revocantur. Cum ergo ex his biduum quisque detraxerit, ne sabbato dominicoque jejunet, remanent dies quinque in quibus Pharisaeum superare possit bis in sabbato jejunantem. Puto enim quod si ter in sabbato quis jejunat, jam superat Pharisaeum, qui bis in sabbato jejunabat. Quod si et quater, vel etiam ut nullus dierum, excepto sabbato et dominico, praetermittatur, in hebdomade quinquies jejunetur, quod multi tota vita sua faciunt, maxime in monasteriis constituti; non solum Pharisaeus qui bis in sabbato jejunabat, verum etiam christianus qui quarta et sexta et ipso sabbato jejunare consuevit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore jejunii superabitur: et tamen nescio quis iste, ut dicis, Urbicus disputator, etiamsi quis quinque continuis praeter sabbatum et dominicum diebus ita jejunent, ut nullo die omnino reficiat corpus, eum carnalem vocat, quasi cibus et potus caeteris diebus non pertineat ad carnem; et ventricolam judicat, quasi solius sabbati prandium descendat in ventrem.

CAPUT V.

9. Huic sane non sufficit quod ad vincendum Pharisaeum jam sufficit, ut ter in sabbato jejunetur; sed excepto dominico sex caeteris diebus ita jejunare compellit, ut dicat: Antiqua remota labe, duo in carne una, Christi jam sub disciplina manentes, non debent cum filiis sine lege et cum principibus Sodomorum, et cum plebe Gomorrhae sabbatorum voluptaria convivia exercere; sed cum sanctimoniae incolis ac Deo devotis solemni et ecclesiastico jure magis ac magis legitime jejunare, ut sex dierum vel levis error, jejunii, orationis et eleemosynae fontibus abluatur,

Por lo demás, si estas cosas sin duda buenas que el fariseo mencionaba como existentes en él no han de tenerse con la jactancia soberbia que en él aparecía, sino que han de tenerse con la piedad humilde que en él no estaba; así también ayunar dos veces en sábado, en un hombre como había sido aquel fariseo, es infructuoso; pero en un hombre humildemente fiel, o fielmente humilde, es religioso: aunque la Escritura evangélica no ha dicho que el fariseo fuera condenado, sino que más bien dijo que el publicano fue justificado.

8. Pero si este hombre piensa que debe entenderse de este modo lo que dijo el Señor: «Si vuestra justicia no abundare más que la de los escribas y fariseos, no entraréis en el reino de los cielos» (Mat. V, 20), y que si no ayunamos más de dos veces en sábado, no podemos cumplir este precepto; es bueno que haya siete días que vuelven por sus huellas en el volumen del tiempo. Así pues, cuando de estos alguien reste dos días, para no ayunar el sábado y el día del Señor, quedan cinco días en los cuales puede superar al fariseo que ayunaba dos veces en sábado. Pues pienso que si alguien ayuna tres veces en la semana, ya supera al fariseo, que ayunaba dos veces en la semana. Y si también cuatro, o incluso para que ninguno de los días, exceptuados el sábado y el domingo, se omita, se ayuna cinco veces en la semana, lo cual muchos hacen durante toda su vida, especialmente los constituidos en monasterios; no solo el fariseo que ayunaba dos veces en la semana, sino incluso el cristiano que ha acostumbrado ayunar el miércoles y el viernes y el mismo sábado, lo cual hace frecuentemente la plebe romana, será superado en el trabajo del ayuno: y sin embargo, ese no sé quién, como dices, el disertador Úrbico, aunque alguien ayune cinco días continuos además del sábado y el domingo, de modo que en ningún día refresque el cuerpo en absoluto, lo llama carnal, como si la comida y la bebida de los otros días no pertenecieran a la carne; y lo juzga ventricola, como si solo la comida del sábado descendiera al vientre.

CAPÍTULO V.

9. A este ciertamente no le basta lo que ya basta para vencer al fariseo, a saber, que se ayune tres veces en la semana; sino que obliga a ayunar de tal modo en los otros seis días, exceptuado el domingo, que dice: «Removida la antigua mancha, los dos en una sola carne, permaneciendo ya bajo la disciplina de Cristo, no deben practicar con los hijos sin ley y con los príncipes de Sodoma y con el pueblo de Gomorra los banquetes voluptuosos de los sábados;» «sino con los habitantes de la santidad y los devotos a Dios, ayunar más y más legítimamente por derecho solemne y eclesiástico, para que el leve error de seis días se lave con las fuentes del ayuno, la oración y la limosna,»

quo possimus dominica alogia refecti omnes aequali corde digne cantare: Saturasti, Domine, animam inanem, et potasti animam sitientem. Ista dicens et a frequentia jejunandi solum diem dominicum excipiens, non tantum Orientis et Occidentis populos christianos, in quibus sabbato nemo jejunat; verum et ipsam Romanam Ecclesiam improvidus et incautus accusat. Cum enim dicit, sub disciplina Christi manentes, non debere cum filiis sine lege, cum principibus Sodomae, cum plebe Gomorrhae voluptaria sabbatorum exercere convivia, sed cum sanctimoniae incolis ac Deo devotis, solemni et ecclesiastico jure magis ac magis legitime jejunare; ac deinde definiens quid sit legitime jejunare, subjungit et dicit, ut sex dierum vel levis error, jejunii, orationis et eleemosynae fontibus abluatur: profecto eos qui minus quam sex diebus in hebdomade jejunant, non putat legitime exercere jejunium, nec Deo esse devotos, nec maculas erroris, quae de ista mortalitate contrahuntur, abluere. Videant ergo Romani quid agant, quia etiam ipsi nimium contumeliose hujus disputatione tractantur; apud quos omnibus istis sex diebus, praeter paucissimos clericos aut monachos, quotusquisque invenitur, qui frequentet quotidiana jejunia? maxime quia ibi jejunandum quinta sabbati non videtur.

10. Deinde quaero: si uniuscujusque diei vel levis error ipsius diei jejunio solvitur vel abluitur; sic enim dicit, ut sex dierum vel levis error, jejunii quoque fontibus abluatur; quid faciemus de illo errore qui subrepserit dominico die, in quo scandalum est jejunare? Aut si die ipso nullus Christianis error obrepit, videat homo iste qui ventricolas tanquam magnus jejunator accusat, quantum honoris et utilitatis ventribus tribuat, si tunc non erratur, quando prandetur. An forte in jejunio sabbati tantum bonum constituit, ut aliorum sex dierum, hoc est, ipsius etiam dominici vel levem, sicut dicit, errorem, solum jejunium sabbati possit abolere, et solo ipso die non erretur, quo toto utique jejunatur? Quid est ergo quod diem dominicum sabbato, velut christiano jure, praeponit? Ecce secundum ipsum dies sabbati multo sanctior invenitur, in quo et non erratur, cum ejus toto spatio jejunatur, et eodem jejunio sex caeterorum dierum, ac per hoc ipsius dominici error abluitur: puto quod tibi non placet ista praesumptio.

«por lo cual podamos todos, reconfortados por la alogia dominical, cantar dignamente con igual corazón: Saciaste, Señor, al alma vacía, y diste de beber al alma sedienta». Diciendo estas cosas y exceptuando de la frecuencia del ayuno solo el día del Señor, acusa de forma improvidente e incauta no solo a los pueblos cristianos de Oriente y Occidente, en los cuales nadie ayuna el sábado, sino también a la misma Iglesia Romana. Pues cuando dice: «los que permanecen bajo la disciplina de Cristo no deben practicar los banquetes voluptuosos de los sábados con los hijos sin ley, con los príncipes de Sodoma, con el pueblo de Gomorra, sino con los habitantes de la santidad y los devotos a Dios, ayunar más y más legítimamente por derecho solemne y eclesiástico;» y luego, definiendo qué es ayunar legítimamente, añade y dice: «para que el leve error de seis días se lave con las fuentes del ayuno, la oración y la limosna:» ciertamente no piensa que los que ayunan menos de seis días en la semana practiquen legítimamente el ayuno, ni que sean devotos de Dios, ni que laven las manchas del error que se contraen de esta mortalidad. Vean, pues, los romanos qué hacen, porque también ellos son tratados demasiado contumeliosamente por la disertación de este; entre los cuales, en todos esos seis días, exceptuados poquísimos clérigos o monjes, ¿quién se encuentra que frecuente los ayunos diarios?, sobre todo porque no parece que allí deba ayunarse el jueves.

10. Luego pregunto: si el leve error de cada día se disuelve o se lava con el ayuno de ese mismo día; pues así dice: «para que el leve error de seis días se lave también con las fuentes del ayuno»; ¿qué haremos con aquel error que se haya deslizado el día del Señor, en el cual es un escándalo ayunar? O si en ese día no sobreviene ningún error a los cristianos, vea este hombre que acusa a los ventricolas como un gran ayunador cuánto honor y utilidad atribuye a los vientres si entonces no se yerra cuando se come. ¿O acaso ha constituido tanto bien en el ayuno del sábado que solo el ayuno del sábado pueda abolir el error de los otros seis días, esto es, incluso el error leve, según dice, del mismo domingo, y que solo en ese día no se yerre, en el cual ciertamente se ayuna durante todo su transcurso? ¿Por qué, pues, antepone el día del Señor al sábado, como por derecho cristiano? He aquí que, según él mismo, el día del sábado resulta mucho más santo, en el cual además no se yerra, ya que se ayuna durante todo su espacio, y con ese mismo ayuno se lava el error de los otros seis días y, por tanto, del mismo domingo: pienso que no te agrada esa presunción.

11. Jamvero cum se hominem spiritualem videri velit, et tanquam carnales, pransores sabbati accuset, attende quemadmodum dominici diei non parco prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Quid est autem alogia, quod verbum ex graeca lingua usurpatum est, nisi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur? Unde animalia ratione carentia dicuntur aloga, quibus similes sunt ventri dediti: propter quod, immoderatum convivium, quo mens, in qua ratio dominatur, ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, alogia nuncupatur. Insuper etiam propter cibum ac potum, non mentis, sed ventris alogia diei dominici dicit esse cantandum: Saturasti, Domine, animam inanem, et potasti animam sitientem. O virum spiritualem! o carnalium reprehensorem! o magnum jejunatorem, et non ventricultorem! Ecce qui nos admonet ne lege ventris legem Domini corrumpamus, ne panem coeli vendamus esca terrena, et adjungit: Quia esca Adam paradiso periit, esca Esau primatum amisit. Ecce qui dicit: Est enim Satanae usitata calumnia, tentatio ventris, qui modicum suadet ut auferat totum. Et horum, inquit, interpretatio praeceptorum ventricolas minus incurvat.

12. Nonne his verbis suis id agere videtur, ut etiam die dominico jejunetur? Alioquin sanctior erit sabbati dies, quo Dominus in monumento requievit, quam dominicus, quo a mortuis resurrexit. Sanctius est enim profecto sabbatum, si secundum verba hujus, in sabbato per jejunium peccatum omne vitatur, et quod diebus aliis contractum est, aboletur: in dominico autem per escam ventris tentatio non cavetur, et diabolicae calumniae locus datur, et paradiso peritur, et primatus amittitur. Quid ergo est, quod rursus sibi ipse contrarius admonet, ut non prandio modesto, sobrio, christiano, reficiamur dominico die, sed in alogia laetantes plaudentesque cantemus: Saturasti, Domine, animam inanem, et potasti animam sitientem? Nempe si tunc non erramus, quando jejunamus, et aliorum sex dierum errores tunc abluimus, cum sabbato jejunamus; nullus erit die dominico deterior, nullus sabbato melior. Crede, dilectissime frater, nemo legem, sicut iste, intelligit, nisi qui non intelligit. Si enim Adam non cibus, sed prohibitus cibus perdidit (Gen. III, 6), et Esau nepotem sancti Abrahae non esca, sed usque ad contemptum sacramenti quod in primatu suo habuit, concupita esca damnavit (Gen. XXV, 33, 34): sic a sanctis et fidelibus pie prandetur, quemadmodum a sacrilegis et incredulis impie jejunatur. Praeponitur autem dies dominicus sabbato fide resurrectionis, non consuetudine refectionis, aut etiam vinolentae licentia cantionis.

11. Ahora bien, puesto que quiere parecer un hombre espiritual y acusa de carnales a los que comen el sábado, observa cómo el día del Señor se reconforta no con una comida parca, sino que se deleita con la alogia. ¿Y qué es la alogia, palabra usurpada de la lengua griega, sino cuando se cede a los banquetes de modo que uno se desvía de la senda de la razón? Por lo cual los animales que carecen de razón se llaman álogos, a los cuales son semejantes los entregados al vientre: por esta razón, el convite inmoderado en el que la mente, en la que domina la razón, queda en cierto modo abrumada por la ingurgitación de la comida y la bebida, se denomina alogia. Además, también por causa de la comida y la bebida, dice que se debe cantar con la alogia del vientre, no de la mente, el día del Señor: «Saciaste, Señor, al alma vacía, y diste de beber al alma sedienta». ¡Oh hombre espiritual! ¡Oh reprobador de los carnales! ¡Oh gran ayunador y no cultivador del vientre! He aquí quien nos amonesta para que no corrompamos la ley del Señor con la ley del vientre, para que no vendamos el pan del cielo por una comida terrenal, y añade: «Porque por la comida Adán pereció del paraíso, por la comida Esaú perdió su primogenitura». He aquí quien dice: «Pues es una calumnia habitual de Satanás, la tentación del vientre, que persuade de poco para quitarlo todo». Y la interpretación de estos preceptos, dice, encorva menos a los ventricolas.

12. ¿No parece con estas palabras suyas pretender que se ayune también el día del Señor? De lo contrario, será más santo el día del sábado, en el que el Señor descansó en el sepulcro, que el domingo, en el que resucitó de entre los muertos. Pues ciertamente el sábado es más santo si, según las palabras de este, en el sábado se evita todo pecado mediante el ayuno y se borra lo que se contrajo en los otros días; mientras que en el domingo, por la comida del vientre, no se evita la tentación, y se da lugar a la calumnia diabólica, y se pierde el paraíso y se pierde la primogenitura. ¿Qué es, pues, lo que él mismo, de nuevo contradiciéndose, amonesta para que en el día del Señor no nos reconfortemos con una comida modesta, sobria y cristiana, sino que alegres y aplaudiendo cantemos en alogia: «Saciaste, Señor, al alma vacía, y diste de beber al alma sedienta»? Ciertamente, si entonces no erramos cuando ayunamos y entonces lavamos los errores de los otros seis días cuando ayunamos el sábado; ninguno será peor que el día del Señor, ninguno mejor que el sábado. Cree, hermano dilectísimo, que nadie entiende la ley como este, sino quien no la entiende. Pues si no la comida, sino la comida prohibida perdió a Adán (Gén. III, 6), y si no la comida, sino la comida deseada hasta el desprecio del sacramento que tenía en su primogenitura condenó a Esaú, nieto del santo Abrahán (Gén. XXV, 33, 34): así se come piadosamente por los santos y fieles, del mismo modo que se ayuna impíamente por los sacrílegos e incrédulos. Pero el día del Señor se antepone al sábado por la fe de la resurrección, no por la costumbre de la comida o incluso por la licencia de una canción vinolenta.

CAP. VI. 13. Moyses, inquit, quadraginta diebus panem non manducavit, nec bibit aquam. Cur autem hoc dixerit, subjungit atque ait: Ecce Moyses amicus Dei, nubis inquilinus, delator Legis, et populi dux, ter bina sabbata jejunio celebrans non offensam, sed meritum collocavit. Numquid attendit quid hinc possit consequenter opponi? Quia utique si Moysi jejunantis propterea ponit exemplum, quoniam in illis quadraginta diebus ter bina, sicut loquitur, sabbata jejunavit, et ex hoc vult persuadere ut sabbato jejunetur; ex hoc ergo persuadeat ut et dominico jejunetur, quia in illis quadraginta diebus nihilominus Moyses ter binos dominicos jejunavit. Sed addit ac dicit, Et adhuc cum Christo dominicus dies imminenti Ecclesiae servabatur. quod cur dixerit, nescio. Si enim propterea quia multo magis jejunandum est, posteaquam venit cum Christo dominicus dies; ergo, quod absit, etiam ipso dominico jejunetur. Si autem timuit ne propter dierum quadraginta jejunium objiceretur etiam dominico jejunandum, et ideo addidit quod adhuc cum Christo imminenti Ecclesiae dies dominicus servabatur, ut videlicet ea causa intelligatur jejunasse Moyses etiam die qui sequitur sabbatum, quia nondum venerat Christus, per quem factus est ipse dies dominicus, quo non expediat jejunari; cur ipse Christus quadraginta diebus similiter jejunavit? cur non in illis diebus quadraginta, ter binis qui sequebantur sabbatum, jejunium solvit, ut jam dominici diei prandium commendaret etiam ante resurrectionem suam, sicut sanguinem suum potandum dedit ante passionem? Vides certe dierum quadraginta jejunium, quod iste commemorat, sic ad rem non pertinere ut sabbato jejunemus, quomodo ad rem non pertinet ut dominico jejunemus.

14. Prorsus non attendit, quid ei de die dominico possit opponi, quando sicut accusanda sunt ebriosa convivia, et omnis vorax ac temulenta luxuries, sic accusat prandia sabbatorum, cum possint et ipsa esse modestorum atque sobriorum. Et ideo non est illi ad singula respondendum, quoniam pro sabbati prandio vitia luxuriae reprehendendo, eadem atque eadem saepe dicit; aliud non inveniendo quod dicat, nisi quod inaniter et ad rem non pertinens dicit. Utrum non sit sabbato jejunandum quaeritur, non utrum sabbato non sit luxuriandum; quod nec dominico faciunt qui Deum timent, quamvis in illo utique non jejunent. Quis autem diceret quod iste ausus est dicere? Quomodo, inquit, pro nobis, aut per nos rata erunt Deo, aut digna, quae nos sanctificata die ad peccatum cogant? Sanctificatam diem sabbati confitetur, et ad peccatum dicit cogi homines, quia prandetur. Ac per hoc secundum istum, aut dies dominicus sanctificatus non est, et incipit esse sabbatum melius; aut si est et dominicus dies sanctificatus, ad peccatum cogimur, quia prandemus.

CAP. VII.

CAPÍTULO VI. 13. «Moisés —dice— durante cuarenta días no comió pan ni bebió agua». Pero por qué dijo esto, lo añade diciendo: «He aquí Moisés, amigo de Dios, morador de la nube, dador de la Ley y guía del pueblo, celebrando con el ayuno tres veces dos sábados, no puso una ofensa, sino un mérito». ¿Acaso advierte qué se le puede oponer consecuentemente desde aquí? Porque ciertamente si pone el ejemplo de Moisés ayunando por esta razón, puesto que en aquellos cuarenta días ayunó tres veces dos sábados, según él habla, y por esto quiere persuadir de que se ayune en sábado; por esto mismo, pues, persuada de que se ayune también en domingo, porque en aquellos cuarenta días Moisés ayunó no menos tres veces dos domingos. Pero añade y dice: «Y todavía con Cristo el día del Señor se reservaba para la Iglesia inminente». Por qué dijo esto, no lo sé. Pues si es porque se debe ayunar mucho más después de que vino con Cristo el día del Señor, entonces —lo cual no suceda— ayúnese también el mismo domingo. Pero si temió que por causa del ayuno de los cuarenta días se le objetara que también se debía ayunar el domingo, y por eso añadió que todavía con Cristo el día del Señor se reservaba para la Iglesia inminente, para que se entienda que por esa causa Moisés ayunó también el día que sigue al sábado porque aún no había venido Cristo, por quien se hizo el mismo día del Señor en el cual no conviene ayunar; ¿por qué el mismo Cristo ayunó de igual modo cuarenta días? ¿por qué en aquellos cuarenta días, en los tres veces dos días que seguían al sábado, no rompió el ayuno para recomendar ya la comida del día del Señor incluso antes de su resurrección, como dio a beber su sangre antes de la pasión? Ves ciertamente que el ayuno de los cuarenta días que este menciona no tiene que ver con que ayunemos en sábado, del mismo modo que no tiene que ver con que ayunemos en domingo.

14. Sencillamente no advierte qué se le puede oponer sobre el día del Señor cuando, así como han de acusarse los convites ebrios y toda voraz y temulenta lujuria, así acusa él las comidas de los sábados, pudiendo ser estas de personas modestas y sobrias. Y por eso no se le debe responder punto por punto, ya que, al reprobar los vicios de la lujuria en lugar de la comida del sábado, dice una y otra vez lo mismo, no encontrando otra cosa que decir, sino lo que dice vanamente y sin venir al caso. Se pregunta si no se debe ayunar en sábado, no si no se debe vivir lujuriosamente en sábado; lo cual no hacen ni el domingo los que temen a Dios, aunque en él ciertamente no ayunan. ¿Pero quién diría lo que este se atrevió a decir?: «¿Cómo —dice— serán ratificadas ante Dios por nosotros o a través de nosotros, o serán dignas, aquellas cosas que en día santificado nos obliguen al pecado?». Confiesa que el día del sábado es santificado, y dice que los hombres son obligados al pecado porque comen. Y por esto, según este, o el día del Señor no es santificado y empieza a ser mejor el sábado; o si también el día del Señor es santificado, somos obligados al pecado porque comemos.

CAPÍTULO VII.

15. Et conatur testimoniis probare divinis sabbato jejunandum: sed unde hoc probet omnino non invenit. Manducavit, inquit, et bibit Jacob vinum, et satiatus est, et recessit a Deo salutari suo, et ceciderunt una die viginti tria millia (Exod. XXXII, 6, 8, 28): quasi dictum sit, Prandit sabbato Jacob, et recessit a Deo salutari suo. Et Apostolus quando commemoravit cecidisse tot millia, non ait: Neque prandeamus sabbato, sicut illi pranderunt; sed ait: Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria millia. Quid sibi etiam vult quod ait: Sedit autem populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere? (I Cor. X, 8, 7.) Posuit quidem et Apostolus hoc testimonium, sed ut a servitute idolorum, non a sabbati prandio prohiberet. Sabbato autem illud factum esse, iste non probat, sed ut libitum est suspicatur. Sicut autem fieri potest ut jejunetur, et cum jejunium solvitur, si quis ebriosus est, tunc inebrietur; ita fieri potest ut non jejunetur, et si temperantes sunt homines, modestissime prandeatur. Quid est ergo quod sabbati volens persuadere jejunium, adhibet Apostolum testem dicentem, Nolite inebriari vino, in quo est omnis luxuria (Eph. V, 18); quasi diceret: Nolite prandere sabbato, quia ibi est omnis luxuria. Sicut autem hoc praeceptum apostolicum ne inebrientur vino, in quo est omnis luxuria, observatur a christianis Deum timentibus, quando prandetur die dominico, ita observatur quando prandetur et sabbato.

16. Ut expressius, inquit, errantibus contradicam, nemo jejunio Deum, etsi non promeretur, offendit; porro et non offendere promereri est. Quis hoc diceret, nisi qui nollet considerare quid diceret? Ergo Pagani quando jejunant, non ideo magis offendunt Deum: aut si de christianis voluit quod dixit intelligi, quis non Deum offendet, si velit cum scandalo totius quae ubique dilatatur Ecclesiae, die dominico jejunare? Deinde subjicit testimonia de Scripturis ad causam quam suscepit nihil valentia. Jejunio, inquit, Elias paradiso donatus in corpore regnat: quasi jejunium non praedicent qui sabbato non jejunant, sicut jejunium praedicant, qui tamen die dominico non jejunant; aut Elias eo tempore jejunaverit, quo populus Dei etiam sabbato jejunabat. Quod autem respondimus de quadraginta diebus jejunii Moysi, hoc deputa esse responsum et de quadraginta diebus Eliae. Jejunio, inquit, Daniel leonum siccam rabiem illaesus evasit: quasi legerit quod sabbato jejunaverit, aut etiam cum ipsis leonibus sabbato fuerit; ubi tamen legimus quod et pranderit.

15. Y se esfuerza por probar con testimonios divinos que se debe ayunar el sábado, pero de dónde probar esto no lo encuentra por ninguna parte. «Comió —dice— y bebió vino Jacob, y se sació, y se alejó de Dios su salvador, y cayeron en un día veintitrés mil» (Éx. XXXII, 6, 8, 28): como si se hubiera dicho: «Comió Jacob en sábado y se alejó de Dios su salvador». Y el Apóstol, cuando recordó que habían caído tantos miles, no dijo: «Ni comamos en sábado, como ellos comieron»; sino que dijo: «Ni forniquemos, como algunos de ellos fornicaron, y cayeron en un día veintitrés mil». ¿Qué quiere decir también con lo que dice: «Se sentó el pueblo a comer y beber, y se levantaron a jugar»? (I Cor. X, 8, 7). Ciertamente también el Apóstol puso este testimonio, pero para prohibir la servidumbre a los ídolos, no la comida del sábado. Pero que aquello se hiciera en sábado, este no lo prueba, sino que lo sospecha según le place. Pero así como puede suceder que se ayune y, cuando se rompe el ayuno, si alguien es ebrio, entonces se embriague; así puede suceder que no se ayune y, si los hombres son templados, se coma muy modestamente. ¿Por qué, pues, queriendo persuadir del ayuno del sábado, emplea como testigo al Apóstol que dice: «No os embriaguéis con vino, en el cual está toda la lujuria» (Ef. V, 18); como si dijera: «No comáis en sábado, porque ahí está toda la lujuria»? Pero así como este precepto apostólico de que no se embriaguen con vino, en el cual está toda la lujuria, se observa por los cristianos que temen a Dios cuando comen el día del Señor, así se observa también cuando comen el sábado.

«Para contradecir más expresamente —dice— a los que yerran: nadie con el ayuno ofende a Dios, aunque no lo merezca; por lo demás, incluso no ofender es merecer». ¿Quién diría esto sino quien no quisiera considerar lo que decía? Por tanto, los paganos cuando ayunan no por eso ofenden más a Dios; o si quiso que lo que dijo se entendiera de los cristianos, ¿quién no ofenderá a Dios si quiere, con escándalo de toda la Iglesia que se dilata por todas partes, ayunar el día del Señor? Luego aduce testimonios de las Escrituras que nada valen para la causa que ha emprendido. «Por el ayuno —dice— Elías, agraciado con el paraíso, reina en el cuerpo»; como si no predicaran el ayuno quienes no ayunan el sábado, del mismo modo que predican el ayuno quienes, sin embargo, no ayunan el domingo; o como si Elías hubiera ayunado en aquel tiempo en que el pueblo de Dios ayunaba también el sábado. Pero lo que respondimos sobre los cuarenta días del ayuno de Moisés, considera que es la respuesta también sobre los cuarenta días de Elías. «Por el ayuno —dice— Daniel escapó ileso de la seca rabia de los leones»; como si hubiera leído que ayunó el sábado o incluso que estuvo con los mismos leones el sábado; donde, sin embargo, leemos que también comió.

Jejunio, inquit, trium fida germanitas ignibus coruscanti carceri dominata, rogi hospitio susceptum Dominum adoravit. Haec exempla sanctorum, nec ad persuadendum cujuscumque diei jejunium valent; quanto minus sabbati? Quandoquidem non solum non legitur tres viros sabbato fuisse missos in caminum ignis ardentem; sed ne illud quidem legitur, tamdiu illic eos fuisse ut possit quisquam dicere eos jejunasse, imo vero vix unius horae spatium est, quo eorum confessio hymnusque cantatur: nec amplius inter illas flammas innoxias deambulaverunt, quam canticum illud terminaverunt. Nisi forte ab isto etiam unius horae spatium jejunio deputatur. Quod si ita est, non habet quod succenseat pransoribus sabbati: usque ad horam enim prandii, multo quam in illo camino prolixius jejunatur.

17. Adhibet et illud Apostoli testimonium, ubi ait: Non est regnum Dei esca et potus, sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto (Rom. XIV, 17); et regnum Dei, Ecclesiam vult intelligi, in qua Deus regnat. Obsecro te, numquid hoc agebat Apostolus, cum ista loqueretur, ut sabbato a christianis jejunaretur? Sed nec de ipso cujuscumque diei jejunio loquebatur, cum haec diceret. Dictum est enim adversus eos qui, more Judaeorum, secundum veterem Legem in observatione quorumdam ciborum putabant esse munditiam, et ad eorum fratrum admonitionem, per quorum escam et potum indifferenter acceptum scandalizabantur infirmi. Ideo cum dixisset: Noli illum in esca tua perdere, pro quo Christus mortuus est (Ibid., 15); et, Non ergo blasphemetur bonum nostrum (Ibid., 16); tunc adjunxit: Non enim est regnum Dei esca et potus. Nam sicut iste verba haec Apostoli intelligit, ut regnum Dei, quod est Ecclesia, non sit in esca et potu, sed in jejunio; non dico, sabbatis jejunare, sed nunquam omnino cibum ac potum sumere deberemus, ne de isto Dei regno unquam recederemus. Puto autem quia isto confitente, aliquanto religiosius die dominico ad Ecclesiam pertinemus, quando tamen et ipso concedente prandemus.

CAP. VIII. 18. Cur, inquit, sacrificium potiori Domino charum murmuramus offerre, quod spiritus desiderat et angelus laudat? deinde adjungit angeli testimonium dicentis: Bona est oratio cum jejunio et eleemosyna (Tob. XII, 8). Quid dixerit, potiori Domino, nescio, nisi forte scriptor erravit, et te fugit, ut quod mihi legendum misisti non emendares. Sacrificium ergo Domino charum, jejunium vult intelligi, quasi de jejunio versetur haec quaestio, et non de jejunio sabbati. Neque enim dominicus dies sine sacrificio, quod Deo charum est, peragitur, quia non jejunatur.

«Por el ayuno —dice— la fiel hermandad de los tres, dominando la cárcel que centelleaba con fuegos, adoró al Señor recibido en la hospitalidad de la pira». Estos ejemplos de los santos no valen para persuadir del ayuno de ningún día; ¿cuánto menos del sábado? Puesto que ciertamente no solo no se lee que los tres varones fueran echados en el horno de fuego ardiente el sábado; sino que ni siquiera se lee que estuvieran allí tanto tiempo que alguien pudiera decir que ayunaron; más bien, apenas es el espacio de una hora en el que se canta su confesión e himno: ni caminaron más tiempo entre aquellas llamas inocuas de lo que terminaron aquel cántico. A menos que quizá por este incluso el espacio de una hora se asigne al ayuno. Que si es así, no tiene por qué enfadarse con los que comen el sábado: pues hasta la hora de la comida, se ayuna mucho más largamente que en aquel horno.

17. Emplea también aquel testimonio del Apóstol donde dice: «No es el reino de Dios comida y bebida, sino justicia y paz, y gozo en el Espíritu Santo» (Rom. XIV, 17); y por reino de Dios quiere que se entienda la Iglesia, en la que Dios reina. Te ruego, ¿acaso pretendía esto el Apóstol cuando decía tales cosas, que los cristianos ayunaran el sábado? Pero ni siquiera hablaba del ayuno mismo de ningún día cuando decía esto. Pues se dijo contra aquellos que, al modo de los judíos, según la antigua Ley pensaban que había limpieza en la observancia de ciertos alimentos, y para amonestación de aquellos hermanos por cuya comida y bebida tomadas indiferentemente se escandalizaban los débiles. Por eso, cuando hubo dicho: «No quieras perder con tu comida a aquel por quien Cristo murió» (Ibíd., 15); y «No sea, pues, blasfemado nuestro bien» (Ibíd., 16); entonces añadió: «Pues no es el reino de Dios comida y bebida». Porque tal como este entiende estas palabras del Apóstol, de modo que el reino de Dios, que es la Iglesia, no consista en comida y bebida, sino en el ayuno; no digo ya ayunar los sábados, sino que nunca en absoluto deberíamos tomar comida y bebida para no apartarnos jamás de este reino de Dios. Pero pienso que, confesándolo este mismo, pertenecemos algo más religiosamente a la Iglesia el día del Señor, cuando sin embargo, incluso con su consentimiento, comemos.

CAPÍTULO VIII. «¿Por qué —dice— murmuramos por ofrecer un sacrificio grato al Señor más poderoso, que el espíritu desea y el ángel alaba?»; luego añade el testimonio del ángel que dice: «Buena es la oración con el ayuno y la limosna» (Tob. XII, 8). Qué habrá querido decir con «al Señor más poderoso» no lo sé, a menos que quizá el copista errara y a ti se te pasara no enmendar lo que me enviaste para leer. Quiere, pues, que se entienda por sacrificio grato al Señor el ayuno, como si esta cuestión versara sobre el ayuno y no sobre el ayuno del sábado. Pues ni el día del Señor se pasa sin sacrificio grato a Dios porque no se ayune.

Sequitur adhuc et ingerit testimonia a causa, quam defendendam suscepit, penitus aliena. Immola, inquit, Deo sacrificium laudis (Psal. XLIX, 14); et istam vocem divini psalmi volens ad quod agitur nescio quomodo connectere: Utique, inquit, non sanguinis aut ebrietatis convivium, quo non laudes debitae Deo, sed blasphemiae diabolo suffragante silvescunt. O improvidam praesumptionem! Non ergo immolatur sacrificium laudis dominico die, quia non jejunatur; sed agitur ebrietatis convivium, et blasphemiae diabolo suffragante silvescunt. Quod si nefas est dicere; intelligat non jejunium significari in eo quod scriptum est: Immola Deo sacrificium laudis. Jejunium quippe certis diebus, et maxime festis non agitur. Sacrificium vero laudis ab Ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur. Alioquin quod nullus, non dico christianus, sed nec insanus dicere auderet, dies illi quinquaginta post Pascha usque ad Pentecosten quibus non jejunatur, erunt secundum istum a sacrificio laudis alieni, quibus tantummodo diebus in multis ecclesiis, in omnibus autem maxime cantatur Alleluia; quam vocem laudis esse nullus christianus, quamlibet imperitus, ignorat.

19. Confitetur tamen etiam ipso die dominico non in ebrietate, sed in jucunditate pranderi, cum dicit debere nos ex Judaeis et Gentibus multos christianos nomine, fide paucos electos, vespertino sabbatorum incenso, pro pecudum victimis jejunium Deo placitum laudibus immolare, cujus fervore cremata deficiant opera delictorum. Et mane, inquit, exaudiat nos a nobis auditus, et erunt nobis domus ad manducandum et bibendum, non in ebrietate, sed in jucunditate, dominica celebritate perfecta. Tunc ergo eulogia, non ut superius ait, alogia celebratur. Sed quid eum offendit sabbati dies, quem Dominus sanctificavit, ignoro, ut in eo non putet posse manducari et bibi cum tali jucunditate quae careat ebrietate; cum sic ante sabbatum jejunare possimus, quomodo dicit ante dominicum sabbato jejunandum: an continuo biduo pranderi nefas esse arbitratur? Videat ergo quanta afficiat contumelia ipsam quoque Romanam Ecclesiam, ubi et his hebdomadibus, in quibus quarta et sexta et sabbato jejunatur, tribus tamen diebus continuis, dominico scilicet ac deinde secunda et tertia prandetur.

Sigue todavía e ingiere testimonios totalmente ajenos a la causa que se ha propuesto defender. «Ofrece —dice— a Dios sacrificio de alabanza» (Sal. XLIX, 14); y queriendo conectar de no sé qué modo esa voz del divino salmo con lo que se trata: «Ciertamente —dice— no un banquete de sangre o de embriaguez, en el que no las alabanzas debidas a Dios, sino las blasfemias, con el apoyo del diablo, se asilvestran». ¡Oh improvidente presunción! Por tanto, no se ofrece sacrificio de alabanza el día del Señor porque no se ayuna; sino que se celebra un banquete de embriaguez y las blasfemias, con el apoyo del diablo, se asilvestran. Cosa que si es nefasta decirla, entienda él que no se significa el ayuno en aquello que está escrito: «Ofrece a Dios sacrificio de alabanza». Pues el ayuno ciertamente no se realiza en ciertos días, y especialmente en los festivos. Pero el sacrificio de alabanza se ofrece todos los días por la Iglesia difundida por todo el orbe. De lo contrario, lo que nadie, no digo ya cristiano, sino ni siquiera un loco se atrevería a decir, aquellos cincuenta días después de Pascua hasta Pentecostés en los que no se ayuna, serán según este ajenos al sacrificio de alabanza; días en los que solamente en muchas iglesias, pero en todas especialmente, se canta el Aleluya; voz que ningún cristiano, por muy ignorante que sea, ignora que es de alabanza.

19. Confiesa, sin embargo, que incluso el mismo día del Señor se come no en embriaguez, sino con agrado, cuando dice que nosotros, de entre los judíos y gentiles muchos cristianos de nombre, pocos elegidos por la fe, debemos en el incienso vespertino de los sábados ofrecer en lugar de las víctimas de ganado un ayuno grato a Dios con alabanzas, por cuyo fervor consumidas desfallezcan las obras de los delitos. «And in the morning —dice— óiganos nuestro oído de parte nuestra, y tendremos casas para comer y beber, no en embriaguez, sino con agrado, perfeccionada la celebración dominical». Entonces, por tanto, se celebra la eulogia, no como dijo antes, la alogia. Pero qué le ofende del día del sábado, que el Señor santificó, lo ignoro, para que no piense que en él se pueda comer y beber con tal agrado que carezca de embriaguez; pudiendo nosotros ayunar antes del sábado del mismo modo que él dice que se debe ayunar el sábado antes del domingo: ¿o acaso considera nefasto que se coma durante dos días seguidos? Vea, pues, con cuánta contumelia afecta también a la misma Iglesia Romana, donde incluso en estas semanas en las que se ayuna el miércoles, el viernes y el sábado, sin embargo, se come durante tres días seguidos, a saber, el domingo y luego el lunes y el martes.

20. Ovium vitam certum est, inquit, arbitrio pendere pastorum: sed «Vae qui dicunt quod bonum malum, et tenebras lucem, et lucem tenebras, et amarum dulce, et dulce amarum» (Isai. V, 20). Quid sibi velint haec verba ejus, non satis intelligo. Si enim haec, ut scribis, sic Urbicus dicit; in Urbe plebs pendens ex pastoris arbitrio cum episcopo suo jejunat sabbato. Si autem sic ad te ista scripsit, quia in epistola tua et ipse quiddam tale scripsisti; non tibi persuadeat urbem christianam sic laudare sabbato jejunantem, ut cogaris orbem christianum damnare prandentem. Cum enim dicit: Vae qui dicunt quod bonum malum, et tenebras lucem, et lucem tenebras, et amarum dulce, et dulce amarum, jejunium sabbati volens intelligi bonum et lucem et dulce, prandium vero, malum et tenebras et amarum; quis eum dubitat in omnibus christianis sabbato prandentibus universum orbem damnare terrarum? Nec se ipse respicit, nec quid dicat attendit, ut scriptis suis ab ista praecipiti cohibeatur audacia. Continuo quippe subjunxit, Nemo ergo vos judicet in esca aut in potu (Coloss. II, 16): quod ipse utique facit, qui sabbato sumentes escam potumque sic arguit. Quantum erat, ut hinc ei veniret in mentem etiam illud quod idem apostolus alibi dicit: Qui manducat, non manducantem non spernat; et qui non manducat, manducantem non judicet? (Rom. XIV, 3.) Istum modum, hoc temperamentum, quo scandala devitaret, inter jejunantes sabbato et manducantes teneret, ut et ipsum non manducantem manducans quisque non sperneret, et ipse non manducans manducantem non judicaret.

CAPUT IX.

21. Petrus etiam, inquit, Apostolorum caput, coeli janitor, et Ecclesiae fundamentum, exstincto Simone qui diaboli fuerat nonnisi jejunio vincendi figura, idipsum Romanos edocuit, quorum fides annuntiatur universo orbi terrarum. Numquid ergo caeteri Apostoli prandere Christianos contra Petrum docuerunt in universo orbe terrarum? Sicut itaque inter se vixerunt concorditer Petrus et condiscipuli ejus, sic inter se concorditer vivant sabbato jejunantes quos plantavit Petrus, et sabbato prandentes quos plantaverunt condiscipuli ejus. Est quidem et haec opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod apostolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnae tentationis periculum, pridie cum ejusdem urbis Ecclesia jejunaverit, et consecuto tam prospero gloriosoque successu, eumdem morem tenuerit, eumque imitatae sint nonnullae Occidentis Ecclesiae.

«La vida de las ovejas es cierto —dice— que depende del arbitrio de los pastores: pero "¡Ay de los que dicen que lo bueno es malo, y las tinieblas luz, y la luz tinieblas, y lo amargo dulce, y lo dulce amargo!"» (Is. V, 20). Qué quieran decir estas palabras suyas no lo entiendo suficientemente. Pues si esto lo dice así Úrbico, según escribes; en la Urbe la plebe, dependiendo del arbitrio del pastor, ayuna el sábado con su obispo. Pero si él te escribió eso así porque en tu epístola tú mismo escribiste algo semejante; no te persuada él de alabar tanto a la ciudad cristiana que ayuna el sábado que te veas obligado a condenar al orbe cristiano que come. Pues cuando dice: «¡Ay de los que dicen que lo bueno es malo, y las tinieblas luz, y la luz tinieblas, y lo amargo dulce, y lo dulce amargo!», queriendo que se entienda el ayuno del sábado como bueno y luz y dulce, y la comida como malo y tinieblas y amargo; ¿quién duda que condena a todo el orbe de la tierra en todos los cristianos que comen el sábado? Ni se mira a sí mismo, ni atiende a lo que dice para que sus propios escritos le contengan de esa audacia precipitada. Pues inmediatamente añadió: «Nadie, por tanto, os juzgue en la comida o en la bebida» (Col. II, 16): cosa que él mismo hace ciertamente, pues así increpa a los que toman comida y bebida el sábado. ¡Qué gran cosa habría sido que de aquí le viniera a la mente también aquello que el mismo apóstol dice en otra parte: «El que come, no desprecie al que no come; y el que no come, no juzgue al que come»! (Rom. XIV, 3). Este modo, este equilibrio por el que evitara los escándalos, debería mantener entre los que ayunan en sábado y los que comen, de modo que el que come no desprecie a aquel que no come, y el que no come no juzgue al que come.

CAPÍTULO IX.

21. Pedro también —dice—, cabeza de los Apóstoles, portero del cielo y fundamento de la Iglesia, una vez extinguido Simón —que había sido figura del diablo que no debía ser vencido sino por el ayuno—, enseñó esto mismo a los romanos, cuya fe es anunciada a todo el orbe de la tierra. ¿Acaso los demás Apóstoles enseñaron a los cristianos en todo el orbe de la tierra a comer en contra de Pedro? Así pues, del mismo modo que Pedro y sus condiscípulos vivieron concordemente entre sí, vivan así concordemente entre sí ayunando el sábado los que plantó Pedro, y comiendo el sábado los que plantaron sus condiscípulos. Existe ciertamente también esta opinión de muchísimos, aunque la mayoría de los romanos afirmen que es falsa: que el apóstol Pedro, cuando iba a luchar contra Simón el mago el día del domingo, por el peligro de tan gran tentación, ayunó el día anterior con la Iglesia de esa misma ciudad, y obtenido un éxito tan próspero y glorioso, mantuvo la misma costumbre, y algunas Iglesias de Occidente la imitaron.

Sed si, ut iste dicit, Simon magus figura erat diaboli, non plane sabbatarius aut dominicarius, sed quotidianus est ille tentator; nec tamen adversus eum quotidie jejunatur, quando et diebus dominicis omnibus, e quinquaginta post Pascha, et per diversa loca diebus solemnibus martyrum et festis quibusque prandetur: et tamen diabolus vincitur, si oculi nostri sint semper ad Dominum, ut ipse evellat de laqueo pedes nostros (Psal. XXIV, 15); et sive manducamus sive bibimus, sive quodcumque facimus, omnia in gloriam Dei faciamus; et quantum in nobis est, sine offensione simus Judaeis et Graecis et Ecclesiae Dei (I Cor. X, 31, 32). Quod parum cogitant, qui cum offensione manducant, vel cum offensione jejunant, et per utramlibet intemperantiam scandala concitant, quibus non superatur diabolus, sed laetatur.

22. Quod si respondetur, hoc docuisse Jacobum Jerosolymis, Ephesi Joannem, caeterosque aliis locis, quod docuit Romae Petrus, id est ut sabbato jejunetur, sed ab hac doctrina terras caeteras deviasse, atque in ea Romam stetisse: et e contrario refertur Occidentis potius aliqua loca in quibus Roma est, non servasse quod Apostoli tradiderunt; Orientis vero terras, unde coepit ipsum Evangelium praedicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro Apostolis traditum est, ne sabbato jejunetur, sine aliqua varietate mansisse: interminabilis est ista contentio, generans lites, non finiens quaestiones. Sit ergo una fides universae quae ubique dilatatur Ecclesiae, tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est impeditur. Omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus (Psal. XLIV, 14): illae autem observationes quae variae celebrantur, in ejus veste intelliguntur; unde ibi dicitur, In fimbriis aureis circumamicta varietate (Ibid., 15). Sed ea quoque vestis ita diversis celebrationibus varietur, ut non adversus contentionibus dissipetur.

CAPUT X.

23. Postremo, inquit, si Judaeus sabbatum colendo dominicum negat, quomodo Christianus observat sabbatum? Aut simus Christiani, et dominicum colamus; aut simus Judaei, et sabbatum observemus: «Nemo enim potest duobus dominis servire» (Matth. VI, 24). Nonne ita loquitur, tanquam sabbati alius dominus sit, alius dominici? Nec illud audit quod et ipse commemoravit: Dominus est enim sabbati Filius hominis (Luc. VI, 5).

Pero si, como dice aquel, Simón el mago era figura del diablo, ese tentador no es puramente sabatario o dominicario, sino cotidiano; y, sin embargo, no se ayuna contra él diariamente, cuando se come en todos los domingos, en los cincuenta días después de Pascua, y por diversos lugares en los días solemnes de los mártires y en todas las fiestas: y, no obstante, el diablo es vencido si nuestros ojos están siempre hacia el Señor, para que él mismo saque nuestros pies del lazo (Salm. XXIV, 15); y ya sea que comamos o ya sea que bebamos, o ya sea que hagamos cualquier cosa, hagámoslo todo para la gloria de Dios; y en cuanto esté en nosotros, seamos sin ofensa para los judíos y para los griegos y para la Iglesia de Dios (I Cor. X, 31, 32). Cosa en la que poco piensan los que comen con ofensa, o ayunan con ofensa, y por cualquiera de las dos intemperancias provocan escándalos, con los cuales no se supera al diablo, sino que este se alegra.

22. Que si se responde que esto enseñó Santiago en Jerusalén, Juan en Éfeso, y los demás en otros lugares, lo que enseñó Pedro en Roma, esto es, que se ayune el sábado, pero que las demás tierras se desviaron de esta doctrina, y Roma permaneció en ella: y por el contrario se refiere que algunos lugares de Occidente más bien, en los que está Roma, no guardaron lo que los Apóstoles entregaron; mientras que las tierras de Oriente, de donde comenzó a predicarse el Evangelio mismo, han permanecido sin alguna variedad en aquello que fue entregado por todos los Apóstoles junto con el mismo Pedro, que no se ayune el sábado: interminable es esa contienda, engendrando litigios, no terminando las cuestiones. Sea, pues, una sola la fe de la Iglesia universal que se dilata por todas partes, como por dentro en los miembros, aunque esa misma unidad de fe se celebre con algunas diversas observaciones, por las cuales de ningún modo se impide lo que es verdadero en la fe. Pues toda la hermosura de la hija del rey está en el interior (Salm. XLIV, 14): pero aquellas observaciones que se celebran de forma variada se entienden en su vestidura; de donde allí se dice: «En franjas de oro vestida de variedad» (Ibíd., 15). Pero varíese también esa vestidura con diversas celebraciones de tal modo que no se disipe por contiendas adversas.

CAPÍTULO X.

Por último —dice—, si el judío al dar culto al sábado niega el domingo, ¿cómo el cristiano observa el sábado? O seamos cristianos y demos culto al domingo; o seamos judíos y observemos el sábado: «Pues nadie puede servir a dos señores» (Mt. VI, 24). ¿No habla acaso así como si uno fuera el señor del sábado y otro el del domingo? Ni oye aquello que él mismo recordó: «Pues el Hijo del hombre es señor incluso del sábado» (Lc. VI, 5).

Quod autem ita nos vult esse a sabbato alienos, sicut Judaei sunt a dominico alieni, nonne tantum errat ut possit etiam dicere, ita nos non debere accipere Legem nec Prophetas, sicut Judaei non accipiunt Evangelium nec Apostolos? Quod qui sapit, quid mali sapiat utique intelligis. Sed vetera, inquit, omnia transierunt, et in Christo facta sunt nova (II Cor. V, 17): hoc verum est. Nam propterea sicut Judaei sabbatis non vacamus, etiamsi ad significandam requiem quae illo die significata est, christiana sobrietate et frugalitate servata, jejunii vinculum relaxamus. Et si aliqui fratres nostri requiem sabbati, relaxatione jejunii significandam esse non putant, nequaquam de vestis regiae varietate litigamus, ne ipsius reginae, ubi unam fidem etiam de ipsa requie retinemus, interiora membra vexemus. Etsi enim quia vetera transierunt, cum eis transiit etiam carnalis vacatio sabbati; non tamen quia sabbato et dominico sine superstitiosa vacatione prandemus, ideo duobus dominis servimus, quia et sabbati et dominici unus est dominus.

24. Iste autem qui vetera transisse sic dicit, ut in Christo cederet ara altari, gladius jejunio, precibus ignis, pani pecus, poculo sanguis, nescit altaris nomen magis Legis et Prophetarum Litteris frequentatum, et altare Deo prius in tabernaculo, quod per Moysen factum est, collocatum (Exod. XL, 24); aram quoque in apostolicis Litteris inveniri, ubi Martyres clamant sub ara Dei (Apoc. VI, 9, 10). Dicit cessisse jejunio gladium, non recordans illum quo milites evangelici armantur ex utroque Testamento, gladium bis acutum (Eph. VI, 17, et Hebr. IV, 12). Dicit cessisse precibus ignem, quasi non et tunc preces deferebantur in templum, et nunc a Christo ignis est missus in mundum (Luc. XII, 49). Dicit cessisse pani pecus, tanquam nesciens et tunc in Domini mensa panes propositionis poni solere (Exod. XXV, 30), et nunc se de agni immaculati corpore partem sumere. Dicit cessisse poculo sanguinem, non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguinem (Luc. XXII, 7-20). Quanto ergo melius et congruentius vetera transisse, et nova in Christo facta esse sic diceret, ut cederet altare altari, gladius gladio, ignis igni, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini. Videmus quippe in his omnibus carnalem vetustatem spirituali cedere novitati. Sic ergo intelligendum est, sive in isto die volubili septimo prandeatur, sive a quibusdam etiam jejunetur, tamen sabbato spirituali sabbatum carnale cessisse; quando in isto sempiterna et vera requies concupiscitur, in illo vacatio temporalis jam superstitiosa contemnitur.

Pero en eso de que quiera que seamos tan ajenos al sábado como los judíos son ajenos al domingo, ¿no yerra tanto que hasta podría decir que nosotros no debemos aceptar la Ley ni los Profetas, del mismo modo que los judíos no aceptan el Evangelio ni los Apóstoles? Ciertamente entiendes qué mal saborea el que saborea esto. Pero «todas las cosas viejas —dice— han pasado, y en Cristo se han hecho nuevas» (II Cor. V, 17): esto es verdad. Pues por eso no vacamos para los sábados como los judíos, aunque para significar el descanso que en aquel día se significaba, guardada la sobriedad y frugalidad cristianas, relajamos el vínculo del ayuno. Y si algunos hermanos nuestros no piensan que el descanso del sábado deba significarse por la relajación del ayuno, de ningún modo litigamos por la variedad de la vestidura real, para no vejar los miembros interiores de la misma reina, donde mantenemos una sola fe incluso sobre ese mismo descanso. Pues aunque por haber pasado las cosas viejas haya pasado también con ellas la vacación carnal del sábado, sin embargo, porque comemos el sábado y el domingo sin vacación supersticiosa, no por eso servimos a dos señores, porque uno solo es el señor tanto del sábado como del domingo.

Pero este que dice que las cosas viejas han pasado de tal modo que en Cristo el ara cediera al altar (ara altari), la espada al ayuno, el fuego a las oraciones, la res al pan, la sangre al cáliz, no sabe que el nombre de altar es más frecuentado en las Letras de la Ley y los Profetas, y que el altar fue colocado primero para Dios en el tabernáculo que se hizo por medio de Moisés (Éx. XL, 24); y que el término «ara» se encuentra también en las Letras apostólicas, donde los Mártires claman bajo el ara de Dios (Ap. VI, 9, 10). Dice que la espada ha cedido al ayuno, no recordando aquella con la que se arman los soldados evangélicos de ambos Testamentos, la espada de dos filos (Ef. VI, 17, y Heb. IV, 12). Dice que la fuego ha cedido a las oraciones, como si no se elevaran también entonces oraciones en el templo, y ahora el fuego haya sido enviado por Cristo al mundo (Lc. XII, 49). Dice que la res ha cedido al pan, como ignorando que también entonces solían ponerse los panes de la proposición en la mesa del Señor (Éx. XXV, 30), y ahora él mismo toma una parte del cuerpo del cordero inmaculado. Dice que la sangre ha cedido al cáliz, sin pensar que también ahora recibe la sangre en el cáliz (Lc. XXII, 7-20). Por tanto, cuánto mejor y más congruentemente diría que las cosas viejas han pasado y las nuevas se han hecho en Cristo, de modo que cediera el altar al altar, la espada a la espada, el fuego al fuego, el pan al pan, la res a la res, la sangre a la sangre. Vemos, en efecto, en todas estas cosas que la antigüedad carnal cede a la novedad espiritual. Así, pues, debe entenderse que, ya sea que se coma en este voluble séptimo día, ya sea que por algunos incluso se ayune, sin embargo el sábado carnal ha cedido al sábado espiritual; cuando en este se desea el eterno y verdadero descanso, y en aquel se desprecia ya como supersticiosa la vacación temporal.

CAP. XI. 25. Caetera quae sequuntur, quibus suam disputationem iste concludit, sicut alia quaedam quae inde commemoranda non arbitratus sum, multo magis ad causam non pertinent, in qua de jejunio sabbati vel prandio disputatur. Sed ea tibi ipsi, maxime si ex iis quae a me dicta sunt aliquid adjuvaris, advertenda et judicanda dimitto. Si autem quoniam huic quantum potui sufficienter respondisse me puto, de hac re sententiam meam quaeris, ego in evangelicis et apostolicis Litteris, totoque instrumento quod appellatur Testamentum Novum, animo id revolvens, video praeceptum esse jejunium. Quibus autem diebus non oporteat jejunare, et quibus oporteat, praecepto Domini vel apostolorum non invenio definitum. Ac per hoc sentio, non quidem ad obtinendam, quam fides obtinet atque justitia in qua est pulchritudo filiae regis intrinsecus, sed tamen ad significandam requiem sempiternam ubi est verum sabbatum, relaxationem quam constrictionem jejunii aptius convenire.

26. Verumtamen in hujus sabbati jejunio sive prandio, nihil mihi videtur tutius pacatiusque servari, quam ut qui manducat, non manducantem non spernat, et qui non manducat, manducantem non judicet; quia neque si manducaverimus abundabimus, neque si non manducaverimus egebimus (Rom. XIV, 3): custodita scilicet eorum inter quos vivimus, et cum quibus Deo vivimus, in his rebus inoffensa societate. Sicut enim quod ait Apostolus verum est, malum esse homini qui per offensionem manducat (Ibid., 20, et I Cor. VIII, 8); ita malum est homini qui per offensionem jejunat. Non itaque simus eis similes, qui videntes Joannem non manducantem nec bibentem, dixerunt: Daemonium habet. Sed nec rursus eis, qui videntes Christum manducantem et bibentem, dixerunt: Ecce homo vorax et vinosus, amicus publicanorum et peccatorum (Matth. XI, 19). Rem quippe valde necessariam his dictis Dominus ipse subjecit atque ait: Et justificata est sapientia in filiis suis (Ibid.). Qui sint autem isti, si requiris, lege quod scriptum est: Filii sapientiae Ecclesia justorum (Eccli. III, 1): ii sunt qui quando manducant, non manducantes non spernunt; quando non manducant, manducantes non judicant; sed eos plane qui per offensionem non manducant sive manducant, vel spernunt vel judicant.

CAPUT XII.

27. Et de die quidem sabbati facilior causa est, quia et Romana jejunat Ecclesia, et aliae nonnullae, etiamsi paucae, sive illi proximae sive longinquae: die autem dominico jejunare scandalum est magnum, maxime posteaquam innotuit detestabilis multumque fidei catholicae Scripturisque divinis apertissime contraria haeresis Manichaeorum, qui suis auditoribus ad jejunandum istum tanquam constituerunt legitimum diem; per quod factum est, ut jejunium diei dominici horribilius haberetur.

CAP. XI. Las demás cosas que siguen, con las cuales aquel concluye su disputa, así como otras ciertas cosas que no he juzgado que deban recordarse de allí, mucho más no pertenecen a la causa en la que se disputa sobre el ayuno o la comida del sábado. Pero esas cosas te las dejo a ti mismo para que las adviertas y juzgues, especialmente si te has ayudado con algo de lo que ha sido dicho por mí. Pero si, puesto que creo haberle respondido suficientemente en cuanto pude, buscas mi sentencia sobre este asunto, yo, revolviendo esto en mi ánimo en las Letras evangélicas y apostólicas, y en todo el instrumento que se llama Testamento Nuevo, veo que el ayuno ha sido preceptuado. Pero en qué días no convenga ayunar, y en cuáles convenga, no lo encuentro definido por precepto del Señor o de los apóstoles. Y por esto siento que —no ciertamente para obtener aquello que obtienen la fe y la justicia, en las que está la hermosura de la hija del rey en el interior, sino sin embargo para significar el descanso eterno donde está el verdadero sábado— conviene más la relajación que la restricción del ayuno.

26. No obstante, en el ayuno o la comida de este sábado, nada me parece que se guarde más segura y pacíficamente que el que el que come no desprecie al que no come, y el que no come no juzgue al que come; porque ni si comemos abundaremos, ni si no comemos careceremos (Rom. XIV, 3): guardada ciertamente en estas cosas la inofensiva sociedad de aquellos entre quienes vivimos y con quienes vivimos para Dios. Pues así como es verdad lo que dice el Apóstol, que es malo para el hombre el que come por ofensa (Ibíd., 20, y I Cor. VIII, 8), así es malo para el hombre el que ayuna por ofensa. No seamos, pues, semejantes a aquellos que, viendo a Juan no comer ni beber, dijeron: «Tiene un demonio». Pero tampoco, a su vez, a aquellos que, viendo a Cristo comer y beber, dijeron: «He aquí un hombre voraz y vinoso, amigo de publicanos y pecadores» (Mt. XI, 19). Pues el mismo Señor añadió a estas palabras una cosa muy necesaria y dijo: «Y la sabiduría ha sido justificada en sus hijos» (Ibíd.). Quiénes sean estos, si lo preguntas, lee lo que está escrito: «Los hijos de la sabiduría son la Iglesia de los justos» (Eclo. III, 1): estos son los que cuando comen, no desprecian a los que no comen; cuando no comen, no juzgan a los que comen; pero claramente o desprecian o juzgan a aquellos que por ofensa o no comen o comen.

CAPÍTULO XII.

27. Y sobre el día del sábado ciertamente la causa es más fácil, porque tanto la Iglesia Romana ayuna, como algunas otras, aunque pocas, ya sean próximas a aquella o lejanas: pero ayunar el día del domingo es un gran escándalo, especialmente después de que se dio a conocer la detestable y muy contraria a la fe católica y a las divinas Escrituras herejía de los maniqueos, que establecieron para sus oyentes este día como legítimo para ayunar; por lo cual se ha hecho que el ayuno del día del domingo se tenga por más horrible.

Nisi forte aliquis idoneus sit nulla refectione interposita ultra hebdomadem perpetuare jejunium, ut jejunio quadraginta dierum, quantum potuerit, appropinquet, sicut aliquos fecisse cognovimus. Nam et ad ipsum quadragenarium numerum pervenisse quemdam, a fratribus fide dignissimis nobis asseveratum est. Quemmodum enim veterum patrum temporibus, Moyses et Elias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt, cum diebus quadraginta jejunaverunt; ita qui potuerit septem dies jejunando transire, non sibi ad jejunandum elegit dominicum diem, sed in iis eum invenit, quos jejunaturum se vovit plurimos dies. Jejunium tamen etiam continuatum si in hebdomade solvendum est, nullo congruentius quam dominico die solvitur. Si autem post hebdomadem corpus reficitur, non utique ad jejunandum dies dominicus eligitur; sed in numero, quem voveri placuit, invenitur.

CAPUT XIII.

30. Cur autem quarta et sexta maxime jejunet Ecclesia, illa ratio reddi videtur, quod considerato Evangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Judaei. Intermisso autem uno die, cujus vespera Dominus Pascha cum discipulis manducavit, qui finis fuit ejus diei quem vocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte quae jam ad sextam sabbati, qui dies passionis ejus manifestus est, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit a vespera incipiens. Sed Matthaeus evangelista quintam sabbati dicit fuisse primam diem azymorum; quia ejus vespera sequente, futura erat coena paschalis, qua coena incipiebat azymum et ovis immolatio manducari. Ex quo colligitur quartam sabbati fuisse, quando ait Dominus: Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur (Matth. XXVI, 2): ac per hoc dies ipse jejunio deputatus est, quia, sicut Evangelista sequitur et dicit, Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent et occiderent (Ibid, 3, 4). Intermisso autem uno die, de quo dicit Evangelium, Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha (Ibid., 17)? hoc ergo die intermisso, passus est Dominus, quod nullus ambigit, sexta sabbati; quapropter et ipsa sexta recte jejunio deputatur: jejunia quippe humilitatem significant. Unde dictum est: Et humiliabam in jejunio animam meam (Psal. XXXIV, 13).

A no ser que tal vez alguien sea apto para perpetuar el ayuno más allá de una semana sin interponer ninguna refacción, de modo que se aproxime cuanto pueda al ayuno de cuarenta días, como hemos sabido que algunos han hecho. Pues que uno llegó incluso a ese número de cuarenta, nos ha sido aseverado por hermanos muy dignos de fe. Pues del mismo modo que en los tiempos de los antiguos padres, Moisés y Elías nada hicieron contra las comidas de los sábados cuando ayunaron cuarenta días; así el que pudo pasar siete días ayunando, no eligió para sí el día del domingo para ayunar, sino que lo encontró entre aquellos muchísimos días en los que prometió que ayunaría. Sin embargo, incluso el ayuno continuado, si debe deshacerse dentro de la semana, por ningún día se deshace más congruentemente que por el día del domingo. Pero si después de la semana se refrigera el cuerpo, no se elige ciertamente el día del domingo para ayunar; sino que se encuentra en el número que plugo prometer.

CAPÍTULO XIII.

30. Pero en cuanto a por qué la Iglesia ayuna especialmente el cuarto y el sexto día, parece darse esta razón: que, considerado el Evangelio, en ese mismo cuarto día de la semana, que vulgarmente llaman cuarta feria, se encuentra que los judíos hicieron consejo para matar al Señor. Intermitido un día, en cuya tarde el Señor comió la Pascua con los discípulos, que fue el fin de aquel día que llamamos quinto de la semana, fue luego entregado en aquella noche que ya pertenecía al sexto de la semana, el cual es manifiesto como el día de su pasión. Este fue el primer día de los ázimos, empezando desde la tarde. Pero el evangelista Mateo dice que el quinto día de la semana fue el primer día de los ázimos; porque en su tarde siguiente, había de ser la cena pascual, en la cual cena empezaba a comerse el ázimo y la inmolación de la oveja. De lo cual se colige que era el cuarto de la semana cuando dijo el Señor: Sabéis que después de dos días se hará la Pascua, y el Hijo del hombre será entregado para ser crucificado (Mat. XXVI, 2): y por esto el día mismo fue destinado al ayuno, porque, como el Evangelista sigue y dice: Entonces se congregaron los príncipes de los sacerdotes y los ancianos del pueblo en el atrio del príncipe de los sacerdotes, que se llamaba Caifás, e hicieron consejo para prender a Jesús con engaño y matarlo (Ibíd., 3, 4). Intermitido, pues, un día, del cual dice el Evangelio: El primero de los ázimos se acercaron los discípulos a Jesús diciendo: ¿Dónde quieres que te preparemos para comer la pascua? (Ibíd., 17); intermitido, pues, este día, padeció el Señor, lo cual nadie pone en duda, el sexto de la semana; por lo cual también ese mismo sexto se destina rectamente al ayuno: pues los ayunos significan humildad. De donde se dijo: Y humillaba con el ayuno mi alma (Sal. XXXIV, 13).

31. Sequitur sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in reginae illius veste varietas, ut alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana et nonnullae Occidentis Ecclesiae. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur propter renovandam rei gestae memoriam, qua discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi sabbati jejunium devotissime celebrent, qui caeteris per totum annum sabbatis prandent; utrumque videlicet significantes, et in uno anniversario die luctum discipulorum, et caeteris sabbatis quietis bonum. Duo quippe sunt, quae justorum beatitudinem, et omnis miseriae finem sperari faciunt, mors et resurrectio mortuorum. In morte requies est, de qua dicitur per Prophetam: Plebs mea intra in cellaria tua; abscondere pusillum donec transeat ira Domini (Isai. XXVI, 20). In resurrectione autem in homine toto, id est, in carne et spiritu perfecta felicitas. Hinc factum est ut horum duorum utrumque non significandum putaretur labore jejunii, sed potius refectionis hilaritate, excepto paschali uno sabbato, quo discipulorum, sicut diximus, luctus propter rei gestae memoriam fuerat jejunio prolixiore signandus.

CAPUT XIV.

32. Sed quoniam non invenimus, ut jam supra commemoravi, in evangelicis et apostolicis Litteris, quae ad Novi Testamenti revelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus evidenter praeceptum observanda esse jejunia, et ideo res quoque ista, sicut aliae plurimae quas enumerare difficile est, invenit in veste illius filiae regis, hoc est Ecclesiae, varietatis locum; indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius, a quo baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. Nam cum in eadem civitate mater mea mecum esset, et nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret utrum secundum morem nostrae civitatis sibi esset sabbato jejunandum, an Ecclesiae Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem Dei. At ille: Quid possum, inquit, hinc docere amplius quam ipse facio? Ubi ego putaveram nihil eum ista responsione praecepisse, nisi ut sabbato pranderemus; hoc quippe ipsum facere sciebam: sed ille secutus adjecit, Quando hic sum, non jejuno sabbato; quando Romae sum, jejuno sabbato: et ad quamcumque Ecclesiam veneritis, inquit, ejus morem servate, si pati scandalum non vultis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eique suffecit, nec dubitavit esse obediendum: hoc etiam nos secuti sumus.

31. Sigue el sábado, día en que la carne de Cristo descansó en el monumento, así como en las primeras obras del mundo descansó Dios en aquel día de todas sus obras. De aquí ha surgido esa variedad en el vestido de aquella reina, de modo que algunos, como especialmente los pueblos del Oriente, por significar el descanso prefirieron relajar el ayuno; otros, por la humildad de la muerte del Señor, prefirieron ayunar, como la Iglesia Romana y algunas del Occidente. Lo cual ciertamente en el único día en que se celebra la Pascua por renovar la memoria del hecho gestado, en que los discípulos humanamente dolieron la muerte del Señor, es así ayunado por todos, que incluso aquellos celebran devotísimamente el ayuno del sábado, que en los demás sábados por todo el año comen; significando ciertamente ambas cosas: tanto el luto de los discípulos en el único día aniversario, como el bien del descanso en los demás sábados. Pues dos son las cosas que hacen esperar la bienaventuranza de los justos y el fin de toda miseria: la muerte y la resurrección de los muertos. En la muerte está el descanso, del cual se dice por el Profeta: Pueblo mío, entra en tus recámaras; escóndete un poquito hasta que pase la ira del Señor (Is. XXVI, 20). Pero en la resurrección está la perfecta felicidad en el hombre todo, esto es, en la carne y en el espíritu. De aquí se ha hecho que ninguno de estos dos se pensara que debía ser significado con el trabajo del ayuno, sino más bien con la hilaridad de la refacción, excepto el único sábado pascual, en que el luto de los discípulos, como hemos dicho, por la memoria del hecho gestado, había de ser significado con un ayuno más prolongado.

CAPÍTULO XIV.

32. Pero puesto que no encontramos, como ya recordé arriba, en las Letras evangélicas y apostólicas, que pertenecen propiamente a la revelación del Nuevo Testamento, que se mande evidentemente que los ayunos deban observarse en algunos días ciertos, y por eso también esta cosa, como otras muchísimas que es difícil enumerar, encuentra lugar de variedad en el vestido de aquella hija del rey, esto es, la Iglesia; te indicaré qué me respondió el venerando Ambrosio, obispo de Milán, por quien fui bautizado, al preguntarle sobre esto. Pues estando mi madre conmigo en esa misma ciudad, y teniendo ella la solicitud de si debía ayunar el sábado según la costumbre de nuestra ciudad, o comer según la costumbre de la Iglesia de Milán, cuando nosotros éramos aún catecúmenos y cuidábamos poco de estas cosas, para librarla de esta vacilación, interrogué a este sobredicho hombre de Dios. Pero él dijo: ¿Qué puedo enseñar aquí más de lo que yo mismo hago? Donde yo había pensado que él nada había mandado con esta respuesta, sino que comiéramos el sábado; pues sabía que él mismo hacía esto: pero él siguió y añadió: Cuando estoy aquí, no ayuno el sábado; cuando estoy en Roma, ayuno el sábado: y a cualquier Iglesia que vengáis, dijo, servad su costumbre, si no queréis padecer ni hacer escándalo. Referí esta respuesta a mi madre, y le bastó, ni dudó que debía obedecer: esto también nosotros lo hemos seguido.

Sed quoniam contingit, maxime in Africa, ut una Ecclesia vel unius regionis Ecclesiae, alios habeant sabbato prandentes, alios jejunantes; mos eorum mihi sequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commissa est. Quapropter si consilio meo, praesertim quia in hac causa plus forte quam satis fuit, te petente atque urgente, locutus sum, libenter acquiescis; episcopo tuo in hac re noli resistere, et quod facit ipse, sine ullo scrupulo vel disceptatione sectare.

EPISTOLA XXXVII. Gratulatur sibi Augustinus litterarias suas lucubrationes legi et approbari a Simpliciano; ejusque censurae subjicit tum caeteros suos libros, tum eos quos de quaestionibus ab ipso propositis conscripsit. Domino beatissimo et venerabiliter sincerissima charitate amplectendo patri SIMPLICIANO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Plenas bonorum gaudiorum litteras, quod sis memor mei, meque ut soles diligas, magnaeque gratulationi tibi sit quidquid in me donorum suorum Dominus conferre dignatus est misericordia sua, non meritis meis, missas munere Sanctitatis tuae accepi: in quibus affectum in me paternum de tuo benignissimo corde non repentinum et novum hausi, sed expertum sane cognitumque repetivi, domine beatissime, et venerabiliter sincerissima charitate amplectende.

2. Unde autem tanta exorta est felicitas litterario labori nostro, quo in librorum quorumdam conscriptione sudavimus, ut a tua Dignatione legerentur? nisi quia Dominus, cui subdita est anima mea, consolari voluit curas meas, et a timore recreare, quo me in talibus operibus necesse est esse sollicitum, necubi forte indoctior vel incautior, quamvis in planissimo campo veritatis, offendam. Cum enim tibi placet quod scribo, novi cui placeat; quoniam quis te inhabitet novi. Idem quippe omnium munerum spiritualium distributor atque largitor per tuam sententiam confirmabit obedientiam meam. Quidquid enim habent illa scripta delectatione tua dignum, in meo ministerio dixit Deus, Fiat, et factum est: in tua vero approbatione vidit Deus quia bonum est (Gen. I, 3, 4).

3. Quaestiunculas sane, quas mihi enodandas jubere dignatus es, etsi mea tarditate implicatus non intelligerem, tuis meritis adjutus aperirem. Tantum illud quaeso, ut pro mea infirmitate depreceris Deum, et sive in iis quibus me exercere benigne paterneque voluisti, sive in aliis quaecumque nostra in tuas sanctas manus forte pervenerint, quia sicut Dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solum curam legentis impendas, sed etiam censuram corrigentis assumas. Vale.

Pero puesto que acontece, especialmente en África, que una Iglesia o las Iglesias de una región tienen a unos comiendo el sábado y a otros ayunando; me parece que debe seguirse la costumbre de aquellos a quienes se ha encomendado regir la congregación de esos pueblos. Por lo cual, si a mi consejo, mayormente porque en esta causa he hablado quizá más de lo que fue suficiente, pidiéndolo y urgiéndolo tú, aquiesces de buena gana; no quieras resistir a tu obispo en esta cosa, y lo que él mismo hace, síguelo sin ningún escrúpulo o discrepancia.

EPÍSTOLA XXXVII. Se congratula Agustín de que sus lucubraciones literarias sean leídas y aprobadas por Simpliciano; y sujeta a su censura tanto sus demás libros, como aquellos que escribió sobre las cuestiones propuestas por él mismo. Al señor beatísimo y padre que debe ser abrazado con venerabilísima y sincerísima caridad, SIMPLICIANO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. He recibido, por don de tu Santidad, una carta llena de buenos gozos, de que eres memorioso de mí, y me amas como sueles, y que te sea de gran congratulación cualquier cosa de sus dones que el Señor se ha dignado conferirme por su misericordia, no por mis méritos: en la cual he bebido un afecto paterno hacia mí de tu benignísimo corazón, no repentino y nuevo, sino que he repetido uno ciertamente experimentado y conocido, señor beatísimo, y que debe ser abrazado con venerabilísima y sincerísima caridad.

2. ¿Pero de dónde ha surgido tanta felicidad para nuestro trabajo literario, en el que hemos sudado en la composición de ciertos libros, para que fueran leídos por tu Dignación? sino porque el Señor, a quien está sujeta mi alma, quiso consolar mis cuidados y recrearme del temor con que es necesario que yo esté solícito en tales obras, no sea que quizá por más indocto o más incauto, aunque sea en el llanísimo campo de la verdad, ofenda. Pues cuando te place lo que escribo, sé a quién place; puesto que sé quién te habita. Pues el mismo distribuidor y dador de todos los dones espirituales confirmará mi obediencia por tu sentencia. Pues cualquier cosa que tengan aquellos escritos digna de tu delectación, dijo Dios en mi ministerio: Hágase, y se hizo: pero en tu aprobación vio Dios que es bueno (Gén. I, 3, 4).

3. Las cuestioncillas ciertamente, que te has dignado mandarme desanudar, aunque implicado en mi tardanza no las entendiera, ayudado por tus méritos las abriría. Solo ruego aquello, que por mi enfermedad depreques a Dios, y ya sea en aquellas cosas en que quisiste ejercitarme benigna y paternalmente, o en otras cualesquiera nuestras que por acaso llegaren a tus santas manos, porque así como conozco los dones de Dios, así también mis erratas, no solo emplees el cuidado del que lee, sino que también asumas la censura del que corrige. Vale.

Epistola XXXVIII.

Augustine Profuturo, de toleranda adversa valetudine; de morte Megalii, et de cohibenda ira.

Fratri PROFUTURO AUGUSTINUS.

1. Secundum spiritum, quantum Domino placet, atque vires ipse praebere dignatur, recte sumus; corpore autem, ego in lecto sum. Nec ambulare enim, nec stare, nec sedere possum, rhagadis vel exochadis dolore et tumore. Sed etiam sic, quoniam id Domino placet, quid aliud dicendum est, nisi quia recte sumus? Potius enim si id nolumus quod ille vult, nos culpandi sumus, quam ille non recte aliquid vel facere vel sinere existimandus est. Nosti haec omnia: sed quia mihi es alter ego, quid libentius tecum loquerer, nisi quod mecum loquor? Commendamus ergo sanctis orationibus tuis et dies et noctes nostras, ut oretis pro nobis, ne diebus intemperanter utamur, ut noctes aequo animo toleremus, ut etiamsi ambulemus in medio umbrae mortis, nobiscum sit Dominus ne timeamus mala.

2. Quod senex Megalius defunctus sit, jam vos audisse quis dubitet? Erant enim a depositione corporis ejus, cum haec scriberem, dies ferme viginti quatuor. Utrum jam videris, disponebas enim, successorem primatus ejus, si fieri potest, nosse volumus. Non desunt scandala, sed neque refugium; non desunt moerores, sed neque consolationes. Atque inter haec quam vigilandum sit, ne cujusquam odium cordis intima teneat, neque sinat ut oremus Deum in cubiculo nostro clauso ostio (Matth. VI, 6), sed adversus ipsum Deum claudat ostium, nosti, optime frater: subrepit autem, dum nulli irascenti ira sua videtur injusta. Ita enim inveterascens ira fit odium, dum quasi justi doloris admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, vasque corrumpat. Quapropter multo melius, nec juste cuiquam irascimur, quam velut juste irascendo in alicujus odium irae occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus ignotis, solemus dicere, multo esse melius malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cavemus ne recipiatur malus: sed in affectibus animi contra est. Nam incomparabiliter salubrius est etiam irae juste pulsanti non aperire penetrale cordis, quam admittere non facile recessuram, et perventuram de surculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere citius quam putatur. Non enim erubescit in tenebris, cum super eam sol occiderit (Eph. IV, 26).

Epístola XXXVIII.

Agustín a Profuturo, sobre la tolerancia de la mala salud; sobre la muerte de Megalio, y sobre la contención de la ira.

Al hermano PROFUTURO, AGUSTÍN.

1. Según el espíritu, cuanto place al Señor, y él mismo se digna proporcionar fuerzas, estamos bien; pero en el cuerpo, yo estoy en la cama. Pues ni caminar, ni estar en pie, ni sentarme puedo, por el dolor e hinchazón de las rágades o exócades. Pero aun así, puesto que eso place al Señor, ¿qué otra cosa debe decirse, sino que estamos bien? Pues más bien si nosotros no queremos lo que él quiere, nosotros somos los culpables, que pensar que él no hace o permite rectamente algo. Sabes todas estas cosas: pero porque eres para mí otro yo, ¿qué hablaría más gustosamente contigo, sino lo que hablo conmigo mismo? Encomendamos, pues, a tus santas oraciones tanto nuestros días como nuestras noches, para que oréis por nosotros, no sea que usemos los días destempladamente, para que toleremos las noches con ánimo ecuánime, de modo que aunque caminemos en medio de la sombra de la muerte, esté con nosotros el Señor para que no temamos los males.

2. Que el anciano Megalio ha muerto, ¿quién dudará que ya lo habéis oído? Pues había desde la deposición de su cuerpo, cuando escribía esto, casi veinticuatro días. Si ya has visto (pues así lo disponías) al sucesor de su primacía, queremos saberlo si puede ser. No faltan escándalos, pero tampoco refugio; no faltan tristezas, pero tampoco consolaciones. Y entre estas cuánto debe vigilarse, no sea que el odio de cualquiera ocupe lo íntimo del corazón, ni permita que oremos a Dios en nuestra recámara cerrada la puerta (Mat. VI, 6), sino que contra el mismo Dios cierre la puerta, lo sabes, óptimo hermano: pero se desliza, mientras a nadie que está airado le parece su ira injusta. Pues así la ira envejecida se hace odio, mientras como mezclada la dulzura del justo dolor, la detiene más tiempo en el vaso, hasta que todo se aceda y corrompa el vaso. Por lo cual, mucho mejor no nos airamos contra nadie ni siquiera justamente, que por airarnos como justamente caigamos en el odio de alguno con la oculta facilidad de la ira. Pues al recibir huéspedes desconocidos, solemos decir que es mucho mejor padecer a un hombre malo, que por ignorancia quizá excluir a uno bueno, mientras nos guardamos de que no sea recibido el malo: pero en los afectos del ánimo es al contrario. Pues es incomparablemente más salubre no abrir el penetral del corazón ni siquiera a la ira que pulsa justamente, que admitir la que no retrocederá fácilmente, y llegará del sarmiento a la viga. Pues incluso se atreve a crecer impudentemente más rápido de lo que se piensa. Pues no se avergüenza en las tinieblas, cuando sobre ella se ha puesto el sol (Ef. IV, 26).

Recolis certe qua cura et quanta sollicitudine ista scripserim, si recolis quid mecum nuper in itinere quodam locutus sis.

3. Fratrem Severum, et qui cum eo sunt, salutamus. Etiam fortasse ipsis scriberemus, si per festinationem perlatoris liceret. Peto autem ut apud eumdem fratrem nostrum Victorem, cui ago etiam apud tuam Sanctitatem gratias quod Constantinam cum pergeret indicavit, petendo adjuves propter negotium quod ipse novit, de quo gravissimum pondus pro ea re multum deprecantis Nectarii majoris patior, per Calamam remeare ne gravetur: sic enim promisit mihi. Vale.

Epistola XXXIX.

Hieronymus Augustino, commendans illi Praesidium, et salvere jubens Alypium.

Domino vere sancto et beatissimo papae AUGUSTINO, HIERONYMUS, in Christo salutem.

CAP. PRIMUM. 1. Anno praeterito, per fratrem nostrum Asterium hypodiaconum Dignationi tuae epistolam miseram, promptum reddens salutationis officium; quam tibi arbitror redditam. Nunc quoque per sanctum fratrem meum Praesidium diaconum, obsecro primum ut memineris mei: deinde ut bajulum litterarum habeas commendatum, et mihi scias germanissimum, et in quibuscumque necessitas postulaverit, foveas atque sustentes; non quo aliqua re (Christo tribuente) indigeat, sed quo bonorum amicitias avidissime expetat, et se in his conjungendis maximum putet beneficium consecutum. Cur autem ad Occidentem navigaverit, ipso poteris narrante cognoscere.

CAP. II.

2. Nos in monasterio constituti, variis hinc inde fluctibus quatimur, et peregrinationis molestias sustinemus. Sed credimus in eo qui dixit, «Confidite; ego vici mundum» (Joan. XVI, 33), quod ipso tribuente et praesule, contra hostem diabolum victoriam consequamur. Sanctum et venerabilem fratrem nostrum papam Alypium, ut meo obsequio salutes, obsecro. Sancti fratres, qui nobiscum in monasterio Domino servire festinant, oppido te salutant. Incolumem te et memorem mei, Christus Deus noster tueatur omnipotens, domine vere sancte et suscipiende papa.

Recuerdas ciertamente con qué cuidado y con cuánta solicitud escribí estas cosas, si recuerdas qué hablaste conmigo recientemente en un cierto viaje.

3. Al hermano Severo y a los que con él están, los saludamos. Quizá incluso les escribiríamos a ellos mismos, si por la prisa del portador fuera lícito. Pero pido que ante ese mismo hermano nuestro Víctor, a quien doy gracias también ante tu Santidad porque indicó Constantina cuando partía, ayudes pidiendo por el negocio que él mismo conoce, sobre el cual padezco un pesadísimo peso por ese asunto del mucho suplicante Nectario el mayor, que no se grave en regresar por Calama: pues así me lo prometió. Vale.

Epístola XXXIX.

Jerónimo a Agustín, encomendándole a Presidio, y mandando salud a Alipio.

Al señor verdaderamente santo y beatísimo papa AGUSTÍN, JERÓNIMO, salud en Cristo.

CAPÍTULO PRIMERO. 1. El año pasado, por nuestro hermano Asterio el hipodiácono, había enviado una carta a tu Dignación, rindiendo el pronto oficio de la salutación; la cual creo que te fue entregada. Ahora también por mi santo hermano Presidio el diácono, obsecro primero que te acuerdes de mí: luego que tengas encomendado al portador de las letras, y sepas que es para mí muy hermano, y en cualquier cosa que la necesidad pidiere, lo fomentes y sustentes; no porque de alguna cosa (concediéndolo Cristo) carezca, sino para que busque avidísimamente las amistades de los hombres buenos, y se piense que ha conseguido un máximo beneficio al conjuntar estas. Por qué, pues, haya navegado hacia el Occidente, lo podrás conocer narrándolo él mismo.

CAPÍTULO II.

2. Nosotros, constituidos en el monasterio, somos sacudidos por varias olas de aquí y de allá, y sostenemos las molestias de la peregrinación. Pero creemos en aquel que dijo: *Confiad; yo he vencido al mundo* (Juan XVI, 33), que concediéndolo él mismo y siendo el guía, consigamos la victoria contra el enemigo el diablo. Obsecro que saludes con mi obsequio al santo y venerable hermano nuestro, el papa Alipio. Los santos hermanos, que con nosotros en el monasterio se apresuran a servir al Señor, te saludan mucho. Que Cristo nuestro Dios, el Omnipotente, te proteja incólume y memorioso de mí, señor verdaderamente santo y papa que debe ser recibido.

EPISTOLA XL. Augustinus Hieronymo de titulo vulgati ab ipso libri de Scriptoribus ecclesiasticis: tum de Petro reprehenso non mendaciter a Paulo, de quo jam eidem scripsit Epistolam 28. Hortatur postremo ut prodat Origenis et singulorum haereticorum errata. Domino dilectissimo, et cultu sincerissimo charitatis observando atque amplectendo fratri, et compresbytero HIERONYMO, AUGUSTINUS.

CAP. PRIMUM. 1. Habeo gratiam quod pro subscripta salutatione, plenam mihi epistolam reddidisti, sed breviorem multo quam ex te vellem sumere, tali viro, a quo tempora quantalibet occupet, nullus sermo prolixus est. Quanquam itaque nos negotiorum alienorum, eorumque secularium, curis circumstemur ingentibus; tamen epistolae tuae brevitati facile non ignoscerem, nisi cogitarem quam paucioribus verbis meis redderetur. Quare, aggredere, quaeso, istam nobiscum litterariam collocutionem, ne multum ad nos disjungendos liceat absentiae corporali: quanquam simus in Domino Spiritus unitate conjuncti, etiamsi ab stilo quiescamus, et taceamus. Et libri quidem, quos de horreo dominico elaborasti, pene totum te nobis exhibent. Si enim propterea te non novimus, quia faciem tui corporis non vidimus: hoc modo nec ipse te nosti; nam tu quoque non vides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es, nisi quia nosti animum tuum; et nos eum non mediocriter novimus in litteris tuis, in quibus benedicimus Domino, quod tibi, et nobis, omnibusque fratribus, qui tua legunt, te talem dedit.

CAP. II. 2. Liber quidam tuus inter caetera non diu est ut venit in manus nostras: quae sit ejus inscriptio, nescimus adhuc; non enim hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina praetendebat. Epitaphium tamen appellari dicebat frater apud quem inventus est; quod ei nomen tibi placuisse ut inderetur crederemus, si eorum tantum vel vitas, vel scripta ibi legissemus, qui jam defuncti essent. Cum vero multorum et eo tempore quo scribebatur, et nunc usque viventium, ibi commemorentur opuscula; miramur cur hunc ei titulum vel imposueris, vel imposuisse credaris. Sane utiliter a te conscriptum eumdem librum satis approbamus.

CAP. III.

3. In expositione quoque Epistolae Pauli ad Galatas, invenimus aliquid quod nos multum moveat. Si enim ad Scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quae tandem de Scripturis illis sententia proferetur, cujus pondere contentiosae falsitatis obteratur improbitas? Statim enim ut protuleris; si aliter sapit qui contra nititur, dicet illud, quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorem fuisse mentitum.

EPÍSTOLA XL. Agustín a Jerónimo sobre el título del libro publicado por él mismo sobre los Escritores eclesiásticos: luego sobre Pedro reprendido no mentirosamente por Pablo, sobre lo cual ya le escribió la Epístola 28. Exhorta finalmente a que descubra los errores de Orígenes y de cada uno de los herejes. Al señor dilectísimo, y hermano que debe ser observado con cultu sincerísimo de caridad y abrazado, y compresbítero JERÓNIMO, AGUSTÍN.

CAPÍTULO PRIMERO. 1. Tengo gratitud porque, por la salutación suscrita, me has devuelto una carta plena, pero mucho más breve de lo que desearía recibir de ti, de tal varón, para quien ningún sermón es prolijo por más que los tiempos lo ocupen. Aunque, por tanto, estemos rodeados de ingentes cuidados de negocios ajenos, y de aquellos seculares; sin embargo, no perdonaría fácilmente la brevedad de tu carta, si no pensara por cuántas menos de mis palabras se rendía. Por lo cual, emprende, te ruego, esa literaria colocución con nosotros, no sea que a la ausencia corporal le sea lícito disjuntarnos mucho: aunque estemos conjuntados en el Señor por la unidad del Espíritu, aunque descansemos del estilo y callemos. Y los libros ciertamente, que elaboraste del hórreo dominical, nos exhiben casi todo tú a nosotros. Pues si por esto no te conocemos, porque no vimos la faz de tu cuerpo: de este modo ni tú mismo te conoces; pues tú tampoco la ves. Pero si no por otra cosa te eres conocido, sino porque conoces tu ánimo; también nosotros lo conocemos no mediocremente en tus letras, en las cuales bendecimos al Señor, porque tal te dio a ti, y a nosotros, y a todos los hermanos que leen lo tuyo.

CAPÍTULO II. 2. Un libro tuyo entre los demás, no hace mucho que vino a nuestras manos: cuál sea su inscripción, lo ignoramos aún; pues el códice mismo no lo pretendía, como suele, en la página liminar. Epitafio sin embargo decía que se llamaba el hermano en cuyo poder se encontró; nombre que creeríamos que te plugo que se le pusiera, si solo hubiéramos leído allí o las vidas o los escritos de aquellos que ya estuvieran difuntos. Pero como se conmemoran allí opúsculos de muchos, tanto del tiempo en que se escribía como de los que viven hasta ahora; nos maravillamos de por qué o le impusiste este título, o se cree que se lo impusiste. Ciertamente aprobamos suficientemente ese mismo libro como útilmente escrito por ti.

CAPÍTULO III.

3. En la exposición también de la Epístola de Pablo a los Gálatas, encontramos algo que nos mueve mucho. Pues si fuesen admitidas en las sagradas Escrituras mentiras como oficiosas, ¿qué de autoridad permanecerá en ellas? ¿qué sentencia al fin se proferirá de aquellas Escrituras, con cuyo peso sea triturada la improbidad de la contenciosa falsedad? Pues inmediatamente que la hubieres proferido; si de otro modo siente el que contra ella lucha, dirá que aquello que habrá sido proferido, el escritor mintió por algún honesto oficio.

Ubi enim hoc non poterit, si potuit in ea narratione, quam exorsus Apostolus ait, Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior (Gal. 1, 20), credi affirmarique mentitus eo loco ubi dixit de Petro et Barnaba: Cum viderem quia non recte ingrediuntur ad veritatem Evangelii (Ibidem, II, 14)? Si enim recte illi ingrediebantur, iste mentitus est; si autem ibi mentitus est, ubi verum dixit? An ibi verum dixisse videbitur, ubi hoc dixerit, quod lector sapit; cum vero contra sensum lectoris aliquid occurrerit, officioso mendacio deputabitur? Non enim deesse poterunt causae, cur existimetur non solum potuisse, verum etiam debuisse mentiri, si huic regulae conceditur locus. Non opus est hanc causam multis verbis agere, praesertim apud te, cui sapienter providenti dictum sat est. Nequaquam vero mihi arrogaverim ut ingenium tuum, divino dono aureum, meis obolis ditare contendam; nec est quisquam te magis idoneus, qui opus illud emendet.

CAP. IV. 4. Neque enim a me docendus es quomodo intelligatur quod idem dicit, Factus sum Judaeis tanquam Judaeus, ut Judaeos lucrifacerem (I Cor. IX, 20); et caetera quae ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam aegrotus qui ministrat aegroto; non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat quemadmodum sibi serviri vellet, si ipse aegrotaret. Nam utique Judaeus erat; Christianus autem factus, non Judaeorum Sacramenta reliquerat, quae convenienter ille populus et legitimo tempore quo oportebat, acceperat. Itaque suscepit ea celebranda, cum jam Christi esset Apostolus; sed ut doceret non esse perniciosa iis qui ea vellent, sicut a parentibus per Legem acceperant, custodire, etiam cum Christo credidissent, non tamen in eis jam constituerent spem salutis; quoniam per Dominum Jesum salus ipsa, quae illis Sacramentis significabatur, advenerat. Ideoque Gentibus, quod insuetos a fide revocarent onere gravi et non necessario, nullo modo imponenda esse censebat (Act. XV, 28).

5. Quapropter non ideo Petrum emendavit, quod paternas traditiones observaret: quod si facere vellet, nec mendaciter nec incongrue faceret; quamvis enim jam superflua, tamen solita non nocerent: sed quoniam Gentes cogebat Judaizare (Gal. II, 14), quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tanquam adhuc etiam post Domini adventum necessaria saluti forent; quod vehementer per apostolatum Pauli veritas dissuasit. Nec apostolus Petrus hoc ignorabat; sed id faciebat, timens eos qui ex circumcisione erant.

¿Pues dónde no podrá esto ser, si pudo en aquella narración, la cual habiendo empezado el Apóstol dice: *Pero lo que os escribo, he aquí delante de Dios porque no miento* (Gál. I, 20), creerse y afirmarse que mintió en ese lugar donde dijo de Pedro y Bernabé: *Cuando vi que no caminaban rectamente hacia la verdad del Evangelio* (Ibídem, II, 14)? Pues si ellos caminaban rectamente, aquel mintió; pero si allí mintió, ¿Dónde dijo la verdad? ¿O parecerá haber dicho la verdad allí donde hubiere dicho esto que el lector siente; pero cuando ocurriere algo contra el sentido del lector, se reputará como mentira oficiosa? Pues no podrán faltar causas por las que se estime no solo que pudo, sino incluso que debió mentir, si se concede lugar a esta regla. No es necesario tratar esta causa con muchas palabras, especialmente ante ti, a quien basta lo dicho para el que sabiamente provee. De ninguna manera ciertamente me arrogaría que yo intente enriquecer con mis óbolos tu ingenio, áureo por don divino; ni hay nadie más idóneo que tú para enmendar esa obra.

CAPÍTULO IV. 4. Ni tampoco he de enseñarte yo cómo se entiende lo que el mismo dice: *Me hice a los judíos como judío, para ganar a los judíos* (I Cor. IX, 20); y las demás cosas que allí se dicen por compasión de misericordia, no por simulación de falacia. Pues se hace como enfermo el que ministra al enfermo; no cuando miente que él tiene fiebres, sino cuando con el ánimo del que conduele piensa de qué modo querría que se le sirviera a sí mismo, si él mismo estuviera enfermo. Pues ciertamente era judío; pero hecho cristiano, no había dejado los Sacramentos de los judíos, los cuales convenientemente aquel pueblo y al tiempo legítimo en que convenía, había recibido. Por tanto, los tomó para celebrarlos, cuando ya era Apóstol de Cristo; pero para enseñar que no eran perniciosos a los que quisieran, como habían recibido de sus padres por la Ley, guardarlos incluso cuando ya hubiesen creído en Cristo, aunque no pusieran ya en ellos la esperanza de la salud; puesto que por el Señor Jesús la salud misma, que por aquellos Sacramentos se significaba, había llegado. Y por eso a los Gentiles, porque retraerían de la fe a los desacostumbrados con una carga pesada y no necesaria, juzgaba que de ningún modo debían ser impuestos (Hech. XV, 28).

5. Por lo cual no por eso enmendó a Pedro, porque observara las tradiciones paternas: lo cual si quisiera hacer, no lo haría ni mentirosamente ni incongruamente; pues aunque ya superfluas, sin embargo las cosas acostumbradas no dañarían: sino porque obligaba a los Gentiles a judaizar (Gál. II, 14), lo cual de ningún modo podría, si no las hiciese así como si todavía incluso después del advenimiento del Señor fuesen necesarias para la salud; lo cual vehementemente disuadió la verdad por el apostolado de Pablo. Ni el apóstol Pedro ignoraba esto; pero lo hacía temiendo a los que eran de la circuncisión.

Ita et ipse vere correctus est, et Paulus vera narravit, ne sancta Scriptura, quae ad fidem posteris edita est, admissa auctoritate mendacii, tota dubia nutet et fluctuet. Non enim potest aut oportet litteris explicari, quanta et quam inexplicabilia mala consequantur, si hoc concesserimus. Posset autem opportune minusque periculose demonstrari, si coram inter nos colloqueremur.

6. Hoc ergo Judaeorum Paulus dimiserat, quod malum habebant; et in primis illud, quod ignorantes Dei justitiam, et suam justitiam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3). Deinde quod post passionem et resurrectionem Christi, dato ac manifestato Sacramento gratiae secundum ordinem Melchisedech, adhuc putabant Sacramenta vetera, non ex consuetudine solemnitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda: quae tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabaei martyres fierent (II Mach. VII, 1). Postremo istud quod praedicatores gratiae Christianos Judaei tanquam hostes Legis persequebantur. Hos atque hujusmodi errores et vitia, dicit se damna et stercora arbitratum, ut Christum lucrifaceret (Philipp. III, 8,); non observationes Legis, si more patrio celebrarentur, sicut et ab ipso celebratae sunt sine ulla salutis necessitate, non sicut Judaei celebrandas putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat. Nam si propterea illa Sacramenta celebravit, quia simulavit se Judaeum ut illos lucrifaceret; cur non etiam sacrificavit cum Gentibus, quia et iis qui sine Lege erant, tanquam sine Lege factus est, ut eos quoque lucrifaceret, nisi quia et illud fecit, ut natura Judaeus, et hoc totum dixit, non ut fallaciter se fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer eis ita subveniendum esse sentiret, ac si ipse in eodem errore laboraret; non scilicet mentientis astu, sed compatientis affectu? Sicut eo ipso loco generaliter intulit, Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem (I Cor. IX, 22); ut sequens conclusio, Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem (Ibid.), ad hoc referenda intelligatur, ut cujusque infirmitatem tanquam in seipso miseratus appareat. Non enim et cum diceret, Quis infirmatur, et ego non infirmor (II Cor. XI, 29)? infirmitatem alterius simulasse se potius quam condoluisse, volebat intelligi.

7. Quare arripe, obsecro te, ingenuam et vere christianam cum charitate severitatem, ad illud opus corrigendum atque emendandum, et παλινῳδίαν, ut dicitur, cane. Incomparabiliter enim pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Graecorum. Pro ista enim fortius nostri martyres adversus hanc Sodomam, quam pro illa illi heroes adversus Trojam, dimicaverunt.

Así tanto él mismo fue verdaderamente corregido, como Pablo narró cosas verdaderas, no sea que la santa Escritura, que ha sido editada para la fe para los pósteros, admitida la autoridad de la mentira, toda ella vacile y fluctúe dudosa. Pues no puede ni conviene explicarse por letras cuántos y cuán inexplicables males se siguen, si esto concediéramos. Podría, sin embargo, demostrarse oportunamente y menos peligrosamente, si habláramos entre nosotros cara a cara.

6. Esto de los judíos había dejado Pablo, lo que tenían de malo; y en primer lugar aquello de que *ignorando la justicia de Dios, y queriendo establecer su propia justicia, no se sujetaron a la justicia de Dios* (Rom. X, 3). Luego, porque después de la pasión y resurrección de Cristo, dado y manifestado el Sacramento de la gracia según el orden de Melquisedec, pensaban todavía que los viejos Sacramentos debían celebrarse, no por la costumbre de la solemnidad, sino por la necesidad de la salud: los cuales, sin embargo, si nunca hubieran sido necesarios, infructuosa y vanamente se harían mártires por ellos los Macabeos (II Mac. VII, 1). Por último, aquello de que los judíos, como enemigos de la Ley, perseguían a los predicadores de la gracia cristiana. Estos y semejantes errores y vicios dice que juzgó que eran daños y estiércol para ganar a Cristo (Fil. III, 8); no las observaciones de la Ley, si se celebraran según la costumbre patria, como también fueron celebradas por él sin ninguna necesidad de salud, no como los judíos pensaban que debían celebrarse, o por falaz simulación, lo cual había reprendido en Pedro. Pues si por eso celebró aquellos Sacramentos, porque simuló ser judío para ganarlos; ¿por qué no sacrificó también con los gentiles, pues también para los que estaban sin Ley se hizo como sin Ley, para ganarlos también a ellos, sino porque tanto hizo aquello como judío por naturaleza, como dijo todo esto, no para fingirse falazmente ser lo que no era, sino para sentir que debía socorrérseles así por misericordia, como si él mismo trabajara en el mismo error; no ciertamente con la astucia del que miente, sino con el afecto del que compadece? Del mismo modo que en ese mismo lugar introdujo generalmente: *Me hice débil con los débiles, para ganar a los débiles* (I Cor. IX, 22); para que la siguiente conclusión: *A todos me hice todo para ganarlos a todos* (Ibíd.), se entienda referida a esto, para que aparezca haber tenido misericordia de la flaqueza de cualquiera como en sí mismo. Pues ni siquiera cuando decía: *¿Quién enferma y yo no enfermo?* (II Cor. XI, 29) quería que se entendiera que había simulado la flaqueza del otro más bien que condolerse.

7. Por lo cual, arrebata, te obsecro, una ingenua y verdaderamente cristiana severidad con caridad para corregir y enmendar aquella obra, y canta la *palinodia*, como se dice. Pues incomparablemente más hermosa es la verdad de los cristianos que la Helena de los griegos. Pues por aquella nuestros mártires lucharon más fuertemente contra esta Sodoma, que por aquella esos héroes contra Troya.

Neque hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias; quos absit ut amiseris: sed ut advertas, quos cum habeas sanos et vigiles, nescio qua dissimulatione avertisti, ut non intenderes quae consequantur adversa; si semel creditum fuerit, posse honeste ac pie scriptorem divinorum Librorum in aliqua sui operis parte mentiri.

CAPUT V.

8. Scripseram hinc jam aliquando ad te epistolam quae non perlata est, quia nec perrexit cui perferendam tradideram: ex qua illud mihi suggestum est, cum istam dictarem, quod in hac quoque praetermittere non debui, ut si alia est sententia tua, eademque est melior, timori meo libenter ignoscas. Si enim aliter sentis, verumque tu sentis (nam nisi verum sit, melius esse non potest), ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error veritati favet, si recte in quoquam veritas potest favere mendacio.

CAPUT VI.

9. De Origene autem quod rescribere dignatus es, jam sciebam non tantum in ecclesiasticis litteris, sed in omnibus recta et vera quae invenerimus, approbare atque laudare; falsa vero et prava improbare atque reprehendere. Sed illud de prudentia doctrinaque tua desiderabam, et adhuc desidero, ut nota nobis facias ea ipsa ejus errata, quibus a fide veritatis ille vir tantus recessisse convincitur. In libro etiam quo cunctos, quorum meminisse potuisti, scriptores ecclesiasticos et eorum scripta commemorasti, commodius, ut arbitror, fieret, si nominatis eis quos haeresiotas esse nosti, quando ne ipsos quidem praetermittere volueris, subjungeres etiam in quibus cavendi essent: quanquam nonnullos etiam praeterieris; quod scire cuperem quo consilio factum sit. Aut si illud volumen forte onerare noluisti, ut commemoratis haereticis, non adderes in quibus eos catholica damnarit auctoritas; peto ne grave sit litterario labori tuo, quo non mediocriter per Domini Dei nostri gratiam, in latina lingua sanctorum studia et accendisti et adjuvisti, id quod tibi per humilitatem meam fraterna charitas indicit, ut si occupationes tuae sinunt, omnium haereticorum perversa dogmata, qui rectitudinem fidei christianae usque ad hoc tempus vel impudentia vel imperitia vel pervicacia depravare conati sunt, uno libello breviter digesta edas, in notitiam eorum quibus aut non vacat propter alia negotia, aut non valent propter alienam linguam tam multa legere atque cognoscere.

Ni digo esto por esto, para que recobres los ojos del corazón; los cuales lejos esté que los hayas perdido: sino para que adviertas, los cuales teniendo sanos y vigiles, no sé por qué disimulación apartaste, para no atender qué cosas adversas se siguen, si una vez se creyere que puede el escritor de los Libros divinos mentir honesta y piadosamente en alguna parte de su obra.

CAPÍTULO V.

8. Te había escrito ya de aquí una vez una carta que no fue entregada, porque no partió aquel a quien se la había dado para entregarla: de la cual se me ha sugerido al dictar esta lo que en esta también no debí omitir: que si es otra tu sentencia, y la misma es mejor, perdones de buena gana mi temor. Pues si sientes de otro modo, y sientes la verdad (pues a no ser que sea verdad, no puede ser mejor), para que no diga que ninguna, ciertamente ninguna gran culpa favorece mi error a la verdad, si rectamente en algo la verdad puede favorecer a la mentira.

CAPÍTULO VI.

9. Sobre Orígenes, por lo que te has dignado responder, ya sabía que no solo en las letras eclesiásticas, sino en todas, apruebas y alabas las cosas rectas y verdaderas que hubiéremos hallado; pero las falsas y depravadas las repruebas y reprendes. Pero deseaba de tu prudencia y doctrina, y todavía deseo, que nos hagas conocidos esos mismos errores suyos por los que se convence que aquel varón tan grande se apartó de la fe de la verdad. En el libro también en que conmemoraste a todos los escritores eclesiásticos de que pudiste acordarte y sus escritos, más cómodamente se haría, a mi juicio, si nombrados aquellos que sabes que son heresiarcas, cuando ni siquiera a ellos quisiste omitir, subyugaras también en qué cosas debían ser evitados: aunque a algunos también pasaste por alto; lo cual desearía saber con qué consejo se ha hecho. O si quizá aquel volumen no quisiste gravarlo para que conmemorados los herejes no añadieras en qué cosas los condenó la autoridad católica; pido que no sea grave para tu trabajo literario, con el cual no mediocremente por la gracia del Señor nuestro Dios, tanto encendiste como ayudaste los estudios de los santos en la lengua latina, eso que por mi humildad te indica la caridad fraterna: que si tus ocupaciones lo permiten, edites brevemente digeridos en un librito los dogmas perversos de todos los herejes que han intentado depravar la rectitud de la fe cristiana hasta este tiempo, ya sea por impudencia o por impericia o por pervicacia, para noticia de aquellos para quienes o no hay lugar por otros negocios, o no pueden por la lengua ajena leer y conocer tantas cosas.

Diu te rogarem, nisi hoc soleret esse indicium minus praesumentis de charitate. Hunc interea fratrem nostrum Paulum in Christo multum commendo benignitati tuae, cujus in nostris regionibus existimationi bonum coram Deo testimonium perhibemus.

EPISTOLA XLI. Alypius et Augustinus Aurelio gratulantes de sermonibus quos presbyteri praesente ipso ad populum habere coeperant, ipsumque rogantes ut aliqui eorum sermones sibi mittantur. Domino beatissimo et venerabiliter suscipiendo, sincerissimeque charissimo fratri, et consacerdoti papae AURELIO, ALYPIUS et AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Impletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione (Psal. CXXV, 2), nuntiantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam, adjuvante Domino qui eam inspiravit, ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, et praecipue de sermone presbyterorum, qui te praesente populo infunditur; per quorum linguas clamat charitas tua majore voce in cordibus hominum, quam illi in auribus: Deo gratias. Nam quid melius et animo geramus, et ore promamus, et calamo exprimamus quam, Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri laetius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te et tam fideli pectore ditavit erga filios tuos, et id quod in intimo animae habebas, quo humanus oculus non penetrat, eduxit in lucem, donando tibi, non solum ut bene velles, verum etiam in quibus posset apparere quod velles. Ita plane fiat, fiat: luceant haec opera coram hominibus, ut videant, gaudeant, glorificent Patrem qui in coelis est (Matth. V, 16). Talibus delecteris in Domino: ipse te pro eis orantem dignetur exaudire, quem tu per eos loquentem non dedignaris audire. Eatur, ambuletur, curratur in via Domini; benedicantur pusilli cum magnis, jucundati in his qui dicunt eis, In domum Domini ibimus (Psal. CXXI, 1): praecedant illi, et sequantur isti, imitatores facti eorum, sicut et illi Christi. Ferveat iter sanctarum formicarum, fragrent opera sanctarum apum, feratur fructus in tolerantia cum salute perseverandi usque in finem. Nec sinat Dominus tentari supra quam possumus ferre, sed faciat cum tentatione etiam exitum, ut possimus sustinere (I Cor. X, 13).

2. Orate pro nobis, digni exaudiri; cum tanto quippe sacrificio acceditis ad Deum sincerissimae dilectionis et laudis ejus in operibus vestris: orate ut et in nobis haec luceant; quoniam novit ille quem oratis, cum quanto nostro gaudio in vobis luceant. Haec sunt vota nostra, hae multitudines solatiorum secundum multitudinem dolorum nostrorum in corde nostro jucundant animam nostram (Psal. XCIII, 19). Ita est, quia ita promissum est; ita erit quod restat, sicut promissum est.

Mucho tiempo te lo rogaría, si esto no soliera ser indicio del que presume menos de la caridad. A este hermano nuestro Paulo entretanto lo encomiendo mucho en Cristo a tu benignidad, de cuya estimación en nuestras regiones damos buen testimonio delante de Dios.

EPÍSTOLA XLI. Alipio y Agustín congratulando a Aurelio por los sermones que los presbíteros habían empezado a tener ante el pueblo en su presencia, y rogándole que se les envíen algunos sermones de ellos. Al señor beatísimo y que debe ser recibido con venerable respeto, y sincerísimamente carísimo hermano, y consacerdote papa AURELIO, ALIPIO y AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. *Llenóse de gozo nuestra boca, y nuestra lengua de exultación* (Sal. CXXV, 2), al anunciar tus letras que tu santa cogitación, ayudando el Señor que la inspiró, ha sido llevada a efecto, sobre todos nuestros hermanos ordenados, y especialmente sobre el sermón de los presbíteros, que estando tú presente se infunde al pueblo; por cuyas lenguas clama tu caridad con mayor voz en los corazones de los hombres que aquellos en los oídos: gracias a Dios. Pues ¿qué mejor tanto llevemos en el ánimo, como proferimos con la boca, y expresamos con la pluma que: *Gracias a Dios*? Esto ni puede decirse más brevemente, ni oírse más alegremente, ni entenderse más grandemente, ni obrarse más fructuosamente. Gracias a Dios, que tanto te dotó con tan fiel pecho hacia tus hijos, como aquello que tenías en lo íntimo del alma, donde el ojo humano no penetra, lo sacó a la luz, donándote no solo que bien quisieras, sino incluso en quiénes pudiera aparecer lo que querías. Así plenamente hágase, hágase: *luzcan estas obras delante de los hombres, para que vean, se gocen y glorifiquen al Padre que está en los cielos* (Mat. V, 16). Con tales cosas deléitate en el Señor: él mismo se digne escucharte orando por ellos, a quien tú hablando por ellos no te desdeñas de oír. Váyase, camínese, córrase en la vía del Señor; bendíganse los pequeñitos con los grandes, *regocijados en los que les dicen: A la casa del Señor iremos* (Sal. CXXI, 1): precedan aquellos y sigan estos, hechos imitadores de ellos, como también ellos de Cristo. Ferva el camino de las santas hormigas, fraguen las obras de las santas abejas, llévese fruto en la tolerancia con la salud de perseverar hasta el fin. Ni permita el Señor que seamos tentados sobre lo que podemos llevar, sino que *haga con la tentación también la salida para que podamos sostener* (I Cor. X, 13).

2. Orad por nosotros, dignos de ser escuchados; puesto que con tanto sacrificio accedéis a Dios de sincerísima dilección y de su alabanza en vuestras obras: orad para que también en nosotros luzcan estas; puesto que sabe aquel a quien oráis con cuánto gozo nuestro lucen en vosotros. Estos son nuestros votos, estas multitudes de solacios según la multitud de nuestros dolores en nuestro corazón alegran nuestra alma (Sal. XCIII, 19). Así es, porque así ha sido prometido; así será lo que resta, tal como ha sido prometido.

Obsecramus te per eum qui tibi ista donavit, et populum, cui servis, hac per te benedictione perfudit, ut jubeas singulos quos volueris sermones eorum conscriptos, et emendatos mitti nobis. Nam et ego quod jussisti non negligo, et de Tychonii septem regulis vel clavibus, sicut saepe jam scripsi, cognoscere quid tibi videatur exspecto. Fratrem Hilarinum Hipponensem archiatrum et principalem multum commendamus. Nam de fratre Romano quid satagas novimus, nihilque petendum est nisi ut te pro illo adjuvet Dominus. Amen.

EPISTOLA XLII. Augustinus Paulino, flagitans ut litterarum debitum amplius anno integro non redditum exsolvat, mittatque sibi opus adversus Paganos, cum id perfecerit. Prodit nunc primum ex corticeo codice, qui olim Narbonensis ecclesiae fuit, nunc vero est illustris familiae Phimarconensis: Dominis laudabilibus in Christo sanctissimis fratribus PAULINO et THERASIAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Num etiam hoc sperari aut exspectari posset, ut per fratrem Severum rescripta flagitaremus, tamdiu tam ardentibus nobis a vestra Charitate non reddita? Quid est quod duas aestates easdemque in Africa sitire cogamur? Quid amplius dicam? O qui res vestras quotidie donatis, debitum reddite. An forte quod adversus daemonicolas te scribere audieram, atque id opus vehementer desiderare me ostenderam, volens perficere ac mittere, tanto tempore ad nos epistolas distulisti? Utinam saltem tam opima mensa jam annosum ab stilo tuo jejunium meum excipias: quae si nondum parata est, non desinemus conqueri, si nos dum illud perficis, non interim reficis. Salutate fratres, maxime Romanum et Agilem. Hinc qui nobiscum sunt vos salutant, et parum nobiscum irascuntur, si parum diligunt.

Epistola XLIII.

Quanta impudentia Donatistae persistant in suo schismate, tot judiciis convicti.

Dominis dilectissimis et merito praedicandis fratribus GLORIO, ELEUSIO, FELICIBUS, GRAMMATICO et caeteris omnibus quibus hoc gratum est, AUGUSTINUS.

CAPUT PRIMUM.

Te obsecramos por aquel que te donó esas cosas, y perfundió al pueblo a quien sirves con esta bendición por ti, que mandes que se nos envíen algunos sermones de ellos que quisieres, escritos y enmendados. Pues yo también lo que mandaste no lo descuido, y sobre las siete reglas o llaves de Ticonio, como ya he escrito a menudo, espero conocer qué te parece. Al hermano Hilarino, arquiatra hiponense y principal, lo encomendamos mucho. Pues sobre el hermano Romano sabemos de qué te afanas, y nada debe pedirse sino que te ayude el Señor por él. Amén.

EPÍSTOLA XLII. Agustín a Paulino, pidiéndole que exima la deuda de las letras no devuelta por más de un año entero, y que le envíe la obra contra los Paganos cuando la haya perfeccionado. Sale ahora por primera vez de un códice de corteza, que antes fue de la iglesia narbonense, pero ahora es de la ilustre familia Fimarconense: A los señores laudables en Cristo santísimos hermanos PAULINO y TERASIA, AGUSTÍN, salud en el Señor.

¿Acaso también esto podría esperarse o aguardarse, que por el hermano Severo pidiéramos respuestas no devueltas por tanto tiempo por vuestra Caridad a nosotros tan ardientes? ¿Qué es que por dos veranos nos veamos obligados a tener sed en África? ¿Qué más diré? Oh vosotros que diariamente dais vuestras cosas, devolved la deuda. ¿O quizá porque había oído que escribías contra los demonícolas, y yo había mostrado que deseaba vehementemente aquella obra, queriendo perfeccionarla y enviarla, diferiste por tanto tiempo las cartas para nosotros? Ojalá al menos con tan opípara mesa recibas ahora mi ayuno de un año del estilo: la cual, si aún no está aparejada, no cesaremos de quejarnos, si mientras perfeccionas aquello no nos refrigeras entretanto. Saludad a los hermanos, especialmente a Romano y a Agilio. Los que aquí están con nosotros os saludan, y poco se airan con nosotros si poco nos aman.

Epístola XLIII.

Con cuánta impudencia los Donatistas persisten en su cisma, convictos por tantos juicios.

A los señores dilectísimos y hermanos dignos por mérito de ser predicados GLORIO, ELEUSIO, los FELICES, GRAMÁTICO y todos los demás a quienes esto es grato, AGUSTÍN.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Dixit quidem apostolus Paulus: Haereticum hominem post unam correptionem devita, sciens quia subversus est ejusmodi, et peccat, et est a semetipso damnatus (Tit. III, 10, 11). Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, praesertim quam non audacia praesumptionis suae pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quaerunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint; nequaquam sunt inter haereticos deputandi. Tales ergo vos nisi esse crederem, nullas fortasse vobis litteras mitterem. Quanquam et ipsum haereticum quamlibet odiosa superbia tumidum et pervivacia malae contentionis insanum, sicut vitandum monemus, ne infirmos et parvulos fallat; ita non abnuimus, quibuscumque modis possumus corrigendum. Unde factum est ut etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberemus, non communicatorias litteras, quas jam olim, propter suam perversitatem ab unitate catholica quae toto orbe diffusa est, non accipiunt; sed tales privatas, qualibus nobis uti etiam ad Paganos licet, quas illi etsi aliquando legerunt, respondere tamen eis sive noluerunt, sive, ut magis creditur, nequiverunt. Ubi nobis satis visum est implevisse nos officium charitatis, quam non solum nostris, sed et omnibus nos debere sanctus Spiritus docet, qui nobis ait per Apostolum: Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat in charitate, in invicem et in omnes (I Thess. III, 12). Monet etiam alio loco, in modestia corripiendos diversa sentientes; Ne forte, inquit, det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso in ipsius voluntatem (II Tim. II, 25, 26).

2. Haec praelocutus sum, ne quis me existimet impudentius vobis quam prudentius scripta misisse, et hoc modo vobiscum de negotio animae vestrae aliquid agere voluisse, quia nostrae communionis non estis: cum tamen si de negotio fundi, aut alicujus pecuniariae litis dirimendae vobis aliquid scriberem, nemo fortasse reprehenderet. Usque adeo charus est hic mundus hominibus, et sibimet ipsi viluerunt! Erit ergo mihi ad defensionem testis haec epistola in judicio Dei, qui novit quo animo fecerim, et qui dixit: Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur (Matth. V, 9).

CAPUT II.

1. Dijo ciertamente el apóstol Pablo: *Al hombre herético, después de una corrección, evítalo, sabiendo que el tal está subvertido, y peca, y está condenado por sí mismo* (Tit. III, 10, 11). Pero los que defienden su sentencia, aunque sea falsa y perversa, sin ninguna pertinaz animosidad, especialmente la que no parieron por audacia de su propia presunción, sino que la recibieron de sus padres seducidos y caídos en error, y buscan con cauta solicitud la verdad, dispuestos a ser corregidos cuando la hallaren; de ningún modo han de ser reputados entre los herejes. Si no creyera que vosotros sois tales, quizá no os enviaría ninguna carta. Aunque al mismo herético, por más que esté hinchado de odiosa soberbia e insano por la pervicacia de la mala contienda, así como amonestamos que debe ser evitado para que no engañe a los débiles y párvulos; así no rehusamos que debe ser corregido de cualquier modo que podamos. De donde se ha hecho que escribiéramos incluso a algunos de los principales de los Donatistas, no cartas comunicatorias, las cuales ya hace tiempo que por su perversidad no reciben de la unidad católica que está difundida por todo el orbe; sino tales privadas, cuales nos es lícito usar incluso con los Paganos, las cuales ellos, aunque algunas veces las leyeron, sin embargo, o no quisieron responder a ellas o, como más se cree, no pudieron. Donde nos pareció bastante haber cumplido el oficio de la caridad, la cual el Espíritu Santo nos enseña que debemos no solo a los nuestros, sino a todos, el cual nos dice por el Apóstol: *A vosotros, pues, el Señor os multiplique y os haga abundar en caridad, unos con otros y con todos* (I Tes. III, 12). Amonesta también en otro lugar que los que sienten de otro modo han de ser corregidos con modestia; *No sea que quizá*, dice, *les dé Dios penitencia para conocer la verdad, y vuelvan en sí de los lazos del diablo, cautivados por él para su voluntad* (II Tim. II, 25, 26).

2. Estas cosas he dicho antes, no sea que alguno piense que os he enviado escritos más impudente que prudentemente, y que he querido de este modo tratar con vosotros algo sobre el negocio de vuestra alma, porque no sois de nuestra comunión: cuando, sin embargo, si os escribiera algo sobre el negocio de un fundo, o de algún pleito pecuniario para dirimir, nadie quizá me reprendería. ¡A tal punto es este mundo caro a los hombres, y se han hecho viles a sí mismos! Será, pues, para mí esta epístola para defensa en el juicio de Dios, que sabe con qué ánimo lo hice, y que dijo: *Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios* (Mat. V, 9).

CAPÍTULO II.

3. Ergo ut meminisse dignamini, cum essemus in vestra civitate, et nonnulla vobiscum de communione christianae unitatis ageremus, prolata sunt a partibus vestris Gesta quaedam, quibus recitatum est quod septuaginta ferme episcopi Caecilianum quondam nostrae communionis episcopum Carthaginensis Ecclesiae cum suis collegis et ordinatoribus damnaverunt. Ubi etiam Felicis Aptungitani causa multo prae caeteris invidiosius et criminosius ventilata est. Quae cum essent cuncta perlecta, respondimus non esse mirandum, si homines qui tunc illud schisma fecerunt, non sine confectione Gestorum, eos in quos fuerant ab aemulis et perditis concitati, absentes causa incognita, temere damnandos esse putaverunt. Nos autem alia habere Gesta ecclesiastica, in quibus Secundus Tigisitanus, qui tunc agebat in Numidia primatum, praesentes et confessos traditores reliquit Deo judicandos, et eos in episcopalibus sedibus, sicuti erant, manere permisit, quorum nomina inter damnatores Caeciliani numerantur; cum etiam Secundus ipse concilii ejusdem principatum teneret, ubi absentes quasi traditores per eorum sententias damnavit, quibus praesentibus et confessis ignovit.

4. Deinde diximus, aliquanto post Majorini ordinationem, quem contra Caecilianum nefario scelere levaverunt, erigentes altare contra altare, et unitatem Christi discordiis furialibus dissipantes, eos petiisse a Constantino tunc imperatore judices episcopos, qui de suis quaestionibus quae in Africa exortae pacis vinculum dirimebant, arbitro medio judicarent. Quod posteaquam factum est, praesente Caeciliano et illis qui adversus eum navigaverant, judicante Melchiade tunc Romanae urbis episcopo, cum collegis suis quos ad preces Donatistarum miserat Imperator, in Caecilianum nihil probari potuisse, ac per hoc, illo in episcopatu confirmato, Donatum qui adversus eum tunc aderat improbatum. Quibus peractis rebus, cum illi omnes in pertinacia scelestissimi schismatis permanerent, post apud Arelatum memoratum imperatorem eamdem causam diligentius examinandam terminandamque curasse. Illos vero ab ecclesiastico judicio provocasse, ut causam Constantinus audiret. Quo posteaquam ventum est, utraque parte assistente, innocentem Caecilianum fuisse judicatum, atque illos recessisse superatos, et in eadem tamen perversitate mansisse. Nec de Felicis Aptungitani causa negligentiam consecutam, sed ad ejusdem principis jussionem proconsularibus Gestis etiam ipsum fuisse purgatum.

5. Sed quia haec omnia dicebamus tantum, non etiam legebamus, minus profecto vobis agere videbamur, quam de nostra exspectabatis instantia. Quod ubi sensimus, ad ea quae legenda promiseramus, non distulimus mittere. Quae omnia, dum excurrimus ad Ecclesiam Gelizitanam, inde ad vestrum oppidum reversuri, bidui non pleni intermissione venerunt, atque ut nostis, quantum tempus admisit, uno die recitata sunt vobis.

3. Por tanto, como os dignéis recordar, cuando estábamos en vuestra ciudad, y tratábamos con vosotros algunas cosas sobre la comunión de la unidad cristiana, se presentaron por vuestras partes ciertas Actas, en las cuales se recitó que casi setenta obispos condenaron a Ceciliano, en otro tiempo obispo de nuestra comunión de la Iglesia de Cartago, con sus colegas y ordenadores. Donde también la causa de Félix de Aptunga fue ventilada mucho más envidiosa y criminalmente que las demás. Leídas todas estas cosas, respondimos que no era de maravillar si los hombres que entonces hicieron aquel cisma, no sin la confección de Actas, pensaron que debían ser condenados temerariamente, estando ausentes y con la causa desconocida, aquellos contra quienes habían sido incitados por émulos y hombres perdidos. Pero que nosotros tenemos otras Actas eclesiásticas, en las cuales Secundo de Tigisi, que entonces ejercía el primado en Numidia, dejó a los tradidores presentes y confesos para ser juzgados por Dios, y les permitió permanecer en sus sedes episcopales, tal como estaban, cuyos nombres se cuentan entre los condenadores de Ceciliano; cuando incluso el mismo Secundo ocupaba la presidencia de aquel mismo concilio, donde condenó por sus sentencias a los ausentes como si fueran tradidores, a quienes presentes y confesos perdonó.

4. Luego dijimos que, algún tiempo después de la ordenación de Mayorino, a quien levantaron contra Ceciliano con nefario crimen, erigiendo altar contra altar, y disipando la unidad de Cristo con furiosas discordias, pidieron al entonces emperador Constantino obispos jueces, que como árbitro medio juzgaran sobre sus cuestiones que, surgidas en África, rompían el vínculo de la paz. Después de que esto se hizo, estando presente Ceciliano y aquellos que habían navegado contra él, juzgando Melquíades, entonces obispo de la ciudad de Roma, con sus colegas a quienes el Emperador había enviado a ruegos de los Donatistas, nada pudo probarse contra Ceciliano, y por esto, habiendo sido confirmado él en el episcopado, Donato que entonces estaba presente contra él fue reprobado. Realizadas estas cosas, como todos ellos permanecieran en la pertinacia de un cisma malvadísimo, después en Arlés el mencionado emperador cuidó de que la misma causa fuera examinada y terminada más diligentemente. Pero ellos apelaron del juicio eclesiástico, para que Constantino oyera la causa. Después de que se llegó a esto, asistiendo ambas partes, Ceciliano fue juzgado inocente, y aquellos se retiraron vencidos, y sin embargo permanecieron en la misma perversidad. Ni se siguió negligencia sobre la causa de Félix de Aptunga, sino que por mandato del mismo príncipe incluso él fue purificado por Actas proconsulares.

5. Pero porque solo decíamos todas estas cosas, y no también las leíamos, os parecía que hacíamos menos de lo que esperabais de nuestra instancia. Cuando sentimos esto, no tardamos en enviar por aquellas cosas que habíamos prometido leer. Todas las cuales, mientras salíamos hacia la Iglesia de Gelizita, para volver de allí a vuestro pueblo, llegaron con una intermisión de no dos días cumplidos, y como sabéis, cuanto el tiempo admitió, os fueron recitadas en un solo día.

Primo ubi Secundus Tigisitanus confessos traditores a collegio suo removere non ausus est, cum quibus postea non confessum et absentem Caecilianum aliosque suos collegas damnare ausus est: deinde Gesta proconsularia, ubi Felix diligentissimo examine probatus est innocens. Haec ante meridiem vobis lecta esse meministis. Post meridiem vero recitavimus preces eorum ad Constantinum, datisque ab eo judicibus Gesta ecclesiastica in Romana urbe habita, quibus illi improbati sunt, Caecilianum autem in episcopali honore firmatus. Postremo Constantini imperatoris litteras, quibus omnia multo maxime testatissima claruerunt.

6. Quid vultis amplius, homines; quid vultis amplius? Non de auro et argento vestro agitur; non terra, non praedia, non denique salus corporis vestri in discrimen vocatur: de adipiscenda vita aeterna et fugienda morte aeterna compellamus animas vestras. Expergiscimini aliquando: non in aliqua obscura quaestione versamur, non recondita secreta rimamur, quibus penetrandis vel nulla vel rara humana corda sufficiant; res in aperto est. Quid eminet clarius? quid cernitur citius? Dicimus temerario concilio, quamlibet numerosissimo, innocentes absentesque fuisse damnatos. Probamus hoc proconsularibus Gestis, quibus ab omni traditionis crimine alienus judicatus est ille, quem maxime criminosum a vestris prolata concilii Gesta sonuerunt. Dicimus a traditoribus confessis, in eos qui traditores dicerentur, dictas fuisse sententias. Probamus hoc ecclesiasticis Gestis, ubi nominatim declarantur, in quibus Secundus Tigisitanus ea quae cognovit, velut contuitu pacis ignovit, et cum quibus postea non cognovit, discissa pace damnavit. Unde apparuit eum etiam primo non paci consuluisse, sed sibi timuisse. Objecerat ei namque Purpurius Limatensis quod etiam ipse, cum detentus esset a curatore et ordine ut Scripturas traderet, dimissus est, utique non frustra, nisi quia tradidit, aut tradi aliquid jussit. Hanc ille suspicionem satis probabilem metuens, accepto consilio a minore Secundo consanguineo suo, consultisque caeteris qui cum eo erant episcopis, manifestissima crimina Deo judicanda dimisit, atque ita paci prospexisse visus est; quod falsum erat, cum sibi prospexerit.

7. Nam si in ejus corde cogitatio pacis habitaret, non apud Carthaginem postea cum traditoribus, quos praesentes atque confessos Deo dimiserat, damnaret crimine traditionis, quos absentes apud eum nemo convicerat. Tanto magis enim timere debuit ne pax unitatis violaretur, quanto erat Carthago civitas ampla et illustris, unde se per totum Africae corpus malum quod ibi esset exortum, tanquam a vertice effunderet.

Primero, donde Secundo de Tigisi no se atrevió a remover de su colegio a los traditores confesos, con quienes después se atrevió a condenar al no confeso y ausente Ceciliano y a otros colegas suyos: luego las Actas proconsulares, donde Félix fue probado inocente con diligentísimo examen. Recordáis que estas cosas os fueron leídas antes del mediodía. Por la tarde, en cambio, recitamos sus ruegos a Constantino, y habiendo dado él los jueces, las Actas eclesiásticas tenidas en la ciudad de Roma, por las cuales ellos fueron reprobados, y Ceciliano confirmado en el honor episcopal. Finalmente, las cartas del emperador Constantino, por las cuales todas las cosas resplandecieron muchísimo más testificadas.

6. ¿Qué queréis más, hombres; qué queréis más? No se trata de vuestro oro y plata; no la tierra, no los predios, no finalmente la salud de vuestro cuerpo se pone en riesgo: sobre el alcanzar la vida eterna y el huir de la muerte eterna instamos a vuestras almas. Despertad ya de una vez: no versamos en alguna oscura cuestión, no escudriñamos secretos recónditos, para cuya penetración o ninguno o raros corazones humanos basten; la cosa está a la vista. ¿Qué sobresale más claramente? ¿qué se percibe más pronto? Decimos que en un concilio temerario, por numeroso que fuera, fueron condenados inocentes y ausentes. Probamos esto por las Actas proconsulares, por las cuales fue juzgado ajeno de todo crimen de tradición aquel a quien las Actas del concilio presentadas por los vuestros sonaron como malvadísimo. Decimos que por traditores confesos fueron dichas sentencias contra aquellos que se decía que eran traditores. Probamos esto por las Actas eclesiásticas, donde se declaran nominalmente aquellos a quienes Secundo de Tigisi perdonó las cosas que conoció, como por consideración de la paz, y con quienes después, rota la paz, condenó a los que no conoció. De donde apareció que él tampoco al principio había consultado por la paz, sino que había temido por sí mismo. Pues le había objetado Purpurio de Limata que incluso él mismo, cuando había sido detenido por el curador y el orden para que entregara las Escrituras, fue dejado libre, ciertamente no en vano, sino porque las entregó, o mandó que se entregara algo. Temiendo él esta sospecha bastante probable, aceptado el consejo de Secundo el joven, su pariente, y consultados los demás obispos que estaban con él, dejó los crímenes manifiestísimos para ser juzgados por Dios, y así pareció haber mirado por la paz; lo cual era falso, puesto que miró por sí mismo.

7. Pues si en su corazón habitara el pensamiento de la paz, no condenaría después en Cartago con los traditores, a quienes presentes y confesos había dejado a Dios, por el crimen de tradición a aquellos a quienes nadie había convencido estando ausentes ante él. Pues tanto más debió temer que se violara la paz de la unidad, cuanto Cartago era una ciudad amplia e ilustre, de donde el mal que allí hubiera surgido se difundiera por todo el cuerpo de África, como desde la cabeza.

Erat etiam transmarinis vicina regionibus et fama celeberrima nobilis: unde non mediocris utique auctoritatis habebat episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret et Romanae Ecclesiae, in qua semper apostolicae cathedrae viguit principatus, et caeteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse conjunctum, ubi paratus esset causam suam dicere, si adversarii ejus ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. Quia ergo venire noluit ad hospitium collegarum, quos a suis inimicis contra veritatem suae causae perversos esse sentiebat vel suspicabatur, vel, ut ipsi asserunt, simulabat, tanto magis Secundus, si verae pacis custos esse voluisset, cavere debuit ne damnarentur absentes, qui judicio eorum omnino interesse noluerunt. Neque enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarum judicio, praesertim apostolicarum Ecclesiarum, causam suam integram reservare; ubi contra eos sententiae dictae in absentes, nullo modo aliquid valerent, quando eorum judicium non primo aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum nunquam adire voluerunt.

8. Haec res maxime sollicitare debuit Secundum qui tunc erat primas, si propterea concilium regebat, ut paci consuleret; facile enim fortassis rabida in absentes ora placata vel frenata comprimeret, si diceret: Videtis, fratres, post tantam stragem persecutionis, misericordia Dei a principibus saeculi pacem esse concessam; non debemus nos christiani et episcopi unitatem disrumpere christianam, quam jam paganus non insequitur inimicus. Itaque aut istas omnes causas, quas clades turbulentissimi temporis inflixit Ecclesiae, Deo judici dimittamus: aut si aliqui in vobis sunt qui certa istorum crimina ita noverint, ut ea facile valeant edocere, negantesque convincere, et talibus communicare formidant, pergant ad fratres and collegas nostros transmarinarum Ecclesiarum episcopos, et ibi prius de istorum factis et contumacia conquerantur, quod ad judicium collegarum Afrorum male sibi conscii venire noluerunt, ut inde illis denuntietur ut veniant, ibique objectis respondeant. Quod si non fecerint, ibi etiam eorum pravitas et perversitas innotescet, missaque tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque jam Christi Ecclesia dilata est, ab omnibus Ecclesiis eorum communio praecidetur, ne aliquis error in Cathedra Ecclesiae Carthaginis oriatur.

Era también vecina a las regiones de ultramar y noble por su celebérrima fama: de donde tenía ciertamente un obispo de no mediocre autoridad, que podía no cuidar de la conspiradora multitud de enemigos, cuando se veía unido por cartas comunicatorias tanto a la Iglesia Romana, en la cual siempre floreció el primado de la cátedra apostólica, como a las demás tierras de donde el Evangelio vino a la misma África, donde estaría preparado para decir su causa si sus adversarios intentaran enajenar de él aquellas Iglesias. Porque, pues, no quiso venir al hospedaje de los colegas, a quienes sentía o sospechaba que estaban pervertidos por sus enemigos contra la verdad de su causa o, como ellos mismos asientan, fingía, tanto más Secundo, si hubiera querido ser guardián de la verdadera paz, debió evitar que fueran condenados los ausentes, que de ningún modo quisieron estar presentes en su juicio. Pues no se trataba de presbíteros o diáconos o clérigos de orden inferior, sino de colegas, que podían reservar su causa íntegra para el juicio de otros colegas, especialmente de las Iglesias apostólicas; donde las sentencias dichas contra ellos en ausencia de ningún modo valdrían nada, cuando no desertaron de su juicio después de haber acudido a él por primera vez, sino que, habiéndolo tenido siempre por sospechoso, nunca quisieron acudir.

8. Esta cosa debió solicitar muy especialmente a Secundo, que entonces era el primado, si para eso presidía el concilio, para consultar por la paz; pues fácilmente quizá habría reprimido las bocas rabiosas contra los ausentes, ya fueran aplacadas o frenadas, si dijera: Veis, hermanos, que después de tan gran estrago de la persecución, por la misericordia de Dios la paz ha sido concedida por los príncipes del mundo; no debemos nosotros, cristianos y obispos, romper la unidad cristiana, a la cual ya no persigue el enemigo pagano. Por tanto, o dejemos todas estas causas, que el desastre de un tiempo tan turbulento infligió a la Iglesia, a Dios juez: o si hay algunos entre vosotros que conozcan de tal modo ciertos crímenes de estos que puedan fácilmente enseñarlos, y convencer a los que los niegan, y temen comulgar con tales, vayan a nuestros hermanos y colegas los obispos de las Iglesias de ultramar, y allí primero quéjense de los hechos y la contumacia de estos, porque no quisieron venir al juicio de los colegas africanos, siendo mal conscientes de sí mismos, para que desde allí se les denuncie que vengan, y allí respondan a los cargos. Lo cual, si no hicieren, allí también se hará conocer su depravación y perversidad, y enviada una carta tractoria sobre su nombre por todo el orbe de la tierra, por dondequiera que ya la Iglesia de Cristo está difundida, su comunión será cortada por todas las Iglesias, para que ningún error surja en la Cátedra de la Iglesia de Cartago.

Tum demum securi episcopum alium plebi Carthaginis ordinabimus, cum a tota Ecclesia isti fuerint separati: ne forte cum alius modo fuerit ordinatus, non ei communicetur ab Ecclesia transmarina, quia iste ab honore depositus non videbitur, quem jam ordinatum fama celebravit, et ad eum commeare communicatorias litteras fecit; atque ita magnum scandalum schismatis in unitate Christi jam pacatis temporibus oriatur, dum praepropere nostras volumus praecipitare sententias, et non contra Caecilianum, sed contra orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, altare alterum erigere audeamus.

9. Huic tam sano rectoque consilio quisquis infrenis obtemperare noluisset, quid esset facturus? aut quomodo aliquem absentium collegarum esset damnaturus, cum in potestate Acta concilii non haberet, contradicente primate? Quod si tanta et adversus primam sedem seditio nasceretur, ut nonnulli damnare jam vellent quos volebat ille differri, quanto melius a talibus inquieta et impacata molientibus, quam a totius orbis communione dissentiretur? Sed quia non erant quae in Caecilianum et ordinatores ejus transmarino judicio probarentur, propterea nec priusquam in eum sententias dicerent, deferre voluerunt, nec posteaquam dixerunt, perseveranter id agere ut Ecclesiae transmarinae in notitiam perferretur, quorum traditorum in Africa damnatorum communionem vitare deberet. Quia si id facere tentavissent, adessent sibi Caecilianum et caeteri, et suam causam adversus fallaces criminatores, apud transmarinos ecclesiasticos judices diligentissima discussione purgarent.

10. Itaque concilium illud perversum atque nefarium, maxime ut creditur traditorum fuit, quibus confessis Secundus Tigisitanus ignoverat: ut quoniam de traditione fama crebruerat, infamatis aliis a se averterent suspicionem, et cum homines per Africam totam credentes episcopis, falsa de innocentibus loquerentur, quod damnati essent apud Carthaginem traditores, tanquam in nebula mendacissimi rumoris, ipsi qui vere tradiderant latitarent. Unde videtis, charissimi, fieri potuisse, quod verisimile non esse quidam vestrum dicebant, ut qui essent de sua traditione confessi, causamque suam impetravissent Deo dimitti oportere, iidem judices damnatoresque tanquam traditorum absentium postea consedissent. Magis enim amplexi sunt occasionem, qua possent alios falsa criminatione perfundere, et conversas in eos linguas hominum ab inquisitione criminum suorum hoc modo declinare.

Entonces finalmente seguros ordenaremos a otro obispo para el pueblo de Cartago, cuando estos hayan sido separados de toda la Iglesia: no sea que quizá, cuando ya haya sido ordenado otro, no se comunique con él la Iglesia de ultramar, porque no parecerá depuesto del honor aquel a quien ya la fama celebró como ordenado, e hizo que las cartas comunicatorias acudieran a él; y así surja un gran escándalo de cisma en la unidad de Cristo en tiempos ya pacificados, mientras queremos precipitar nuestras sentencias demasiado pronto, y nos atrevemos a erigir otro altar no contra Ceciliano, sino contra todo el orbe de la tierra, que le comunica por ignorancia.

9. A este consejo tan sano y recto, quienquiera que desenfrenado no hubiera querido obedecer, ¿qué habría de hacer? ¿o cómo habría de condenar a alguno de los colegas ausentes, cuando no tendría en su poder las Actas del concilio, contradiciéndolo el primado? Pero si naciera una sedición tan grande incluso contra la primera sede, que algunos quisieran ya condenar a los que él quería que se difirieran, ¿cuánto mejor se disentiría de tales inquietos y que intentan cosas no pacificadas, que de la comunión de todo el orbe? Pero porque no había cosas que pudieran probarse contra Ceciliano y sus ordenadores en un juicio de ultramar, por eso ni quisieron diferir antes de decir sentencias contra él, ni después de que las dijeron, actuar perseverantemente para que se llevara a noticia de las Iglesias de ultramar la comunión de qué tradidores condenados en África debían evitar. Porque si hubieran intentado hacer eso, se presentarían Ceciliano y los demás, y purificarían su causa contra los falaces acusadores con diligentísima discusión ante los jueces eclesiásticos de ultramar.

10. Y así aquel concilio perverso y nefario fue, según se cree, muy especialmente de tradidores, a quienes Secundo de Tigisi había perdonado estando presentes y confesos: para que, como la fama sobre la tradición se había hecho frecuente, infamando a otros apartaran la sospecha de sí mismos, y como los hombres por toda África, creyendo a los obispos, dijeran cosas falsas sobre los inocentes, que habían sido condenados en Cartago como tradidores, ellos mismos, que verdaderamente habían entregado, se ocultaran como en una nube de un rumor mentirosísimo. De donde veis, carísimos, que pudo hacerse lo que algunos de vosotros decíais que no era verosímil, que los que estaban confesos de su propia tradición, y habían impetrado que su causa debiera ser dejada a Dios, los mismos se hubieran sentado después como jueces y condenadores como de tradidores ausentes. Pues más bien abrazaron la ocasión por la cual pudieran derramar sobre otros una falsa criminación, y declinar de este modo las lenguas de los hombres vueltas hacia ellos de la inquisición de sus propios crímenes.

Alioquin si fieri non posset ut quisque mala quae ipse committeret, in alio judicaret, non diceret quibusdam Paulus apostolus: Propterea inexcusabilis es, o homo omnis qui judicas. In quo enim alium judicas, temetipsum condemnas; eadem enim agis, quae judicas. (Rom. II, 1.) Quod illi omnino fecerunt, ut haec verba apostolica integre in eos apteque conveniant.

11. Non ergo tunc Secundus, quando eorum crimina Deo dimisit, paci unitatique consuluit: alioquin magis hoc apud Carthaginem provideret, ne schisma fieret, ubi nullus aderat cui confesso crimen donare cogeretur; sed quod erat facillimum, tota conservatio pacis esset absentes nolle damnare. Itaque injuriam facerent innocentibus, etiamsi eis non convictis, neque confessis, neque omnino praesentibus ignoscere voluissent. Ille quippe accipit veniam, cujus culpa certissima est. Quanto ergo immaniores et caeciores fuerunt, qui ea se putaverunt posse damnare, quae incognita nec donare potuissent? Sed illic cognita dimissa sunt Deo, ne alia quaererentur: hic incognita damnata sunt, ut illa tegerentur. Sed dicet aliquis: Cognoverunt. Quod etsi concedam, etiam sic absentibus utique parci oportebat. Neque enim judicium deseruerant, ubi nunquam omnino constiterant; nec in illis solis episcopis Afris erat Ecclesia, ut omne judicium ecclesiasticum vitasse viderentur, qui se judicio eorum praesentare noluissent. Millia quippe collegarum transmarina restabant, ubi apparebat eos judicari posse, qui videbantur Afros vel Numidas collegas habere suspectos. Ubi est enim quod Scriptura clamat: Antequam interroges, ne vituperes quemquam; et cum interrogaveris, corripe juste (Eccli. XI, 7). Si ergo nec vituperari, nec corripi nisi interrogatum Spiritus sanctus voluit; quanto sceleratius non vituperati aut correpti, sed omnino damnati sunt, qui de suis criminibus nihil absentes interrogari potuerunt?

12. Sed tamen isti, qui licet absentium, et nequaquam judicium deserentium, quia nunquam affuerunt, et semper sibi cuneum illum suspectum esse declaraverunt, tamen cognita crimina se damnasse dicunt, quaeso vos, fratres mei, quomodo cognoverunt? Respondetis: Nescimus, quandoquidem ipsa cognitio in illis Gestis explicata non est. Sed ego vobis ostendam quomodo cognoverunt. Attendite causam Felicis Aptungitani, et primo legite quam vehementiores in eum fuerunt. Sic ergo et caeterorum causam noverant, sicut hujus qui postea innocentissimus diligenti et terribili inquisitione probatus est.

De otro modo, si no pudiera ser que cada uno juzgara en otro los males que él mismo cometía, no diría el apóstol Pablo a algunos: *Por lo cual eres inexcusable, oh hombre, quienquiera que seas que juzgas. Pues en aquello en que juzgas a otro, te condenas a ti mismo; pues haces las mismas cosas que juzgas* (Rom. II, 1). Lo cual ellos hicieron totalmente, de modo que estas palabras apostólicas convengan íntegra y aptamente en ellos.

11. No consultó, pues, Secundo entonces por la paz y la unidad cuando dejó sus crímenes a Dios: de otro modo proveería más bien esto en Cartago, para que no se hiciera el cisma, donde nadie estaba presente a quien se viera obligado a perdonar un crimen confeso; sino que lo que era facilísimo, toda la conservación de la paz sería no querer condenar a los ausentes. Y así harían injuria a los inocentes, aun si hubieran querido perdonarles a ellos no convictos, ni confesos, ni totalmente presentes. Pues aquel recibe perdón cuya culpa es certísima. ¿Por cuánto más, pues, fueron ellos más immanantes y ciegos, que pensaron que ellos podían condenar aquellas cosas que, siendo desconocidas, ni siquiera habrían podido perdonar? Pero allí las cosas conocidas fueron dejadas a Dios, para que no se buscaran otras: aquí las desconocidas fueron condenadas, para que aquellas se cubrieran. Pero dirá alguno: Conocieron. Lo cual, aunque yo lo conceda, aun así se debía perdonar totalmente a los ausentes. Pues no habían desertado del juicio donde nunca del todo habían estado; ni estaba la Iglesia solo en aquellos obispos africanos, para que parecieran haber evitado todo juicio eclesiástico los que no hubieran querido presentarse al juicio de ellos. Pues miles de colegas de ultramar restaban, donde aparecía que podían ser juzgados los que parecían tener sospechosos a los colegas africanos o numidas. ¿Pues dónde está lo que clama la Escritura: *Antes de que preguntes, no vituperes a nadie; y cuando hubieres preguntado, corrige justamente* (Ecli. XI, 7)? Si, pues, el Espíritu Santo no quiso que nadie fuera ni vituperado ni corregido sino preguntado; ¿cuánto más criminalmente no fueron vituperados o corregidos, sino totalmente condenados, los que, estando ausentes, nada pudieron ser preguntados sobre sus crímenes?

12. Pero sin embargo estos, que aunque de ausentes, y que de ningún modo desertaban del juicio porque nunca estuvieron presentes y siempre declararon que aquel grupo les era sospechoso, sin embargo dicen que condenaron crímenes conocidos, os ruego, hermanos míos, ¿cómo conocieron? Respondéis: No sabemos, puesto que esa misma cognición no está explicada en aquellas Actas. Pero yo os mostraré cómo conocieron. Atended a la causa de Félix de Aptunga, y primero leed cuán más vehementes fueron contra él. Así pues conocían también la causa de los demás, como la de este que después fue probado inocentísimo por una diligente y terrible inquisición.

Quanto itaque justius et tutius et citius innocentes eos existimare debemus, quorum crimina ab istis levius accusata sunt, et parciore reprehensione damnata, quando ille inventus est innocens, in quem multo immanius saevierunt!

CAPUT IV.

13. An forte sicut quidam dixit, quod quidem cum vobis diceretur displicuit, sed tamen praetermittendum non est; ait enim quidam. Non debuit episcopus proconsulari judicio purgari: quasi vero ipse sibi hoc comparaverit, ac non imperator ita quaeri jusserit, ad cujus curam, de qua rationem Deo redditurus esset, res illa maxime pertinebat. Arbitrum enim et judicem causae traditionis et schismatis illi eum fecerant, qui ad eum etiam preces miserant, ad quem postea provocarunt; et tamen judicio ejus acquiescere noluerunt. Itaque si culpandus est quem judex terrenus absolvit, cum ipse sibi hoc non poposcisset; quanto magis culpandi sunt, qui terrenum regem suae causae judicem esse voluerunt? Si autem criminis non est provocare ad imperatorem, non est criminis audiri ab imperatore: ergo nec ab illo, cui causam delegaverit imperator. Quemdam etiam suspensum equuleo in causa Felicis episcopi amicus ille voluit criminari, ut quis etiam ungulis vexaretur. Numquid poterat Felix contradicere, ne tanta diligentia vel severitate quaereretur, cum ejus causam inveniendam cognitor agitaret? Quid enim erat aliud nolle sic quaeri, quam de crimine confiteri? Et tamen ille ipse proconsul inter praeconum terribiles voces et cruentas carnificum manus nunquam collegam damnaret absentem, qui judicio ejus se praesentare noluisset, cum haberet aliud quo posset audiri. Aut si damnaret, certe etiam ipsis securalibus legibus poenas justas et debitas lueret.

CAPUT V.

14. Quod si Gesta proconsularia displicent, ecclesiasticis cedite. Omnia vobis ordine recitata sunt. An forte non debuit Romanae Ecclesiae Melchiades episcopus cum collegis transmarinis episcopis illud sibi usurpare judicium, quod ab Afris septuaginta, ubi primas Tigisitanus praesedit, fuerat terminatum? Quid quod nec ipse usurpavit? Rogatus quippe imperator, judices misit episcopos qui cum eo sederent, et de tota illa causa quod justum videretur statuerent.

¡Con cuánta más justicia, pues, y más seguridad y más prontitud debemos pensar que son inocentes aquellos cuyos crímenes fueron más ligeramente acusados por estos, y condenados con más parca reprensión, cuando aquel fue hallado inocente contra quien se enfurecieron mucho más immanamente!

CAPÍTULO IV.

13. O quizá como dijo cierto uno, lo cual ciertamente cuando se os decía disgustó, pero sin embargo no debe pasarse por alto; pues dijo uno. No debió el obispo ser purificado por juicio proconsular: como si verdaderamente él mismo se hubiera procurado esto para sí, y no lo hubiera mandado buscar así el emperador, a cuyo cuidado, de cual había de dar razón a Dios, aquella cosa pertenecía muy especialmente. Pues árbitro y juez de la causa de la tradición y del cisma lo habían hecho ellos, que incluso le habían enviado ruegos, a quien después apelaron; y sin embargo no quisieron aquiescer en su juicio. Y así, si es de culpar aquel a quien un juez terreno absolvió, no habiéndolo pedido él mismo para sí; ¿cuánto más han de ser culpados los que quisieron que un rey terreno fuera juez de su causa? Si, pues, no es de crimen apelar al emperador, no es de crimen ser oído por el emperador: luego tampoco por aquel a quien el emperador delegare la causa. A cierto uno incluso suspendido en el ecúleo en la causa de Félix el obispo, aquel amigo quiso criminar, para que alguno también fuera atormentado por las uñas. ¿Acaso podía Félix contradecir para que no se buscara con tanta diligencia o severidad, cuando el juez instaba para que su causa fuera hallada? ¿Pues qué otra cosa era no querer que se buscara así que confesar el crimen? Y sin embargo aquel mismo proconsul entre las voces terribles de los pregoneros y las manos cruentas de los verdugos nunca condenaría a un colega ausente, que no hubiera querido presentarse a su juicio, teniendo otro por el cual pudiera ser oído. O si lo condenara, ciertamente también por las mismas leyes seculares pagaría las penas justas y debidas.

CAPÍTULO V.

14. Pero si las Actas proconsulares disgustan, ceded a las eclesiásticas. Todas os han sido recitadas por su orden. ¿O acaso no debió el obispo Melquíades con sus colegas los obispos de ultramar usurpar para sí aquel juicio que había sido terminado por setenta africanos, donde presidió el primado de Tigisi? ¿Qué decir de que ni él mismo lo usurpó? Pues rogado el emperador, envió obispos jueces que se sentaran con él, y establecieran sobre toda aquella causa lo que pareciera justo.

Hoc probamus et Donatistarum precibus, et verbis ipsius imperatoris: utraque enim vobis lecta meministis, et inspiciendi ac describendi licentiam nunc habetis. Legite et considerate omnia. Videte quanta cura pacis atque unitatis conservandae vel restituendae cuncta discussa sint; quemadmodum accusatorum persona tractata, et quorumdam eorum quibus maculis improbata sit, praesentiumque vocibus liquido constiterit, nihil eos habuisse quod in Caecilianum dicerent, sed totam causam in plebem de parte Majorini, hoc est seditiosam et ab Ecclesiae pace alienatam multitudinem transferre voluisse, ut ab ea videlicet turba Caecilianus accusaretur, quam solis tumultuosis clamoribus, nulla documentorum attestatione, nullo veritatis examine, ad suam voluntatem animos judicum detorquere posse arbitrabantur; nisi forte furiosa et poculo erroris atque corruptionis ebria multitudo vera in Caecilianum crimina diceret, ubi septuaginta episcopi, sicut de Felice Aptungitano constitit, absentes and innocentes collegas, tam insana temeritate damnarunt. Quali enim turbae illi consenserant, ut adversus innocentes non interrogatos proferrent sententias; a tali turba etiam rursus accusari Caecilianum volebant. Sed plane non tales invenerant judices, quibus illam dementiam persuaderent.

15. Potestis enim pro vestra prudentia, et illorum perversitatem illic attendere, et judicum gravitatem, quemadmodum ad extremum persuaderi non possent, ut a plebe partis Majorini, quae certam personam non habebat, argueretur Caecilianum; et requisiti ab eis essent vel accusatores vel testes vel quoquomodo causae necessarii, qui simul cum eis ex Africa venerant, et eos praesentes fuisse atque a Donato subtractos esse diceretur. Promisit idem Donatus quod eos esset exhibiturus: quod cum non semel, sed saepius promisisset, amplius ad illud judicium accedere noluit, ubi jam erat tanta confessus, ut nihil aliud deinceps non accedendo, nisi praesens damnari noluisse videretur; cum tamen ea quae damnanda essent, eo praesente atque interrogato manifestata fuerint. Accessit et aliud, ut a quibusdam adversus Caecilianum denuntiationis libellus daretur: post quod factum quemadmodum sit rursus agitata cognitio, et quae personae illum libellum dederint, quoque modo nihil in Caecilianum probari potuerit, quid dicam, cum et audieritis omnia, et quoties volueritis, legere possitis?

16. De numero autem septuaginta episcoporum, cum quasi gravissima opponeretur auctoritas, quae fuerint dicta meministis; et tamen viri gravissimi ab infinitis quaestionibus catena quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes quam multi essent illi episcopi, aut unde collecti, quos videbant tanta temeritate caecatos, ut in absentes et non interrogatos collegas, tam praecipites auderent proferre sententias.

Esto lo probamos tanto por los ruegos de los Donatistas como por las palabras del mismo emperador: pues recordáis que ambos os fueron leídos, y tenéis ahora la licencia de inspeccionar y describir. Leed y considerad todas las cosas. Ved con cuánta cura de conservar o restituir la paz y la unidad fueron discutidas todas las cosas; de qué modo fue tratada la persona de los acusadores, y con qué manchas fue reprobada en algunos de ellos, y por las voces de los presentes constó claramente que nada tenían que decir contra Ceciliano, sino que quisieron transferir toda la causa al pueblo de la parte de Mayorino, esto es, una multitud sediciosa y ajena a la paz de la Iglesia, para que Ceciliano fuera acusado por aquella turba, la cual pensaban que solo con clamores tumultuosos, sin ninguna atestación de documentos, sin ningún examen de la verdad, podía torcer los ánimos de los jueces hacia su voluntad; a no ser que una multitud furiosa y ebria por la copa del error y de la corrupción dijera crímenes verdaderos contra Ceciliano, donde setenta obispos, como constó de Félix de Aptunga, condenaron a colegas ausentes e inocentes con tan insana temeridad. Pues a qué clase de turba habían ellos consentido para que profirieran sentencias contra inocentes no interrogados; por tal turba también querían que Ceciliano fuera acusado de nuevo. Pero plenamente no habían hallado tales jueces a quienes persuadieran aquella demencia.

15. Podéis, pues, según vuestra prudencia, atender allí tanto a la perversidad de aquellos como a la gravedad de los jueces, de qué modo hasta el fin no pudieron ser persuadidos de que Ceciliano fuera argüido por el pueblo de la parte de Mayorino, que no tenía una persona cierta; y se les habían pedido o los acusadores o los testigos o los de cualquier modo necesarios para la causa, que habían venido con ellos desde África, y se decía que ellos habían estado presentes y habían sido sustraídos por Donato. El mismo Donato prometió que los iba a exhibir: lo cual, habiéndolo prometido no una vez sino muy a menudo, no quiso acercarse más a aquel juicio donde ya había confesado tan grandes cosas que, no acercándose después, no parecía haber querido otra cosa sino no ser condenado estando presente; cuando, sin embargo, aquellas cosas que habían de ser condenadas fueron manifestadas estando él presente e interrogado. Se añadió también otra cosa, que por algunos fue dado un libelo de denuncia contra Ceciliano: después de lo cual, de qué modo fue agitada de nuevo la cognición, y qué personas dieron aquel libelo, y de qué modo nada pudo probarse contra Ceciliano, ¿qué diré, cuando habéis oído todo y, cuantas veces quisiereis, podéis leer?

16. Pero sobre el número de los setenta obispos, cuando se oponía como una gravísima autoridad, recordáis qué cosas fueron dichas; y sin embargo los varones gravísimos prefirieron moderar su arbitrio de infinitas cuestiones que se enlazaban entre sí con cierta cadena inexplicable, no cuidando de ningún modo cuántos eran aquellos obispos, o de dónde recolectados, a quienes veían cegados por tanta temeridad, que se atrevieran a proferir sentencias tan precipitadas contra colegas ausentes y no interrogados.

Et tamen qualis ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia, quam innocens, quam integra, quam provida atque pacifica, qua neque collegas, in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est removere, et Donato solo, quem totius mali principem invenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandae optionem liberam caeteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam iis quos a Majorino ordinatos esse constaret: ita ut quibuscumque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur. O virum optimum! o filium christianae pacis, et patrem christianae plebis! Conferte nunc istam paucitatem cum illa multitudine episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi comparata: hinc modestiam, inde temeritatem, hinc vigilantiam, inde caetitatem. Hic nec mansuetudo integritatem corrupit, nec integritas mansuetudini repugnavit; ibi autem et furore timor tegebatur, et timore furor incitabatur. Isti enim convenerant cognitione verorum criminum falsa respuere, illi falsorum damnatione vera celare.

CAPUT VI.

17. Illisne se tandem Caecilianus audiendum judicandumque committeret, cum haberet tales, apud quos si ei causa moveretur, innocentiam suam facillime ostenderet? Non se illis omnino committeret, nec si peregrinus Ecclesiae Carthaginensis subito episcopus esset ordinatus, et ignoret quid ad corrupendos animos vel improborum vel imperitorum posse tunc pecuniosissima mulier quaedam Lucilla, quam pro disciplina ecclesiastica corripiendo idem cum esset diaconus laeserat: etiam hoc enim accesserat malum ad illam perficiendam iniquitatem. Nam in illo concilio, ubi a confessis traditoribus absentes atque innocentes damnati sunt, pauci quidam erant, qui crimina sua infamatis aliis tegere cupiebant, ut homines a veritatis inquisitione averterentur falsis rumoribus avocati. Pauci ergo erant, qui hoc negotium maxime curabant, quamvis in eis esset major auctoritas, propter ipsius Secundi societatem, qui eis pepercerat territus. Caeteri autem Lucillae pecunia maxime adversus Caecilianum empti et instigati perhibentur.

Y sin embargo, ¡cuál es la última sentencia proferida del mismo bienaventurado Melquíades, cuán inocente, cuán íntegra, cuán providente y pacífica!, por la cual no se atrevió a remover de su colegio a los colegas en quienes nada había constado, y culpado al solo Donato, a quien había hallado príncipe de todo el mal, dio a los demás libre opción de recuperar la salud, preparado para enviar cartas comunicatorias incluso a aquellos de quienes constara que habían sido ordenados por Mayorino: de tal modo que en cualquier lugar donde hubiera dos obispos, a quienes la disensión hubiera duplicado, quería que fuera confirmado aquel que hubiera sido ordenado primero, y al otro de ellos se le proveyera otro pueblo para regir. ¡Oh varón óptimo! ¡Oh hijo de la paz cristiana, y padre del pueblo cristiano! Comparad ahora aquella escasez con aquella multitud de obispos, no comparado número con número, sino peso con peso: de aquí la modestia, de allá la temeridad, de aquí la vigilancia, de allá la ceguedad. Aquí ni la mansedumbre corrompió la integridad, ni la integridad repugnó a la mansedumbre; allí, en cambio, tanto el temor se cubría por el furor como el furor se incitaba por el temor. Estos, pues, se habían reunido para rechazar lo falso por la cognición de los crímenes verdaderos; aquellos, para ocultar lo verdadero por la condenación de lo falso.

CAPÍTULO VI.

17. ¿A ellos finalmente se confiaría Ceciliano para ser oído y juzgado, cuando tenía tales ante quienes, si se le movía causa, facílisimamente mostraría su inocencia? No se confiaría a ellos de ningún modo, ni siquiera si de repente hubiera sido ordenado obispo de la Iglesia de Cartago como un extraño e ignorara qué podía entonces una cierta mujer riquísima, Lucila, para corromper los ánimos o de los malos o de los imperitos, a la cual por corregirla según la disciplina eclesiástica, siendo él diácono, había ofendido: pues incluso este mal se había añadido para perfeccionar aquella iniquidad. Pues en aquel concilio donde por tradidores confesos fueron condenados ausentes e inocentes, había unos pocos que deseaban cubrir sus crímenes infamando a otros, para que los hombres fueran apartados de la inquisición de la verdad, distraídos por falsos rumores. Pocos eran, pues, los que muy especialmente cuidaban de este negocio, aunque en ellos había mayor autoridad por la sociedad del mismo Secundo, que les había perdonado aterrorizado. Pero se dice que los demás fueron muy especialmente comprados e instigados por el dinero de Lucila contra Ceciliano.

Extant Gesta apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus a Sylvano Cirtensi episcopo, quantum ipsis Gestis intelligitur, degradatus, cum eis satisfacere per aliorum episcoporum litteras frustra conatus esset, multa patefecit iratus, et in judicium publicum protulit: inter quae id quoque commemoratum legitur, quod Lucillae pecunia corruptis episcopis, in Carthaginensi Ecclesia, in Africae capite, altare contra altare levatum est. Scio quod haec Gesta vobis non legerimus, sed tempus non fuisse meministis. Inerat etiam nonnullus dolor animi de typho superbiae veniens, quod non ipsi ordinaverant Carthagini episcopum.

18. Quibus omnibus rebus, cum eos non veros judices, sed inimicos atque corruptos Caecilianus convenisse cognosceret; quando fieri posset, ut vel ipse vellet, vel populus cui praesidebat permitteret, ut relicta ecclesia iret in domum privatam, non collegarum discutiendus examine, sed factionis cuneo et odiis muliebribus trucidandus? cum sibi praesertim videret apud Ecclesiam transmarinam privatis inimicitiis et ab utraque parte dissensionis alienam, incorruptum et integrum examen suae causae remanere. Ubi si nihil adversarii agere vellent, ipsi se ab orbis terrarum innocentissima communione praeciderent. Si autem illic eum accusare tentassent, tunc sibi adesset, tunc innocentiam suam adversus eorum machinamenta defenderet, sicut postea factum esse didicistis: cum tamen illi nimis sero quaesissent judicium transmarinum jam schismatis rei, jam levati altaris horrendo scelere maculati. Primo enim facerent si veritate niterentur; sed falsis rumoribus temporis diuturnitate firmatis, quasi vetusta fama praejudicante ad judicium venire voluerunt: aut quod magis credendum est, damnato prius, sicut libuit, Caeciliano, quasi securi sibi videbantur praefidentes numero suo, nec audentes alibi commovere causam tam malam, ubi nulla corruptione operante posset veritas inveniri.

CAPUT VII.

19. Sed posteaquam ipsis rebus experti sunt cum Caeciliano permanere communionem orbis terrarum, et ad eum a transmarinis Ecclesiis communicatorias litteras mitti, non ad illum quem ipsi scelerate ordinaverant; puduit eos semper tacere, quia posset eis objici, cur paterentur ignaram per tot gentes Ecclesiam communicare damnatis, et cur se ipsi ab innocentis orbis terrarum communione praeciderent, cum tacendo sinerent episcopo, quem Carthaginensibus ordinassent, a toto orbe non communicari.

Existen las Actas ante Zenófilo el consular, donde un tal Nundinario, diácono degradado por Silvano obispo de Cirta, según se entiende por las mismas Actas, habiendo intentado en vano satisfacerles por cartas de otros obispos, airado descubrió muchas cosas y las llevó a juicio público: entre las cuales se lee también conmemorado que, corrompidos los obispos por el dinero de Lucila, en la Iglesia de Cartago, en la cabeza de África, se levantó altar contra altar. Sé que no os leímos estas Actas, pero recordáis que no hubo tiempo. Había también en algunos cierto dolor de ánimo viniendo del tifón de la soberbia, porque ellos mismos no habían ordenado al obispo en Cartago.

18. Por todas estas cosas, cuando Ceciliano conoció que ellos se habían reunido no como verdaderos jueces, sino como enemigos y corruptos; ¿cuándo podría ser que o él quisiera, o el pueblo al que presidía permitiera, que dejada la iglesia fuera a una casa privada, para ser discutido no por el examen de los colegas, sino para ser degollado por el grupo de la facción y por los odios mujeriles? cuando se veía especialmente que le restaba ante la Iglesia de ultramar, ajena a las enemistades privadas y a la disensión de ambas partes, un examen incorrupto e íntegro de su causa. Donde si los adversarios nada quisieran hacer, ellos mismos se cortarían de la inocentísima comunión del orbe de la tierra. Pero si hubieran intentado acusarlo allí, entonces él se presentaría, entonces defendería su inocencia contra las maquinaciones de ellos, como después aprendisteis que se hizo: cuando, sin embargo, ellos buscaron demasiado tarde el juicio de ultramar siendo ya reos de cisma, ya manchados por el horrendo crimen del altar levantado. Pues primero lo harían si se apoyaran en la verdad; pero confirmados los falsos rumores por la largura del tiempo, como si la fama antigua prejuzgara, quisieron venir al juicio: o lo que es más de creer, condenado primero Ceciliano como les plugo, se veían a sí mismos como seguros confiando en su número, ni atreviéndose a mover en otra parte una causa tan mala, donde no operando ninguna corrupción pudiera hallarse la verdad.

CAPÍTULO VII.

Pero después de que experimentaron por las cosas mismas que la comunión del orbe de la tierra permanecía con Ceciliano, y que a él se le enviaban cartas comunicatorias desde las Iglesias de ultramar, no a aquel que ellos habían ordenado criminalmente; les avergonzó callar siempre, porque podía objetárseles por qué permitían que la Iglesia ignorante a través de tantas naciones comulgara con los condenados, y por qué ellos mismos se cortaban de la comunión del orbe inocente de la tierra, cuando callando permitían que el obispo que habían ordenado para los cartagineses no fuera comunicado por todo el mundo.

Elegerunt, sicut dicitur, ad duas agere causam cum Caeciliano apud Ecclesias transmarinas, parati ad utrumque: ut si eum potuissent quacumque versutia falsae criminationis evincere, satiarent plenissime cupiditatem suam; si autem non possent, in eadem quidem perversitate durarent, sed jam tamen quasi haberent quod dicerent, malos judices se esse perpessos; quae vox est omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati: quasi non eis ad hoc dici posset et justissime dici, Ecce putemus illos episcopos, qui Romae judicarunt, non bonos judices fuisse; restabat adhuc plenarium Ecclesiae universae concilium, ubi etiam cum ipsis judicibus causa posset agitari, ut si male judicasse convicti essent, eorum sententiae solverentur. Quod utrum fecerint, probent: nos enim non factum esse facile probamus, ex eo quod totus orbis non eis communicat: aut si factum est, etiam ibi sunt victi; quod ipsa eorum separatio manifestat.

20. Sed tamen quid postea fecerint, Imperatoris litteris sufficientissime ostenditur. Judices enim ecclesiasticos tantae auctoritatis episcopos, quorum judicio et Caeciliani innocentia et eorum improbitas declarata est, non apud alios collegas, sed apud Imperatorem accusare ausi sunt, quod male judicarent. Dedit ille aliud Arelatense judicium, aliorum scilicet episcoporum: non quia jam necesse erat, sed eorum perversitatibus cedens, et omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neque enim ausus est christianus Imperator sic eorum tumultuosas et fallaces querelas suscipere, ut de judicio episcoporum qui Romae sederant ipse judicaret; sed alios, ut dixi, episcopos dedit: a quibus tamen illi ad ipsum rursum Imperatorem provocare maluerunt; qua in re illos quemadmodum detestetur, audistis. Atque utinam saltem ipsius judicio insanissimis animositatibus suis finem posuissent, atque ut eis ipse cessit, ut de illa causa post episcopos judicaret, a sanctis antistitibus postea veniam petiturus, dum tamen illi quod ulterius dicerent non haberent, si ejus sententiae non obtemperarent, ad quem ipsi provocaverunt, sic et illi aliquando cederent veritati. Jussit enim ille ut ei partes ad agendam causam Romam occurrerent. Quo cum Caecilianus nescio qua causa non occurrisset, interpellatus ab eis, praecepit ut Mediolanum sequerentur. Tunc se aliqui eorum subtrahere coeperunt, fortasse indignati quia non est eos imitatus Constantinus, ut jam statim atque velociter Caecilianum damnaret absentem. Quod ubi cognovit providus Imperator, reliquos ab officialibus custoditos fecit Mediolanum pervenire. Quo cum etiam Caecilianus venisset, ipsum quoque, sicut scripsit, exhibuit, cognitaque causa, qua diligentia, qua cautela, qua provisione, sicut ejus indicant litterae, Caecilianum innocentissimum, illos improbissimos judicavit.

Eligieron, según se dice, tratar la causa con Ceciliano ante las Iglesias de ultramar de dos modos, preparados para ambos: para que, si pudieran vencerle por cualquier astucia de falsa criminación, saciaran plenamente su codicia; pero si no pudieran, permanecieran ciertamente en la misma perversidad, pero teniendo ya como qué decir, que habían padecido malos jueces; la cual es la voz de todos los malos litigantes cuando han sido superados incluso por la verdad manifiestísima: como si no pudiera decírseles a esto, y decírseles muy justamente: He aquí, pensemos que aquellos obispos que juzgaron en Roma no fueron buenos jueces; restaba aún el concilio plenario de la Iglesia universal, donde incluso con los mismos jueces pudiera tratarse la causa, para que, si hubieran sido convictos de haber juzgado mal, sus sentencias fueran disueltas. Si hicieron esto, pruébenlo: pues nosotros fácilmente probamos que no se hizo, por el hecho de que todo el orbe no les comunica: o si se hizo, también allí fueron vencidos; lo cual manifiesta su misma separación.

20. Pero, sin embargo, lo que hicieron después se muestra muy suficientemente por las cartas del Emperador. Pues a los jueces eclesiásticos, obispos de tanta autoridad por cuyo juicio se declaró tanto la inocencia de Ceciliano como la impropiedad de ellos, se atrevieron a acusarlos no ante otros colegas, sino ante el Emperador, de que juzgaban mal. Dio él otro juicio en Arlés, a saber, de otros obispos: no porque fuera ya necesario, sino cediendo a las perversidades de ellos, y deseando de todos modos reprimir tanta impudencia. Pues no se atrevió el Emperador cristiano a recibir de tal modo sus tumultuosas y falaces quejas que él mismo juzgara sobre el juicio de los obispos que se habían sentado en Roma; sino que dio otros obispos, como dije: de los cuales, sin embargo, ellos prefirieron apelar de nuevo al mismo Emperador; en cuya cosa de qué modo los detesta, lo habéis oído. Y ojalá al menos por el juicio de él hubieran puesto fin a sus insanísimas animosidades y, así como él mismo les cedió para que juzgara sobre aquella causa después de los obispos, habiendo de pedir perdón después a los santos antístites, con tal que ellos no tuvieran qué decir ulteriormente si no obedecieran a la sentencia de aquel a quien ellos mismos apelaron, así también ellos alguna vez cedieran a la verdad. Pues mandó que las partes se reunieran con él en Roma para tratar la causa. Adonde, no habiendo acudido Ceciliano por no sé qué causa, interpelado por ellos, mandó que le siguieran a Milán. Entonces algunos de ellos empezaron a sustraerse, quizá indignados porque no los imitó Constantino para que ya inmediatamente y velozmente condenara a Ceciliano ausente. Lo cual, cuando conoció el próvido Emperador, hizo que los demás, custodiados por oficiales, llegaran a Milán. Adonde, habiendo venido también Ceciliano, lo presentó también a él, según escribió, y conocida la causa, con qué diligencia, con qué cautela, con qué provisión, como sus cartas indican, juzgó a Ceciliano inocentísimo, y a aquellos impropísimos.

CAPUT VIII.

21. Et adhuc baptizant extra ecclesiam, et si possint rebaptizant Ecclesiam; sacrificant in dissensione et schismate, et pacis nomine populos salutant, quos a pace salutis exterminant. Conscinditur unitas Christi, blasphematur haereditas Christi, exsufflatur Baptisma Christi; et nolunt in se ista per ordinarias humanas potestates flagellis temporalibus emendari, ne in aeternas poenas pro tantis sacrilegiis destinentur. Nos eis objicimus furorem schismatis, rebaptizationis insaniam, ab haereditate Christi quae per omnes gentes diffusa est, nefariam separationem. De codicibus non tantum nostris, sed etiam eorum, recitamus ecclesias quarum nomina hodie legunt, et quibus hodie non communicant: quae cum recitantur in conventiculis eorum, lectoribus suis dicunt, Pax tecum; et cum ipsis plebibus, quibus illae litterae scriptae sunt, pacem non habent. Et ipsi nobis objiciunt vel falsa crimina mortuorum, vel etiamsi vera, tamen aliena; non intelligentes in iis quae nos eis objicimus, omnes illos teneri; in iis vero quae nobis objiciunt, paleam vel zizania messis dominicae reprehendi, ad frumenta autem crimen non pertinere: neque considerantes quia quibus mali placent in unitate, ipsi communicant malis; quibus autem displicent, et eos emendare non possunt, neque ante tempus messis audent zizania eradicare, ne simul eradicent et triticum (Matth. XIII, 29), non factis eorum, sed altari Christi communicant: ita ut non solum non ab eis maculentur, sed etiam divinis verbis laudari praedicarique mereantur; quoniam ne nomen Christi per horribilia schismata blasphemetur, pro bono unitatis tolerant, quod pro bono aequitatis oderunt.

22. Si habent aures, audiant quid Spiritus dicat Ecclesiis. Sic enim in Apocalypsi Joannis legitur: Angelo, inquit, Ecclesiae Ephesi scribe, Haec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua et laborem et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos, et tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, et non sunt, et invenisti eos mendaces, et patientiam habes, et sustinuisti eos propter nomen meum, et non defecisti (Apoc. II, 1-3). Quod si de angelo superiorum coelorum, et non de praepositis Ecclesiae vellet intelligi, non consequenter diceret: Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, et age poenitentiam, et prima opera fac: sin autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris (Ibid., 4, 5). Hoc superioribus Angelis dici non potest, qui perpetuam retinent charitatem, unde qui defecerunt et lapsi sunt, diabolus est et angeli ejus.

CAPÍTULO VIII.

21. Y todavía bautizan fuera de la iglesia y, si pudieran, rebautizan a la Iglesia; sacrifican en la disensión y en el cisma, y en nombre de la paz saludan a los pueblos, a quienes exterminan de la paz de la salvación. Se desgarra la unidad de Cristo, se blasfema la herencia de Cristo, se sopla fuera el Bautismo de Cristo; y no quieren que esas cosas sean enmendadas en ellos por azotes temporales a través de las ordinarias potestades humanas, para no ser destinados a penas eternas por tan grandes sacrilegios. Nosotros les objetamos el furor del cisma, la locura de la rebautización, la nefaria separación de la herencia de Cristo que está difundida por todas las naciones. De los códices no solo nuestros, sino también de ellos, recitamos las iglesias cuyos nombres hoy leen y con las cuales hoy no comulgan: las cuales, cuando se recitan en sus conventículos, dicen a sus lectores: La paz sea contigo; y con los mismos pueblos a quienes aquellas cartas fueron escritas, no tienen paz. Y ellos nos objetan o crímenes falsos de muertos o, aunque fueran verdaderos, sin embargo ajenos; no entendiendo que en aquellas cosas que nosotros les objetamos, todos ellos están implicados; en cambio, en aquellas que ellos nos objetan, se reprende al tamo o a la cizaña de la mies del Señor, pero el crimen no pertenece al trigo: ni considerando que aquellos a quienes los malos les placen en la unidad, ellos mismos comulgan con los malos; en cambio, aquellos a quienes les desplacen y no pueden enmendarlos, ni antes del tiempo de la mies se atreven a arrancar la cizaña para no arrancar también el trigo (Mat. XIII, 29), no comulgan con los hechos de ellos, sino con el altar de Cristo: de tal modo que no solo no se manchen por ellos, sino que incluso merezcan ser alabados y predicados por las divinas palabras; puesto que, para que el nombre de Cristo no sea blasfemado por horribles cismas, por el bien de la unidad toleran lo que por el bien de la equidad odian.

22. Si tienen oídos, oigan lo que el Espíritu dice a las Iglesias. Pues así se lee en el Apocalipsis de Juan: *Al ángel*, dice, *de la Iglesia de Éfeso escribe: Estas cosas dice el que tiene las siete estrellas en su diestra, el que anda en medio de los siete candeleros de oro: Conozco tus obras y tu trabajo y tu paciencia, y que no puedes soportar a los malos, y has probado a los que se dicen ser apóstoles y no lo son, y los has hallado mentirosos, y tienes paciencia y has sufrido por mi nombre y no has desfallecido* (Apoc. II, 1-3). Lo cual si quisiera que se entendiera del ángel de los cielos superiores y no de los prepósitos de la Iglesia, no diría consecuentemente: *Pero tengo contra ti que has dejado tu primera caridad.* *Sé, pues, memorioso de dónde has caído, y haz penitencia, y haz las primeras obras; si no, vengo a ti y moveré tu candelero de su lugar, si no hicieres penitencia* (Ibíd., 4, 5). Esto no puede decirse a los Ángeles superiores, que retienen perpetua caridad, de donde los que desfallecieron y cayeron son el diablo y sus ángeles.

Ergo primam charitatem dicit, quia sustinuit pseudoapostolos propter nomen Christi, quam jubet ut repetat, et faciat priora opera sua. Et objiciuntur nobis crimina malorum hominum, non nostra, sed aliena; et ipsa partim incognita: quae si etiam vera et praesentia videremus, et zizaniis propter frumenta parcentes, pro unitate toleraremus, non solum nulla reprehensione, sed etiam non parva laude nos dignos diceret, quicumque Scripturas sanctas non corde surdus audiret.

23. Tolerat Aaron multitudinem idolum exigentem et fabricantem et adorantem. Tolerat Moyses adversus Deum tot millia murmurantia, et toties offendentia sanctum nomen ejus. Tolerat David Saülem persecutorem suum, sceleratis moribus coelestia deserentem, magicis artibus inferna quaerentem; occisum vindicat, christum etiam Domini propter sacramentum venerandae unctionis appellat. Tolerat Samuel nefandos filios Heli, perversosque filios suos, quos populus quia tolerare noluit, divina veritate accusatus, divina severitate correptus est. Tolerat denique ipsum populum superbum contemptorem Dei. Tolerat Isaias in quos tam multa vera crimina jaculatur. Tolerat Jeremias a quibus tanta perpetitur. Tolerat Zacharias Pharisaeos et Scribas, quales illo tempore fuisse Scriptura testatur. Scio me multos praetermisisse: legant qui volunt, legant qui possunt eloquia coelestia, invenient omnes sanctos Dei servos et amicos semper habuisse quos in suo populo tolerarent; cum quibus tamen illius temporis sacramenta communicantes, non solum non inquinabantur, sed etiam laudabiliter sustinebant, studentes, sicut ait Apostolus, servare unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph. IV, 3). Attendant etiam post Domini adventum, ubi multo plura hujus tolerantiae per totum orbem inveniremus exempla, si omnia scribi et in auctoritatem redigi potuissent, tamen haec ipsa quae habemus advertite. Tolerat ipse Dominus Judam, diabolum, furem et venditorem suum: sinit accipere inter innocentes discipulos, quod fideles noverunt pretium nostrum. Tolerant Apostoli pseudoapostolos; et inter sua quaerentes non quae Jesu Christi, Paulus non sua quaerens sed quae Jesu Christi, cum gloriosissima tolerantia conversatur. Postremo, quod paulo ante commemoravi, divina voce laudatur sub angeli nomine praepositus Ecclesiae, quod cum odisset malos, eos tamen tentatos et inventos pro nomine Domini toleravit.

Por tanto, dice la primera caridad porque sufrió a los pseudoapóstoles por el nombre de Cristo, la cual manda que repita y haga sus obras anteriores. Y se nos objetan los crímenes de hombres malos, no nuestros sino ajenos, y ellos mismos en parte desconocidos: los cuales si incluso viéramos verdaderos y presentes, y perdonando a la cizaña por el trigo los toleráramos por la unidad, no solo de ninguna reprensión sino incluso de no pequeña alabanza nos diría dignos quienquiera que oyera las santas Escrituras no sordo de corazón.

23. Aarón tolera a la multitud que exige, fabrica y adora un ídolo. Moisés tolera a tantos miles que murmuran contra Dios y tantas veces ofenden su santo nombre. David tolera a Saúl, su perseguidor, que con costumbres criminales abandona las cosas celestiales y con artes mágicas busca las infernales; venga su muerte e incluso lo llama el ungido (*christum*) del Señor por el sacramento de la venerable unción. Samuel tolera a los nefandos hijos de Helí y a sus propios hijos perversos, a quienes porque el pueblo no quiso tolerar, acusado por la verdad divina, fue corregido por la severidad divina. Tolera, por fin, al mismo pueblo soberbio, despreciador de Dios. Isaías tolera a aquellos contra quienes lanza tantos crímenes verdaderos. Jeremías tolera a aquellos de quienes padece tanto. Zacarías tolera a los fariseos y escribas, tales como la Escritura atestigua que fueron en aquel tiempo. Sé que he pasado por alto a muchos: lean quienes quieran, lean quienes puedan las elocuencias celestiales, hallarán que todos los santos siervos y amigos de Dios siempre tuvieron a quienes tolerar en su pueblo; con los cuales, sin embargo, comulgando los sacramentos de aquel tiempo, no solo no se manchaban, sino que incluso los sostenían laudablemente, *procurando*, como dice el Apóstol, *conservar la unidad del espíritu en el vínculo de la paz* (Ef. IV, 3). Atiendan también después del advenimiento del Señor, donde encontraríamos muchos más ejemplos de esta tolerancia por todo el orbe, si todo hubiera podido escribirse y reducirse a autoridad; sin embargo, adviertan estas mismas cosas que tenemos. El mismo Señor tolera a Judas, un diablo, ladrón y su vendedor: permite que reciba entre los discípulos inocentes lo que los fieles conocen como nuestro precio. Los Apóstoles toleran a los pseudoapóstoles; y entre los que buscan sus propias cosas y no las que son de Jesucristo, Pablo, que no busca lo suyo sino lo que es de Jesucristo, convive con gloriosísima tolerancia. Por último, lo que conmemoré un poco antes, se alaba por la voz divina bajo el nombre de ángel al prepósito de la Iglesia porque, aunque odiaba a los malos, sin embargo los toleró, probados y hallados, por el nombre del Señor.

24. Ad summam seipsos interrogent: Nonne tolerantur ab eis caedes et incendia Circumcellionum, qui sunt veneratores praecipitatorum ultro cadaverum, et sub incredibilibus malis unius Optati per tot annos totius Africae gemitus? Parco jam dicere singularum per Africam regionum et civitatum et fundorum tyrannicas potestates, et publica latrocinia. Melius enim vobis haec vos ipsi dicitis, sive in aurem, sive palam, sicut libitum fuerit. Quocumque enim oculos verteritis, occurret quod dico, vel potius quod taceo. Neque hinc istos quos ibi diligitis, accusamus. Non enim nobis displicent, quia tolerant malos; sed quia intolerabiliter mali sunt propter schisma, propter altare contra altare, propter separationem ab haereditate Christi toto orbe diffusa, sicut tanto ante promissa est. Violatam pacem, conscissam unitatem, iterata baptismata, exsufflata Sacramenta, quae in sceleratis quoque hominibus sancta sunt, plangimus et lugemus. Quae si parvi pendunt, intueantur exempla quibus demonstratum est quanti haec penderit Deus. Qui fecerunt idolum, usitata gladii morte perempti sunt (Exod. XXXII, 27, 28): qui vero schisma facere voluerunt, hiatu terrae principes devorati, et turba consentiens igne consumpta est (Num. XVI, 31-35). Diversitate poenarum, diversitas agnoscitur meritorum.

CAPUT IX.

25. Traduntur in persecutione sancti Codices, confitentur traditores, et Deo dimittuntur. Non interrogantur innocentes, et ab hominibus temerariis damnantur. Probatur integer certis judiciis, qui inter absentes damnatos multo vehementius caeteris criminatus est. Judicium episcoporum ad Imperatorem appellatur: judex eligitur Imperator; judicans contemnitur Imperator. Quae tunc acta sint legistis, quae nunc agantur videtis: si de illis in aliquo dubitatis, ista jam cernite. Certe non chartis veteribus, non archivis publicis, non Gestis forensibus aut ecclesiasticis agamus. Major liber noster orbis terrarum est; in eo lego completum quod in Libro Dei lego promissum: Dominus, inquit, dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae (Psal. II, 7, 8). Huic haereditati qui non communicat, quoslibet libros teneat, exhaeredatum se esse cognoscat. Hanc haereditatem quisquis expugnat, alienum se esse a familia Dei satis indicat. Certe de traditione divinorum Librorum vertitur quaestio, ubi haereditas ista promissa est.

24. En suma, interróguense a sí mismos: ¿Acaso no son tolerados por ellos las matanzas e incendios de los circunceliones, que son veneradores de cadáveres precipitados por su propia voluntad, y los gemidos de toda África durante tantos años bajo los increíbles males de un solo Optato? Dejo ya de hablar de las potestades tiránicas y de los latrocinios públicos de cada una de las regiones, ciudades y fincas de África. Pues mejor se dicen estas cosas ustedes mismos, sea al oído o públicamente, según les plazca. Pues a dondequiera que vuelvan los ojos, saldrá al paso lo que digo, o más bien lo que callo. No acusamos aquí a esos que ustedes aman allí. Pues no nos desplacen porque toleren a los malos, sino porque son intolerablemente malos por el cisma, por el altar contra el altar, por la separación de la herencia de Cristo difundida por todo el orbe, tal como fue prometida tanto tiempo antes. Lloramos y lamentamos la paz violada, la unidad desgarrada, los bautismos reiterados, los Sacramentos soplados fuera, que son santos también en los hombres criminales. Si a estas cosas les dan poco valor, miren los ejemplos con que se demostró cuánto valor les dio Dios. Los que hicieron el ídolo fueron exterminados con la acostumbrada muerte de espada (Éx. XXXII, 27, 28); en cambio, los que quisieron hacer un cisma, los jefes fueron devorados por la abertura de la tierra y la muchedumbre consintiente fue consumida por el fuego (Núm. XVI, 31-35). Por la diversidad de las penas se reconoce la diversidad de los merecimientos.

CAPÍTULO IX.

25. Se entregan los códices sagrados en la persecución, los traditores confiesan y son dejados a Dios. No se interroga a los inocentes y son condenados por hombres temerarios. Se prueba íntegro por juicios ciertos aquel que, entre los ausentes condenados, fue mucho más vehementemente acusado que los demás. Se apela al Emperador el juicio de los obispos; se elige como juez al Emperador; juzgando el Emperador, es despreciado. Han leído lo que entonces se hizo, ven lo que ahora se hace: si dudan de aquello en algo, miren ya esto. Ciertamente no actuemos por papeles viejos, ni por archivos públicos, ni por Actas (*Gestis*) forenses o eclesiásticas. Nuestro libro más grande es el orbe de la tierra (*orbis terrarum*); en él leo cumplido lo que leo prometido en el Libro de Dios: *El Señor*, dice, *me dijo: Tú eres mi Hijo, yo te he engendrado hoy; pídeme y te daré las naciones por tu herencia, y por tu posesión los términos de la tierra* (Sal. II, 7, 8). Quien no comulga con esta herencia, por más libros que tenga, reconozca que está desheredado. Quienquiera que impugna esta herencia, indica suficientemente que es ajeno a la familia de Dios. Ciertamente la cuestión versa sobre la tradición de los divinos Libros, donde esta herencia está prometida.

Ille ergo credatur testamentum tradidisse flammis, qui contra voluntatem litigat testatoris. Quid tibi fecit, o pars Donati, quid tibi fecit Ecclesia Corinthiorum? Quod autem de ista dico, de omnibus talibus et tam longe positis intelligi volo. Quid vobis fecerunt, quae nec omnino quid feceritis, nec quos infamaveritis nosse potuerunt? an quia Lucillam Caecilianus in Africa laesit, lucem Christi orbis amisit?

26. Tandem sentiant quod fecerunt: merito certo annorum intervallo in oculos eorum revolutum est opus ipsorum. Quaerite per quam feminam Maximianus, qui dicitur esse Donati propinquus, sese a Primiani communione praeciderit, et quemadmodum congregata episcoporum factione, Primianum damnarit absentem, et adversus eum episcopus ordinatus sit; quemadmodum Majorinus per Lucillam congregata episcoporum factione Caecilianum damnavit absentem, et contra eum episcopus ordinatus est. An forte quod a caeteris Afris suae communionis episcopis contra factionem Maximiani Primianus purgatus est, valere vultis; et quod a transmarinis unitatis episcopis adversus factionem Majorini Caecilianus purgatus est, valere non vultis? Rogo, fratres mei, quid magnum peto? quid difficile a vobis intelligi cupio? Multum quidem interest, et incomparabiliter distat vel auctoritate vel numero Africana Ecclesia, si cum caeteris orbis partibus conferatur: et longe minor est, etiamsi unitas hic esset, longe omnino minor est comparata caeteris christianis omnibus gentibus, quam pars Maximiani comparata parti Primiani; peto tamen, et justum esse arbitror, ut tantum valeat concilium Secundi Tigisitani, quod Lucilla conflavit adversus absentem Caecilianum et apostolicam sedem, totumque orbem Caeciliano communicantem, quantum valet concilium Maximianensium, quod similiter femina nescio quae conflavit adversus absentem Primianum, et caeteram per Africam multitudinem Primiano communicantem. Quid apertius cernitur? quid aequius postulatur?

27. Videtis haec omnia, et nostis, et gemitis; et tamen videt et Deus quod vos in tam pestifera et sacrilega praecisione nulla res cogit remanere, si pro adipiscendo spirituali regno carnalem superetis affectum, et amicitias hominum quae in judicio Dei nihil proderunt, pro devitandis sempiternis poenis non timeatis offendere. Ecce ite, consulite; quid contra haec nostra possint respondere cognoscite: si proferunt chartas, proferimus chartas; si falsas nostras esse dicunt, hoc nos de suis dicere non indignentur. Nemo delet de coelo constitutionem Dei, nemo delet de terra Ecclesiam Dei: ille totum orbem promisit, ista totum orbem replevit; et malos habet et bonos, sed nec in terris amittit nisi malos, nec in coelum admittit nisi bonos. Erit autem vobis hic sermo, quem de munere Dei novit ipse, quanta et pacis et vestra dilectione deprompsimus, correctio si velitis, testis vero etsi nolitis.

Créase, pues, que entregó el testamento a las llamas aquel que litiga contra la voluntad del testador. ¿Qué te hizo a ti, oh parte de Donato, qué te hizo la Iglesia de los corintios? Pero lo que digo de esta, quiero que se entienda de todas las tales y tan lejanamente situadas. ¿Qué les hicieron ellas, que no pudieron conocer en absoluto ni qué hicieron ustedes ni a quiénes infamaron? ¿Acaso porque Ceciliano hirió a Lucila en África, el orbe perdió la luz de Cristo?

26. Sientan por fin lo que han hecho: merecidamente, en un cierto intervalo de años, se ha vuelto ante sus ojos su propia obra. Busquen por qué mujer Maximiano, de quien se dice que es pariente de Donato, se separó de la comunión de Primiano, y de qué modo, congregada una facción de obispos, condenó a Primiano ausente y fue ordenado obispo contra él; de qué modo Mayorino, por medio de Lucila, congregada una facción de obispos, condenó a Ceciliano ausente y fue ordenado obispo contra él. ¿Acaso quieren que valga lo que Primiano fue purificado por los demás obispos africanos de su comunión contra la facción de Maximiano, y no quieren que valga lo que Ceciliano fue purificado por los obispos de ultramar de la unidad contra la facción de Mayorino? Ruego, hermanos míos, ¿qué gran cosa pido? ¿Qué cosa difícil deseo que entiendan? Mucho interesa ciertamente, e incomparablemente dista sea por autoridad o por número la Iglesia africana si se la compara con las demás partes del orbe: y es mucho menor, aunque aquí hubiera unidad, es mucho menor en absoluto comparada con todas las demás naciones cristianas que la parte de Maximiano comparada con la parte de Primiano; sin embargo pido, y juzgo que es justo, que tanto valga el concilio de Segundo de Tigisito, que Lucila fraguó contra el ausente Ceciliano y la sede apostólica y todo el orbe que comulgaba con Ceciliano, cuanto vale el concilio de los maximianistas que similarmente fraguó no sé qué mujer contra el ausente Primiano y la demás muchedumbre que por África comulga con Primiano. ¿Qué se ve más claramente? ¿Qué se pide más equitativamente?

Ven todas estas cosas, y las conocen, y gimen; y sin embargo también ve Dios que ninguna cosa los obliga a permanecer en tan pestífera y sacrílega precisión, si por alcanzar el reino espiritual superan el afecto carnal y no temen ofender las amistades de los hombres, que en el juicio de Dios nada aprovecharán, por evitar las penas sempiternas. He aquí, vayan, consulten; conozcan qué pueden responder contra estas cosas nuestras: si presentan papeles, presentamos papeles; si dicen que los nuestros son falsos, no se indignen de que nosotros decimos esto de los suyos. Nadie borra del cielo la constitución de Dios, nadie borra de la tierra la Iglesia de Dios: Él prometió todo el orbe, ella llenó todo el orbe; y tiene malos y buenos, pero ni en la tierra pierde sino a los malos, ni en el cielo admite sino a los buenos. Además, será para ustedes este discurso, el cual sabe Él mismo por el don de Dios con cuánto amor tanto de la paz como de ustedes hemos proferido, una corrección si quieren, pero un testigo aunque no quieran.

EPISTOLA XLIV. Augustinus refert quae coepta sint agi de concordia cum Fortunio Donatistarum episcopo, cupiens ut sine tumultu, quod placide coeptum est, perficiatur conventu frequentiore.

Dominis dilectissimis et praedicabilibus fratribus ELEUSIO, GLORIO et FELICIBUS, AUGUSTINUS.

CAPUT PRIMUM.

1. Fortunium quem Tubursicum habetis episcopum, per eamdem civitatem, quanquam festinantissime, cum ad Cirtensem Ecclesiam pergeremus, experti sumus ita omnino ut de illo soletis benignissime polliceri. Eam ipsam quippe vestram de illo nobis sermocinationem cum ei renuntiaremus, volentes eum videre, non abnuit. Venimus itaque ad eum; quia aetati ejus id a nobis deferendum videbatur, potius quam exigendum ut ipse ad nos veniret prior. Perreximus ergo comitantibus non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tempus invenerat. Cum autem apud eum consedissemus, rumore disperso non parva praeterea turba confluxit; sed nobis in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui utiliter ac salubriter agi causam illam, et tantam reique tantae quaestionem prudenter et pie discuti cuperent. Caeteri vero magis ad spectaculum quasi altercationis nostrae prope theatrica consuetudine, quam ad instructionem salutis christiana devotione convenerant. Quapropter nec silentium nobis praebere, nec intente nobiscum atque modeste saltem et ordinate colloqui potuerunt, exceptis, ut dixi, paucis, quorum religiosa et simplex apparebat intentio. Itaque libere pro sui cujusque animi motu immoderate loquentium omnia strepitu turbabantur, nec evincere sive nos, sive ipse rogando, interdum etiam objurgando potuimus, ut nobis modestum silentium praeberetur.

2. Res tamen utcumque agi coepta est, et aliquot horas in alterno sermone protraximus, quantum vocibus interquiescentibus varie tumultuantium sinebamur. Sed in ipso disputationis exordio, cum videremus ea quae dicebantur, subinde labi de memoria vel nostra, vel eorum quorum salutem maxime curabamus; et ut esset nobis cautior modestiorque tractatio, simul ut et vos atque alii fratres qui absentes erant, quid inter nos actum esset, legendo cognosceretis, postulavimus ut a notariis verba nostra exciperentur. Diu ab illo vel ei consentientibus reluctatum est; postea tamen ipse concessit.

CARTA XLIV. Agustín refiere lo que se ha empezado a tratar sobre la concordia con Fortunio, obispo de los donatistas, deseando que lo que plácidamente se inició se perfeccione sin tumulto mediante una asamblea más concurrida.

A los señores diletísimos y hermanos encomiables ELEUSIO, GLORIO y los FELICES, AGUSTÍN.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Al pasar por Tubursicum, aunque muy de prisa, cuando nos dirigíamos a la Iglesia de Cirta, conocimos a Fortunio, a quien tienen allí por obispo, tal como suelen prometernos benignísimamente sobre él. En efecto, cuando le referimos aquella misma conversación de ustedes con nosotros acerca de él, deseando verlo, no se negó. Vinimos, pues, a él; porque nos pareció que debía deferirse esto a su edad por nuestra parte, más bien que exigir que él viniera primero a nosotros. Fuimos, por tanto, acompañados por no pocos, a quienes por azar aquel tiempo nos había congregado. Pero cuando nos sentamos con él, disperso el rumor, afluyó además una muchedumbre no pequeña; pero en toda aquella multitud nos aparecían muy pocos que desearan que se tratara útil y saludablemente aquella causa, y que tan gran cuestión de tan gran asunto se discutiera prudente y piadosamente. Los demás, en cambio, habían convenido más para el espectáculo, como si fuera de nuestra altercación, por una costumbre casi teatral, que para la instrucción de la salvación por devoción cristiana. Por lo cual ni pudieron ofrecernos silencio, ni conversar con nosotros atenta y modestamente al menos y de manera ordenada, exceptuados, como dije, los pocos cuya religiosa y sencilla intención aparecía. Y así todo se turbaba por el estrépito de los que hablaban inmoderadamente según el movimiento del ánimo de cada uno, ni pudimos lograr, sea nosotros o él mismo rogando e incluso a veces reprendiendo, que se nos ofreciera un silencio modesto.

2. Sin embargo, la cosa empezó a tratarse de algún modo, y prolongamos algunas horas en discurso alterno, tanto como se nos permitía por las voces intermitentes de los que variadamente alborotaban. Pero en el mismo exordio de la disputa, viendo que aquellas cosas que se decían se deslizaban pronto de la memoria, sea nuestra o de aquellos cuya salvación más cuidábamos; y para que hubiera en nosotros un trato más cauto y modesto, a la vez que para que ustedes y otros hermanos que estaban ausentes conocieran leyendo qué se había tratado entre nosotros, pedimos que nuestras palabras fueran recogidas por notarios. Durante mucho tiempo hubo resistencia por parte de él o de los que con él consentían; después, sin embargo, él mismo concedió.

Sed notarii qui aderant, atque id strenue facere poterant, nescio qua causa excipere noluerunt. Egimus saltem ut fratres qui nobiscum erant, quanquam in hac re tardius possent, exciperent, pollicentes nos ibi easdem tabulas relicturos. Consensum est. Coeperunt verba nostra excipi, et aliqua ab invicem ad tabulas dicta sunt. Postea inordinatas perstrepentium interpellationes, et propterea nostram quoque turbulentiorem disputationem notarii non valentes sustinere, cesserunt; nobis sane non desistentibus, et ut cuique facultas dabatur, multa dicentibus. Ex quibus omnibus verbis nostris, quantum recordari potui, causae totius actionem, Dilectionem vestram fraudare nolui. Potestis enim ei litteras meas legere, ut vel approbet vera me scripsisse; vel ipse vobis, si quid melius recolit, incunctanter insinuet.

CAPUT II.

3. Primo enim vitam nostram, quam vobis benevolentius fortasse quam verius narrantibus, se comperisse dicebat, praedicare dignatus est: adjungens se dixisse vobis, nos omnia, quae de nobis insinuaveratis, bene facere potuisse, si in Ecclesia faceremus. Deinde quaerere coepimus quaenam illa esset Ecclesia, ubi vivere sic oporteret; utrum illa quae, sicut sancta tanto ante Scriptura praedixerat, se terrarum orbe diffunderet, an illa quam pars exigua vel Afrorum vel Africae contineret. Hic primo asserere conatus est, ubique terrarum esse communionem suam. Quaerebam utrum epistolas communicatorias, quos formatas dicimus, posset quo vellem dare, et affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo facillime illam terminari posse quaestionem. Parabam autem, ut si consentiret, ad illas ecclesias a nobis tales litterae mitterentur, quas in apostolicis auctoritatibus pariter legeremus illo jam tempore fuisse fundatas.

4. Sed quia res aperte falsa erat, permixtis verbis cito inde discessum est; inter quae verba evangelicam illam Domini admonitionem commemoravit, qua dixit: Cavete a pseudoprophetis; multi ad vos venient in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoscetis eos (Matth. VII, 15, 16). Quae verba Domini cum diceremus eadem de illis a nobis posse recitari, ventum inde est ad exaggerationem persecutionis, quam saepe suam partem pertulisse dicebat; hinc volens ostendere suos esse christianos, quia persecutionem paterentur. Inter quae verba cum ego pararem ex Evangelio respondere, inde capitulum commemoravit prior, ubi Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum (Id. V, 10). Quo loco ego gratulatus, subjeci statim id ergo esse quaerendum, utrum illi persecutionem propter justitiam passi fuerint.

Pero los notarios que estaban presentes y podían hacerlo con presteza, no sé por qué causa no quisieron recogerlas. Logramos al menos que los hermanos que estaban con nosotros, aunque pudieran ser más lentos en este asunto, las recogieran, prometiendo que dejaríamos allí las mismas tablillas. Se consintió. Empezaron a recogerse nuestras palabras, y algunas cosas se dijeron mutuamente a las tablillas. Después los notarios, no pudiendo soportar las desordenadas interpelaciones de los que gritaban y, por ello, nuestra también más turbulenta disputa, desistieron; nosotros ciertamente no desistimos, y diciendo muchas cosas según se daba facultad a cada uno. De todas las cuales palabras nuestras, cuanto pude recordar, no quise defraudar a su Caridad de la acción de toda la causa. Pues pueden leerle mis cartas, para que o apruebe que he escrito cosas verdaderas, o él mismo les insinúe sin tardanza si recuerda algo mejor.

CAPÍTULO II.

3. Pues primero se dignó alabar nuestra vida, la cual decía haber conocido por ustedes, que se la narraban quizá más benevolente que verdaderamente: añadiendo que les había dicho a ustedes que nosotros podíamos haber hecho bien todas las cosas que sobre nosotros habían insinuado, si las hiciéramos en la Iglesia. Luego empezamos a buscar cuál era aquella Iglesia donde convenía vivir así; si aquella que, como la sagrada Escritura había predicho tanto tiempo antes, se difundiría por el orbe de las tierras, o aquella que una pequeña parte o de los africanos o de África contenía. Aquí primero intentó afirmar que su comunión estaba en todas partes de las tierras. Yo preguntaba si podía dar a donde yo quisiera las cartas comunicatorias, que llamamos *formatas*, y afirmaba, lo cual era manifiesto para todos, que de este modo podía terminarse facilísimamente aquella cuestión. Me preparaba, pues, para que, si él consentía, se enviaran por nosotros tales cartas a aquellas iglesias que igualmente leemos en las autoridades apostólicas que ya en aquel tiempo estaban fundadas.

4. Pero porque la cosa era abiertamente falsa, con palabras mezcladas pronto se salió de ahí; entre cuyas palabras conmemoró aquella evangélica amonestación del Señor, con la que dijo: *Guardaos de los falsos profetas; muchos vendrán a vosotros con vestidos de ovejas, pero por dentro son lobos rapaces: por sus frutos los conoceréis* (Mat. VII, 15, 16). Dichas palabras del Señor, cuando decíamos que las mismas podían ser recitadas por nosotros acerca de ellos, se llegó de ahí a la exageración de la persecución, que decía que su parte había padecido a menudo; queriendo mostrar con ello que los suyos eran los cristianos porque padecían persecución. Entre cuyas palabras, cuando yo me preparaba para responder desde el Evangelio, él conmemoró primero el capítulo donde el Señor dice: *Bienaventurados los que padecen persecución por la justicia, porque de ellos es el reino de los cielos* (Ibíd. V, 10). En cuyo lugar yo, congratulándome, añadí inmediatamente que eso era lo que debía buscarse: si aquellos padecieron persecución por la justicia.

In qua quaestione discuti cupiebam, quod quidem omnibus clarum erat, utrum eos in unitate Ecclesiae constitutos, an schismate jam divisos Macariana tempora invenerint; ut qui videre vellent utrum propter justitiam persecutionem passi fuerint, id potius attenderent, utrum se recte a totius orbis unitate praeciderint. Quod si injuste fecisse invenirentur, manifestum esset eos propter injustitiam potius quam propter justitiam passos persecutionem; et ideo numero beatorum adjungi non posse, de quibus dictum est: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Ibi commemorata est famosior quam certior Codicum illa traditio. Sed respondebatur a partibus nostris, principes illorum potius fuisse traditores: quod si de hac re nostrorum litteris nollent credere, nec nos cogi oportere ut litteris credamus ipsorum.

CAPUT III.

5. Sed tamen sequestrata ista dubia quaestione, quaerebam quomodo se isti juste separassent ab innocentia caeterorum Christianorum, qui per orbem terrarum successionis ordinem custodientes, in antiquissimis Ecclesiis constituti, penitus ignorarent qui fuerint in Africa traditores; qui certe non possent communicare, nisi eis quos sedere in sedibus episcopalibus audiebant. Respondit, tamdiu transmarinarum partium Ecclesias mansisse innocentes, donec consensissent in eorum sanguinem, quos Macarianam persecutionem pertulisse dicebat. Ubi ego possem quidem dicere, nec invidia Macariani temporis innocentiam transmarinarum Ecclesiarum contaminari potuisse; quandoquidem nullo modo probaretur illis auctoribus fecisse etiam quae fecerat. Sed de compendio quaerere malui, si Macarii saevitia, ex quo in eam consensisse dicebantur transmarinae Ecclesiae, suam innocentiam perdiderunt, utrum saltem probaretur usque ad illa tempora Donatistas cum orientalibus Ecclesiis caeterisque orbis partibus in unitate mansisse.

6. Tunc protulit quoddam volumen, ubi volebat ostendere Sardicense concilium ad episcopos Afros, qui erant communionis Donati, dedisse litteras. Quod cum legeretur, audivimus Donati nomen inter caeteros episcopos, quibus illi scripserant. Itaque flagitare coepimus ut diceretur, utrum ipse esset Donatus de cujus parte isti cognominantur: fieri enim potuisse, ut alicui Donato alterius haeresis episcopo scripserint, cum maxime in illis nominibus nec Africae mentio facta fuerit.

En cuya cuestión deseaba que se discutiera, lo cual por cierto era claro para todos, si los tiempos macarianos los hallaron constituidos en la unidad de la Iglesia o ya divididos por el cisma; para que los que quisieran ver si padecieron persecución por la justicia, atendieran más bien a esto: si rectamente se separaron de la unidad de todo el orbe. Que si se hallaba que lo hicieron injustamente, sería manifiesto que padecieron persecución por la injusticia más bien que por la justicia; y por tanto no podían ser agregados al número de los bienaventurados de quienes se dijo: *Bienaventurados los que padecen persecución por la justicia*. Allí se conmemoró aquella tradición de los Códices, más famosa que cierta. Pero se respondía por nuestra parte que sus jefes habían sido más bien los tradidores: que si ellos no querían creer a las cartas de los nuestros sobre este asunto, tampoco nosotros debíamos ser obligados a creer a las cartas de los suyos.

CAPÍTULO III.

5. Pero no obstante, secuestrada aquella dudosa cuestión, yo buscaba cómo se habían separado ellos justamente de la inocencia de los demás cristianos, los cuales, guardando el orden de la sucesión por el orbe de la tierra y constituidos en las iglesias más antiguas, ignoraban por completo quiénes habían sido en África los tradidores; los cuales ciertamente no podían comulgar sino con aquellos a quienes oían estar sentados en las sedes episcopales. Respondió que las Iglesias de las partes de ultramar permanecieron inocentes tanto tiempo hasta que consintieron en la sangre de aquellos de quienes decía que habían padecido la persecución macariana. Donde yo podría ciertamente decir que ni por la envidia del tiempo macariano pudo contaminarse la inocencia de las Iglesias de ultramar; puesto que de ningún modo se probaría que ellas hubieran hecho, incluso con aquellos autores, lo que él había hecho. Pero preferí preguntar de compendio si, por la sevicia de Macario, desde la cual se decía que las Iglesias de ultramar habían consentido en ella, perdieron su inocencia, si al menos se probaría que hasta aquellos tiempos los donatistas habían permanecido en unidad con las Iglesias orientales y las demás partes del orbe.

Entonces presentó un cierto volumen donde quería mostrar que el concilio de Sárdica había dado cartas a los obispos africanos que eran de la comunión de Donato. Leído el cual, oímos el nombre de Donato entre los demás obispos a quienes aquellos habían escrito. Y así empezamos a pedir con instancia que se dijera si él mismo era el Donato de cuya parte ellos se denominan: pues pudo suceder que escribieran a algún Donato obispo de otra herejía, máxime cuando en aquellos nombres ni se hizo mención de África.

Quomodo ergo posset probare Donatum partis Donati episcopum nomine illo accipiendum esse, quando ne id quidem probare posset, utrum ad Africanarum specialiter Ecclesiarum episcopos illae litterae missae fuerint. Quanquam enim Donati nomen Afrum esse soleat, non tamen repugnaret a vero, ut vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Afro, vel aliquis Afer in illis partibus constitueretur episcopus. Neque enim in eis vel diem vel consulem invenimus, ut saltem consideratis temporibus certi aliquid eluceret. Sane quoniam nescio quando audieramus Arianos, cum a communione catholica discrepassent, Donatistas in Africa sibi sociare tentasse: ad aurem mihi hoc ipsum frater Alypius suggessit. Tunc accepto ipso volumine, ejusdem concilii statuta considerans, legi Athanasium episcopum Alexandrinum catholicum, cujus maxime adversus Arianos acerrimarum disputationum conflictus eminuit, et Julium Ecclesiae Romanae episcopum, nihilominus catholicum, illo concilio Sardicensi fuisse improbatos. Unde apud nos constitit Arianorum fuisse concilium, quibus isti episcopi catholici vehementissime resistebant. Itaque ad diligentiorem etiam temporum discussionem voluimus ipsum volumen accipere atque auferre nobiscum. Qui noluit dare, dicens, ibi nos habere illud, quando aliquid in eo considerare vellemus. Rogavi etiam ut manu mea notari permitteret, fateor, timens ne mihi forte causa exigente, cum petendum esset, pro illo aliud proferretur; neque hoc voluit.

CAPUT IV.

7. Deinde mihi coepit instare, ut ad interrogationem suam breviter responderem, quaerens a me quem justum putarem, eum qui persequeretur, an eum qui persecutionem pateretur. Cui respondebam, non recte ita interrogari: fieri enim posse ut ambo iniqui sint, fieri etiam posse ut iniquiorem justior persequatur. Non ergo esse consequens, ut ideo sit quisque justior, quia persecutionem patitur, quamvis id plerumque contingat. Deinde cum viderem in hoc eum multum immorari, ut justitiam suae partis ex eo certam vellet intelligi, quia persecutionem passa fuerit; quaesivi ab eo, utrum justum et christianum putaret episcopum Mediolanensis Ecclesiae Ambrosium. Cogebatur utique negare quod ille vir christianus esset et justus; quia si fateretur, statim objiceremus quod eum rebaptizandum esse censeret. Cum ergo ea loqui cogeretur, quibus ille non esset habendus christianus et justus, commemoravi quantam persecutionem pertulerit, circumdata etiam militibus armatis ecclesia.

¿Cómo, pues, podría probar que por aquel nombre debía entenderse a Donato, obispo de la parte de Donato, cuando ni siquiera eso podría probar: si aquellas cartas fueron enviadas especialmente a los obispos de las Iglesias africanas? Pues aunque el nombre de Donato suela ser africano, sin embargo no repugnaría a la verdad que o alguno de aquellas partes fuera llamado con nombre africano, o algún africano fuera constituido obispo en aquellas partes. Pues ni en ellas hallamos ni día ni cónsul, para que al menos, considerados los tiempos, algo cierto resplandeciera. Ciertamente, puesto que no sé cuándo habíamos oído que los arrianos, cuando se habían apartado de la comunión católica, habían intentado asociar a los donatistas en África, el hermano Alipio me sugirió esto mismo al oído. Entonces, aceptado el volumen mismo y considerando los estatutos del mismo concilio, leí que Atanasio, obispo católico de Alejandría, cuyo conflicto de agudísimas disputas máxime contra los arrianos sobresalió, y Julio, obispo de la Iglesia Romana, no menos católico, habían sido reprobados en aquel concilio de Sárdica. Por lo cual nos constó que había sido un concilio de arrianos, a quienes aquellos obispos católicos resistían vehementísimamente. Y así, para una discusión más diligente incluso de los tiempos, quisimos aceptar el volumen mismo y llevarlo con nosotros. Él no quiso darlo, diciendo que allí lo teníamos cuando quisiéramos considerar algo en él. Pedí también que se permitiera marcarlo por mi mano, lo confieso, temiendo que quizá, exigiéndolo la causa, cuando hubiera de pedirse, se me presentara otro en lugar de aquel; tampoco quiso esto.

CAPÍTULO IV.

7. Luego empezó a instarme para que respondiera brevemente a su interrogación, preguntándome a quién juzgaría yo justo: al que perseguía o al que padecía persecución. A lo cual yo le respondía que no se preguntaba así rectamente, pues podía suceder que ambos fueran inicuos, e incluso podía suceder que el más justo persiguiera al más inicuo. Por tanto, no es consecuente que alguien sea más justo porque padece persecución, aunque eso ocurra la mayoría de las veces. Luego, viendo que él se demoraba mucho en esto, queriendo que por ello se entendiera como cierta la justicia de su parte porque había padecido persecución, le pregunté si juzgaba justo y cristiano al obispo de la Iglesia milanesa, Ambrosio. Se veía obligado en todo caso a negar que aquel hombre fuera cristiano y justo; porque si lo confesaba, inmediatamente le objetaríamos que juzgaba que él debía ser rebautizado. Obligado, pues, a decir aquellas cosas por las cuales él no debía ser tenido por cristiano ni justo, conmemoré cuánta persecución padeció, estando incluso rodeada de soldados armados la iglesia.

Quaesivi etiam utrum Maximianum, qui ab eis apud Carthaginem schisma fecerat, et justum et christianum putaret. Non poterat nisi negare. Commemoravi ergo etiam illum talem persecutionem pertulisse, ut ecclesia ejus usque ad fundamenta diueretur. His igitur exemplis ei, si possem, persuadere moliebar ut jam desineret dicere persecutionis perpessionem, christianae justitiae certissimum esse documentum.

8. Narravit etiam in ipsa schismatis novitate majores suos, cum cogitarent culpam Caeciliani, ne schisma fieret, quoquo modo velle sopire, dedisse quemdam interventorem populo suae communionis apud Carthaginem constituto, antequam Majorinus adversus Caecilianum ordinaretur. Hunc ergo interventorem in suo conventiculo a nostris dicebat occisum. Quod fateor, nunquam antea prorsus audieram, cum tam multa ab eis objecta crimina refellerentur et redarguerentur a nostris, atque in eos plura et majora jacerentur. Sed tamen posteaquam hoc narravit, rursus a me instanter coepit quaerere quem justum putarem, eumne qui occidit, an eum qui occisus esset; quasi jam mihi probavisset, ita ut narraverat, esse commissum. Dicebam ergo, prius utrum verum esset esse quaerendum; non enim temere credi oportere quaecumque dicuntur: et tamen fieri potuisse, ut vel ambo aeque mali essent, vel etiam pejorem quisquam malus occideret. Revera enim fieri potest, ut sceleratior sit rebaptizator totius hominis, quam solius corporis interemptor.

9. Unde etiam illud quod a me postea quaesivit, jam quaerendum non erat. Ait enim etiam malum non debuisse occidi a christianis et justis; quasi nos eos qui haec in Catholica faciunt, justos vocemus: quae tamen nobis ab istis dici facilius quam probari solent, cum tam multas violentissimas caedes et strages plerique ipsorum et episcopi et presbyteri et quilibet clerici congregatis turbis hominum furiosissimorum, non catholicis tantum, sed nonnunquam etiam suis, ubi possunt, inferre non cessent. Quae cum ita sint, dissimulans tamen ab sceleratissimis factis suorum, quae ipse plus novit, urgebat ut dicerem, quis justorum vel malum aliquem occiderit. Quod etiamsi ad causam jam non pertinebat; fatebamur enim haec ubicumque sub nomine christiano fierent, non fieri a bonis; sed tamen ut admoneretur quid esset quaerendum respondimus, quaerentes utrum Elias justus ei videretur fuisse: quod negare non potuit. Deinde subjecimus quam multos pseudoprophetas sua manu peremerit (III Reg. XVIII, 40). Hic revera vidit quod videndum erat, talia tum licuisse justis. Haec enim prophetico spiritu auctoritate Dei faciebant, qui proculdubio Novit cui etiam prosit occidi. Exigebat ergo ut docerem jam novi Testamenti temporibus, quis justorum aliquem occiderit, etiam sceleratum et impium.

Pregunté también si juzgaba justo y cristiano a Maximiano, que se había separado de ellos en Cartago. No podía sino negarlo. Conmemoré, por tanto, que también él había padecido tal persecución que su iglesia fue destruida hasta los cimientos. Con estos ejemplos, pues, intentaba yo persuadirle, si podía, de que dejara ya de decir que el padecimiento de la persecución es el documento más cierto de la justicia cristiana.

8. Narró también que, en la misma novedad del cisma, sus mayores, cuando pensaban en la culpa de Ceciliano, queriendo de cualquier modo apaciguarla para que no se hiciera el cisma, dieron un cierto interventor al pueblo de su comunión constituido en Cartago, antes de que Mayorino fuera ordenado contra Ceciliano. Decía que este interventor fue muerto en su conventículo por los nuestros. Lo cual confieso que nunca antes lo había oído en absoluto, a pesar de que tantos crímenes objetados por ellos fueran refutados y rebatidos por los nuestros, y se lanzaran contra ellos otros más y mayores. Pero no obstante, después de narrar esto, empezó otra vez a preguntarme con instancia a quién juzgaba justo: al que mató o al que había muerto; como si ya me hubiera probado que se había cometido tal como lo había narrado. Yo decía, por tanto, que primero debía buscarse si era verdad; pues no debe creerse temerariamente todo lo que se dice: y sin embargo pudo suceder que o ambos fueran igualmente malos, o incluso un malvado matara a otro peor. Pues en verdad puede suceder que sea más criminal el rebautizador de todo el hombre que el matador de solo el cuerpo.

9. Por lo cual, también aquello que me preguntó después ya no debía preguntarse. Pues dijo que tampoco el malvado debía ser muerto por cristianos y justos; como si nosotros llamáramos justos a los que hacen estas cosas en la Católica: las cuales cosas, sin embargo, suelen decirnos ellos más fácilmente de lo que las prueban, cuando tantos violentísimos homicidios y matanzas no cesan de inferir muchos de ellos, tanto obispos como presbíteros y cualesquiera clérigos, congregando turbas de hombres furiosísimos, no solo a los católicos, sino a veces incluso a los suyos donde pueden. Siendo esto así, disimulando sin embargo los hechos criminales de los suyos, que él mismo conoce mejor, urgía para que yo dijera qué justo mató incluso a algún malvado. Lo cual, aunque ya no pertenecía a la causa (pues confesábamos que estas cosas, dondequiera que se hicieran bajo el nombre cristiano, no se hacían por los buenos), sin embargo, para que se le advirtiera qué debía buscarse, respondimos preguntando si Elías le parecía haber sido justo; lo cual no pudo negar. Luego añadimos cuántos pseudo-profetas mató con su propia mano (III Rey. XVIII, 40). Aquí en verdad vio lo que debía verse: que tales cosas entonces les fueron lícitas a los justos. Pues hacían esto por espíritu profético con la autoridad de Dios, quien sin duda sabe a quién le aprovecha incluso ser muerto. Exigía, por tanto, que yo enseñara ya en los tiempos del Nuevo Testamento quién de los justos mató a alguno, incluso criminal e impío.

CAPUT V.

10. Tunc reditum est ad superiorem tractatum, quo volebamus ostendere neque nos illis debere objicere suorum scelera, neque illos nobis si qua invenirentur talia facta nostrorum. De Novo enim Testamento ostendi quidem non posse, quod justus quisquam interfecerit aliquem; sed tamen illud probari posse ipso exemplo Domini, sceleratos ab innocentibus fuisse toleratos. Traditorem enim suum, qui jam pretium ejus acceperat, usque ad ultimum pacis osculum inter innocentes secum esse perpessus est: quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominem; et tamen primum Sacramentum corporis et sanguinis sui, nondum illo excluso, communiter omnibus dedit (Matth. XVI, 20-28). Quo exemplo cum prope omnes moverentur, tentavit dicere, ante passionem Domini communionem illam cum scelerato non obfuisse Apostolis, quia nondum habebant baptismum Christi, sed baptismum Joannis. Quod posteaquam dixit, coepi ab eo quaerere quemadmodum ergo scriptum esset quod Jesus baptizaverit plures quam Joannes, cum ipse non baptizaret, sed discipuli ejus, hoc est per suos discipulos baptizaret (Joan. IV, 1, 2). Quomodo ergo dabant quod non acceperant? quod ipsi maxime solent dicere. An forte Christus baptismo Joannis baptizabat? Deinde in hac sententia multa quaesiturus eram, quomodo ab ipso Joanne tunc quaesitum sit de baptismo Domini, et responderit quod ille haberet sponsam, et ille esset sponsus (Id. III, 29). Numquid ergo fas erat ut baptismo Joannis baptizaret sponsus, id est baptismo amici vel servi? Deinde quomodo poterant Eucharistiam accipere nondum baptizati? aut quomodo Petro volenti ut totum se lavaret, responderit: Qui lotus est semel, non eum oportet iterum lavari, sed est mundus totus? (Id. XIII, 10.) Perfecta enim mundatio non in Joannis, sed in Domini baptismo est, si eo se dignum qui accipit praebeat; si autem indignum, Sacramenta in eo non ad salutem, sed ad perniciem, permanebunt tamen. Cum ergo ista quaesiturus essem, etiam ipse vidit de baptismo discipulorum Domini non sibi fuisse quaerendum.

11. Inde itum est in aliud, multis ut poterant utrinque sermocinantibus: inter quae dictum est quod adhuc eos nostri persecuturi essent; nobisque dicebat videre se velle quales nos essemus in illa persecutione praebituros, utrum consensuri essemus tali saevitiae, an nullum commodaturi consensum. Nos dicebamus Deum videre corda nostra, quae ipsi non possent: et illos temere sibi adhuc ista metuere, quae si contigerint, a malis contingere, quibus deteriores ipsi habent; nec tamen ideo nos a catholica communione segregare debere, si quid forte nobis invitis, vel etiam, si valuerimus, contradicentibus factum fuerit, cum tolerantiam pacificam didicerimus, dicente Apostolo: Sufferentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph. IV, 2, 3).

CAPÍTULO V.

10. Luego se volvió al tratado anterior, con el que queríamos mostrar que ni nosotros debemos objetarles los crímenes de los suyos, ni ellos a nosotros si se hallara algún hecho tal de los nuestros. Pues del Nuevo Testamento ciertamente no se puede mostrar que algún justo haya matado a alguien; pero sin embargo eso puede probarse por el mismo ejemplo del Señor: que los malvados fueron tolerados por los inocentes. Pues toleró a su propio tradidor, que ya había recibido su precio, consigo entre los inocentes hasta el último beso de paz: a los cuales no ocultó que había entre ellos un hombre de tan gran crimen; y sin embargo dio a todos en común el primer Sacramento de su cuerpo y sangre, no habiéndolo aún excluido (Mat. XVI, 20-28). Ejemplo por el cual, habiéndose conmovido casi todos, intentó él decir que antes de la pasión del Señor aquella comunión con el malvado no había dañado a los Apóstoles porque aún no tenían el bautismo de Cristo, sino el bautismo de Juan. Después que dijo esto, empecé a preguntarle cómo estaba entonces escrito que Jesús bautizaba a más que Juan, aunque Él mismo no bautizaba, sino sus discípulos, esto es, bautizaba por medio de sus discípulos (Jn. IV, 1, 2). ¿Cómo, pues, daban lo que no habían recibido? cosa que ellos mismos suelen decir con frecuencia. ¿Acaso Cristo bautizaba con el bautismo de Juan? Luego, en este sentido yo iba a preguntarle muchas cosas: cómo se le preguntó entonces al mismo Juan sobre el bautismo del Señor y respondió que él tenía a la esposa y que aquel era el esposo (Ibíd. III, 29). ¿Acaso era lícito que el esposo bautizara con el bautismo de Juan, es decir, con el bautismo de un amigo o siervo? Luego, ¿cómo podían recibir la Eucaristía los aún no bautizados? ¿O cómo respondió a Pedro, que quería lavarse todo: *El que se ha lavado una vez, no necesita lavarse de nuevo, sino que está todo limpio*? (Ibíd. XIII, 10). Pues la perfecta limpieza no está en el bautismo de Juan, sino en el bautismo del Señor, si quien lo recibe se muestra digno de él; pero si indigno, los Sacramentos permanecerán sin embargo en él no para la salvación, sino para la perdición. Así pues, cuando yo iba a preguntarle estas cosas, él mismo vio que no debía haber preguntado sobre el bautismo de los discípulos del Señor.

11. De ahí se pasó a otra cosa, discurriendo muchos por ambas partes como podían: entre lo cual se dijo que los nuestros todavía habían de perseguirlos; y nos decía que quería ver qué tales nos mostraríamos nosotros en aquella persecución, si habíamos de consentir en tal sevicia o no habíamos de prestar ningún consentimiento. Nosotros decíamos que Dios ve nuestros corazones, los cuales ellos mismos no podían ver; y que ellos temían temerariamente todavía esas cosas, las cuales, si sucedieran, sucederían por obra de los malos, de los cuales ellos tienen peores; y que no por eso debíamos segregarnos de la comunión católica si algo se hiciera contra nuestra voluntad o incluso, si pudiéramos, contradiciéndolo nosotros, puesto que hemos aprendido una tolerancia pacífica, diciendo el Apóstol: *Soportándoos unos a otros en la caridad, procurando conservar la unidad del espíritu en el vínculo de la paz* (Ef. IV, 2, 3).

Quam pacem atque tolerantiam illos non tenuisse dicebamus, qui schisma fecerunt, ut nunc inter suos, qui mitiores eorum sunt, graviora tolerent, ne scindatur quod scissum est; cum leviora nollent pro ipsa unitate tolerare. Dicebamus etiam nondum fuisse temporibus veterum pacem unitatis, et tolerantiam tanta commendatione praedicatam, sicut exemplo Domini et Novi Testamenti charitate; et tamen Prophetas illos et sanctos viros dicere solere in populum scelera eorum, cum tamen se ab illius populi unitate et a communione pariter accipiendorum Sacramentorum quae tunc fuerunt, divellere non tentassent.

12. Inde nescio quomodo ventum est ad commemorationem beatae memoriae Genethlii Carthaginensis ante Aurelium episcopi, quod nescio quam constitutionem datam contra illos compresserit, et effectum habere non siverit. Laudabant illum omnes, et benignissime praeferebant. Inter quas laudes a nobis subjectum est, quod etiam ipse tamen Genethlius, si in eorum manus incidisset rebaptizandus censeretur. Et haec jam stantes loquebamur, quia discedendi tempus urgeret. Ibi plane ille senex dixit, jam formam esse factam, ut quisquis ad eos fidelium a nobis venerit, baptizetur, quod eum invitum et cum dolore animi dicere, quantum poterat, apparebat. Sane cum etiam ipse multa mala suorum apertissime gemeret, atque ostenderet, quod totius civitatis ejus testimonio probabatur, quam esset remotus a talibus factis, et quae ipsis suis dicere soleat modesta conquestione proferret, nosque commemoraremus illud Ezechielis prophetae, ubi aperte scriptum est, nec filii culpam patri, nec patris culpam filio ejus imputandam, ubi dictum est: Sicut enim anima patris mea est, ita et anima filii mea est; anima enim quaecumque peccaverit, sola morietur (Ezech. XVIII, 20, 4), placuit omnibus in talibus disputationibus violenta facta malorum hominum nobis ab invicem objici non debere. Remanebat ergo schismatis quaestio. Itaque hortati eum sumus ut etiam atque etiam placido atque pacato animo annitatur nobiscum, ut diligenti examinatione tanta inquisitio terminum sumat. Ubi ille benigne cum diceret nos solum ista quaerere, nolle autem nostros haec quaeri; ea facta pollicitatione discessimus, ut exhiberemus ei plures collegas nostros, certe vel decem, qui tanta benevolentia et lenitate et tam pio studio id quaeri vellent, quantum in nobis eum jam animadvertisse atque approbare sentiebamus. Hoc etiam de suorum numero et ipse pollicitus est.

CAPUT VI.

Paz y tolerancia que decíamos que no habían guardado los que hicieron el cisma, de modo que ahora entre los suyos, los que son más moderados, toleran cosas más graves para que no se desgarre lo que ya está desgarrado; cuando no quisieron tolerar cosas más leves por la unidad misma. Decíamos también que en los tiempos de los antiguos no existía todavía la paz de la unidad y la tolerancia predicada con tanta recomendación como por el ejemplo del Señor y la caridad del Nuevo Testamento; y sin embargo aquellos Profetas y hombres santos solían decir al pueblo sus crímenes, sin haber intentado no obstante separarse de la unidad de aquel pueblo ni de la comunión de recibir los Sacramentos que entonces existían en común.

12. De ahí, no sé cómo, se llegó a la conmemoración de Genelio de bendita memoria, obispo de Cartago antes de Aurelio, porque él suprimió no sé qué constitución dada contra ellos y no permitió que tuviera efecto. Todos lo alababan y lo ponían de relieve benignísimamente. Entre cuyas alabanzas fue añadido por nosotros que, no obstante, el mismo Genelio, si hubiera caído en manos de ellos, sería juzgado como alguien que debía ser rebautizado. Y hablábamos ya estas cosas de pie, porque el tiempo de partir urgía. Allí claramente aquel anciano dijo que ya se había establecido la norma (*formam*) de que cualquiera de los fieles que de nosotros viniera a ellos, sea bautizado; lo cual se veía que él decía de mala gana y con dolor de ánimo, en cuanto podía. Ciertamente, puesto que incluso él mismo gemía abiertamente por muchos males de los suyos y mostraba, lo cual se probaba por el testimonio de toda su ciudad, cuán alejado estaba de tales hechos, y profería con modesta queja lo que solía decir a sus mismos seguidores, y nosotros conmemoramos aquello del profeta Ezequiel donde claramente está escrito que ni la culpa del hijo debe imputarse al padre, ni la del padre a su hijo, donde se dijo: *Pues como el alma del padre es mía, así también el alma del hijo es mía; pues el alma que pecare, ella sola morirá* (Ez. XVIII, 20, 4), plugo a todos que en tales disputas los hechos violentos de hombres malos no debieran objetarse mutuamente por nosotros. Quedaba, pues, la cuestión del cisma. Por tanto, le exhortamos a que una y otra vez, con ánimo plácido y pacificado, se esforzara con nosotros para que mediante un diligente examen tan gran indagación llegara a su término. Diciendo él benignamente que solo nosotros buscábamos esas cosas, pero que los nuestros no querían que se buscaran, hecha aquella promesa nos retiramos: que le presentaríamos a más colegas nuestros, ciertamente al menos diez, que con tanta benevolencia y lenidad y con tan piadoso celo quisieran que aquello se buscara, cuanto sentíamos que él ya había advertido y aprobado en nosotros. Él también prometió lo mismo respecto al número de los suyos.

CAPÍTULO VI.

13. Unde vos hortor et obtestor per Domini sanguinem, ut eum promissi sui commoneatis, et gnaviter instetis, ut res coepta peragatur, quam prope ad finem pervenisse jam cernitis. Quantum enim arbitror, difficillime potestis invenire in episcopis vestris tam utilem animum et voluntatem, quam in isto sene perspeximus. Postero enim die ipse ad nos venit, et haec iterum quaerere coeperamus. Sed quia ordinandi episcopi necessitas nos inde jamjamque rapiebat, diutius cum illo esse nequivimus. Jam enim miseramus ad Majorem Coelicolarum quem audieramus novi apud eos baptismi institutorem extitisse, et multos illo sacrilegio seduxisse, ut cum illo, quantum ipsius temporis patiebantur angustiae, aliquid loqueremur. Quem posteaquam venturum comperit, videns nos aliud suscepisse negotium, cum et ipsum nescio quae necessitas profectionis urgeret, benigne a nobis placideque discessit.

14. Videtur autem mihi, ut turbulentas turbas et impedimentum potius quam adjumentum afferentes omnino devitemus, et vere ex animo amico atque tranquillo susceptum tam magnum negotium Domino opitulante peragamus, ad aliquam villam nos convenire debere non magnam, ubi nullius nostrum esset ecclesia: quam tamen villam communiter possident homines et nostrae communionis et ipsius, sicuti est villa Titiana. Sive ergo in Tubursicensi, sive in Thagastensi, talis locus, vel ille quem commemoravi, vel aliquis alius inventus fuerit, faciamus Codices canonicos praesto esse. Et si qua proferri potuerint ex utraque parte documenta: ut postpositis caeteris, nulla, si Domino placuerit, interpellante molestia, quotquot diebus potuerimus ad hoc vacantes, et unusquisque nostrum apud suum hospitem Domino deprecantes, adjuvante ipso cui pax christiana gratissima est, rem tantam et bono animo coeptam ad inquisitionis terminum perducamus. Rescribite sane quid de hac re vel vobis vel illi videatur.

Epistola XLV.

Augustinus Paulino, rogans ut demum rescribat post biennii silentium, mittatque sibi opus contra Paganos, quod ab ipso elaborari dudum audivit.

Dominis germanissimis, dilectissimis et in Christo laudabilibus PAULINO et THERASIAE, ALYPIUS et AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Nequaquam nos nescio qua vestra cessatio, qua ecce per totum biennium, ex quo nobis dulcissimi fratres Romanus et Agilis ad vos remeaverunt, nullas a vobis litteras sumpsimus, pigros ad scribendum fecit. Nam cum in aliis rebus quanto quisque amplius diligitur, tanto dignior imitatione videatur, in hac re contra est. Quo enim vos amamus ardentius, eo minus ferimus quod nobis non scribitis; nec vos in eo volumus imitari.

13. Por lo cual les exhorto y encarezco por la sangre del Señor que le recuerden su promesa e insten con diligencia para que se lleve a cabo lo empezado, que ya ven que ha llegado casi a su fin. Pues, según juzgo, muy difícilmente podrán hallar en sus obispos una mente y voluntad tan útiles como las que percibimos en aquel anciano. Al día siguiente, en efecto, vino él mismo a nosotros y habíamos empezado a tratar de nuevo estas cosas. Pero porque la necesidad de ordenar a un obispo ya nos reclamaba de allí, no pudimos estar con él más tiempo. Pues ya habíamos enviado a llamar al Mayor de los Celícolas, de quien habíamos oído que había sido el institutor de un nuevo bautismo entre ellos y que había seducido a muchos con aquel sacilegio, para hablar algo con él en cuanto la estrechez de aquel tiempo lo permitiera. Al enterarse él de que este iba a venir, viendo que nosotros habíamos emprendido otro asunto, y apremiándole a él también no sé qué necesidad de viaje, se retiró de nosotros benigna y plácidamente.

14. Me parece, pues, que para evitar por completo las turbas alborotadas que traen más impedimento que ayuda, y para llevar a cabo con la ayuda del Señor este tan gran asunto emprendido con ánimo verdaderamente amigo y tranquilo, debemos reunirnos en alguna villa no muy grande donde no haya iglesia de ninguno de nosotros; villa que, no obstante, posean en común hombres tanto de nuestra comunión como de la suya, tal como es la villa Ticiana. Sea, pues, en la región de Tubursicum o en la de Tagaste, donde se halle tal lugar, sea el que conmemoré u otro cualquiera, procuremos que los Códices canónicos estén a mano. Y si pueden presentarse documentos por ambas partes, de modo que, pospuesto lo demás y sin que ninguna molestia interrumpa si al Señor le place, dedicando a esto cuantos días podamos y rogando cada uno de nosotros al Señor en su hospedaje, con la ayuda de aquel a quien la paz cristiana es gratísima, llevenos a término de investigación este asunto tan grande y empezado con buena disposición. Escríbanme ciertamente qué les parece sobre esto a ustedes o a él.

Carta XLV.

Agustín a Paulino, rogándole que al fin le responda después de un silencio de dos años y le envíe la obra contra los paganos que oyó hace tiempo que estaba elaborando.

A los señores hermanísimos, diletísimos y en Cristo encomiables PAULINO y TERASIA, ALIPIO y AGUSTÍN [saludan] en el Señor.

1. De ningún modo no sé qué cese de su parte, por el cual he aquí que durante todo un bienio, desde que los dulcísimos hermanos Romano y Agilio regresaron a ustedes de nuestra parte, no hemos recibido ninguna carta suya, nos ha hecho perezosos para escribir. Pues así como en otras cosas cuanto más se ama a alguien tanto más digno de imitación parece, en este asunto es al contrario. Pues cuanto más ardientemente los amamos, tanto menos soportamos que no nos escriban; ni queremos imitarlos en eso.

Ecce igitur salutamus vos, si non respondentes epistolis vestris, quae nullae ad nos veniunt, saltem expostulantes, et non dolore mediocri, quamvis fortasse etiam Charitas vestra similiter conqueratur, siquidem missas a vobis nostis quae ad nos non pervenerunt, vicissimque a nobis quae emissae erant non sunt vobis datae. Quod si ita est, querelas nostras convertamus in preces ad Dominum, ne tanta solatia deneget nobis.

2. Scribere te audieramus adversum Paganos; quod si absolutum est, quaesumus ne differas mittere per latorem hujus epistolae. Charus nobis est, cujus aestimationi in regionibus nostris possumus non temere bonum testimonium perhibere. Rogat per nos Sanctimonium vestrum, ut eum commendare dignemini cum quibus ei negotium est, et apud quos ne bona causa ejus opprimatur, timet. Quid in re agatur commodius ipse narrabit: quid etiam ad singula, quae forte animum moverint inter . . . gratissimum habemus, et apud Dominum Deum nostrum sincerissimae vestrae benignitati gratias agimus, si per vestram operam de christiani fratris securitate gaudeamus.

Epistola XLVI.

Publicola Augustino proponit multas quaestiones.

Dilecto et venerable patri AUGUSTINO episcopo, PUBLICOLA.

Scriptum est: «Interroga patrem tuum, et indicabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi» (Deut. XXXII, 7). Unde et mihi exquirendam legem de ore sacerdotis judicavi in causa tali: quae qualis sit, per litteras expono; simul etiam ut et ego instruar in diversis causis. Singulas autem quaestiones et diverse, per capitula designari feci, ad quas singillatim dignare respondere.

In Arzugibus, ut audivi, decurioni qui limiti praeest vel tribuno solent jurare barbari, jurantes per daemones suos, qui ad deducendas bastagas pacti fuerint, vel aliqui ad servandas fruges ipsas, singuli possessores vel conductores solent ad custodiendas fruges suscipere, quasi jam fideles, epistolam decurione mittente, vel singuli transeuntes quibus necesse est per eos transire. Mihi autem disceptatio in corde nata est, si ille possessor qui susceperit barbarum, cujus fides per daemonum jurationem firma visa est, non coinquinatur vel ipse, vel illa quae custodit, vel ille qui deducitur a deductore barbaro.

He aquí, pues, que los saludamos, si no respondiendo a sus cartas (que ninguna nos llega), al menos reclamándoles, y con no pequeño dolor, aunque quizá también su Caridad se queje de modo similar si saben que enviaron cartas que no nos llegaron, y a su vez las que de nuestra parte habían sido emitidas no les fueron entregadas. Si es así, convirtamos nuestras quejas en preces al Señor para que no nos niegue tan grandes consuelos.

2. Habíamos oído que escribías contra los paganos; si está concluida, te pedimos que no difieras enviarla por el portador de esta carta. Nos es muy querido, y sobre su reputación en nuestras regiones podemos dar buen testimonio sin temeridad. Ruega por nuestro medio a su Santidad que se dignen recomendarlo a aquellos con quienes tiene negocios y ante quienes teme que su buena causa sea oprimida. Él mismo narrará más cómodamente lo que se trata en el asunto: lo cual también para cada cosa que por azar mueva el ánimo entre... lo tenemos por gratísimo, y damos gracias ante el Señor Dios nuestro a su sincerísima benignidad si por su obra nos alegramos de la seguridad de un hermano cristiano.

Carta XLVI.

Publicola propone muchas cuestiones a Agustín.

Al amado y venerable padre AGUSTÍN obispo, PUBLICOLA.

Escrito está: «Interroga a tu padre, e indicará a ti; a tus mayores, y dirán a ti» (Deut. 32, 7). Por lo cual también juzgué que la ley debía ser buscada por mí de la boca del sacerdote en tal causa: cuál sea ella, lo expongo por carta; al mismo tiempo también para que yo sea instruido en diversas causas. He hecho que las cuestiones singulares y diversas sean designadas por capítulos, a las cuales dígnate responder individualmente.

En los Arzuges, según he oído, los bárbaros suelen jurar al decurión que preside la frontera o al tribuno, jurando por sus demonios, quienes habrían pactado para conducir las *bastagas* (transportes), o algunos para custodiar los frutos mismos; los poseedores o conductores individuales suelen recibirlos para custodiar los frutos, como si ya fueran fieles, enviando el decurión una carta, o los transeúntes individuales para quienes es necesario pasar a través de ellos. Pero me ha nacido una duda en el corazón sobre si aquel poseedor que haya recibido al bárbaro, cuya fidelidad pareció firme por el juramento de los demonios, no se contamina él mismo, o aquello que custodia, o el que es conducido por el conductor bárbaro.

Sed hoc debes scire quia qui jurat barbarus a possessore pro servandis frugibus accipiat aurum, vel a viatore deductor; sed tamen cum hac veluti mercede quae solet dari a possessore, vel a viatore, juramentum etiam illud in medio est mortale datum decurioni vel tribuno: quod perturbat me ne polluat illum qui suscipit barbari juramentum, vel illa quae custodit barbarus. Quacumque enim conditione, etiam auro dato et obsidibus datis, ut audivi, tamen juramentum iniquum medium intercessit. Dignare autem mihi definitive rescribere, et non suspense. Quod si ipse scribas dubitanter, ego in majores dubitationes incidere possum, quam antequam interrogassem.

Hoc etiam audivi, quia ipsi homines conductores qui praesunt rei meae, juramentum per daemones suos jurantibus barbaris accipiunt pro servandis frugibus. Si ergo cum illi jurant per daemones suos ut custodiant fruges, non polluunt ipsas fruges, ut si inde manducaverit christianus sciens vel de pretio ipsarum rerum fuerit, coinquinetur, significare dignare.

Item ab alio audivi quod conductori non juratur a barbaro, et alter dixit quia juratur conductori. Si etiam falsum mihi dixit ille, qui dixit jurari conductori, si jam pro hoc quod solum audivi, non debeo uti de ipsis frugibus, vel de pretio ipsarum propter auditum solum, quia dictum est: «Si autem quis dixerit: Hoc immolatitium est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit?» (I Cor. X, 28.) Si tamen etiam haec causa similis est causae de immolatitio. Quod si ita est, quid debeo de ipsis frugibus, vel de pretio ipsarum facere?

Si debeo requirere de utroque, qui mihi dixit quia non juratur conductori, aut qui dixit quia juratur conductori; et dictum uniuscujusque probare per testes, qui verum dixit de illis duobus, et tandiu non contingere de ipsis frugibus, vel de pretio, quandiu mihi probatum fuerit si verum dixit ille qui dixit quia non juratur conductori?

Si barbarus qui per juramentum suum jurat malum, fecerit illum christianum conductorem, vel tribunum qui limiti praeest, jurare sibi pro fide illi servanda pro custodiendis frugibus, per ipsum juramentum mortale per quod ipse jurat, si solus ille christianus coinquinatus sit? Si non et illa quorum causa jurat? Aut si paganus qui limiti praeest, juraverit barbaro pro fide illi servanda per mortale juramentum, si non coinquinat pro quibus jurat? Si quem misero ad Arzuges, si licet ei juramentum accipere a barbaro illud mortale; et si non coinquinatur, si susceperit tale juramentum christianus?

Si de area trituratoria tritici vel cujuscumque leguminis, aut torculari, de quo daemoni oblatum est, si licet inde manducare christianum scientem?

De luco si licet ad aliquem usum suum christianum scientem ligna tollere?

Pero debes saber esto: que el bárbaro que jura recibe oro del poseedor por custodiar los frutos, o el conductor del viajero; pero, no obstante, junto con esta como merced que suele darse por el poseedor o por el viajero, interviene también aquel juramento mortal dado al decurión o al tribuno: lo cual me perturba, no sea que manche al que recibe el juramento del bárbaro, o aquello que el bárbaro custodia. Pues bajo cualquier condición, aun habiendo dado oro y rehenes, según he oído, intervino de por medio un juramento inicuo. Dígnate, pues, responderme definitivamente y no con dudas. Porque si tú mismo escribes con duda, yo puedo caer en mayores dudas que antes de haber interrogado.

También he oído esto: que los mismos hombres conductores que presiden mis asuntos, reciben el juramento por sus demonios de los bárbaros que juran para custodiar los frutos. Si, pues, cuando ellos juran por sus demonios para custodiar los frutos, no contaminan los frutos mismos, de modo que si de allí comiere un cristiano a sabiendas, o hubiere sido del precio de esas mismas cosas, se contamine, dígnate significarlo.

Asimismo, de otro oí que el bárbaro no jura al conductor, y otro dijo que sí se le jura al conductor. Si incluso me dijo una falsedad aquel que dijo que se juraba al conductor, si ya por esto que solo oí, ¿no debo usar de los frutos mismos o de su precio por el solo hecho de haberlo oído?, pues se ha dicho: «Si alguien dijere: esto ha sido inmolado a los ídolos, no coman, por aquel que lo indicó» (1 Cor. 10, 28). Si es que esta causa es similar a la causa de lo inmolado. Si es así, ¿qué debo hacer con los frutos mismos o con su precio?

¿Debo investigar a ambos, al que me dijo que no se jura al conductor y al que dijo que sí se le jura, y probar el dicho de cada uno por testigos, para ver quién de los dos dijo la verdad, y mientras tanto no tocar nada de los frutos mismos ni del precio, hasta que se me haya probado si dijo la verdad el que dijo que no se jura al conductor?

Si el bárbaro que por su juramento jura el mal, hiciere que aquel cristiano conductor, o el tribuno que preside la frontera, le jure a él para guardarle fidelidad por la custodia de los frutos, mediante aquel mismo juramento mortal por el cual él mismo jura, ¿se contamina solo aquel cristiano? ¿No también aquello por cuya causa jura? O si un pagano que preside la frontera hubiere jurado al bárbaro para guardarle fidelidad mediante un juramento mortal, ¿no contamina aquello por lo que jura? Si envío a alguien a los Arzuges, ¿le es lícito recibir del bárbaro aquel juramento mortal; y si no se contamina un cristiano si recibiere tal juramento?

Si de la era de trigo o de cualquier legumbre, o del lagar (*torculari*), de donde se ha ofrecido algo al demonio, ¿le es lícito a un cristiano comer de allí a sabiendas?

Sobre el bosque sagrado (*luco*), ¿le es lícito a un cristiano, a sabiendas, tomar leña para algún uso suyo?

Si quis vadens ad macellum emat carnem quae non sit immolatilia, et cogitationes duas habuerit in corde, quod immolata sit, et non sit immolata, et illam tenuerit cogitationem qua non immolatam cogitabit, si manducaverit an peccat?

Si quis bonam rem, de qua dubitat an bona aut mala sit, si faciat putans bonam, cum tamen putasset et malam, si peccatum adscribatur ei?

Si quis dixerit quod immolatitium est mentiens, et postea dixerit iterum quia mentitus est, et ad fidem vere mentitus est, si licet christianum inde manducare, aut vendere, et de pretio uti ex eo quod audivit?

Si christianus aliquis ambulans, passus necessitatem, victus fame unius diei, vel bidui, vel multorum dierum, ut jam durare non possit, ita occurrerit, ut in ipsa necessitate famis, in qua sibi videt jam mortem proximare, invenerit cibum in idolio positum, ubi nullus sit hominum, et non possit invenire alium cibum, debet mori aut exinde cibari?

Si christianus videat se a barbaro vel Romano velle interfici, debet eos ipse christianus interficere, ne ab illis interficiatur: vel si licet sine interfectione eos repellere vel impugnare, quia dictum est: «Non resistere malo?» (Matth. V, 39.)

Si murum possessioni debet christianus facere propter hostem, et si ille christianus qui fecerit murum, causa non existit homicidii, cum inde aliqui coeperint pugnare, et interficere hostes?

Si licet de fonte bibere, vel de puteo ubi de sacrificio aliquid missum est? Si de puteo qui in templo est, et desertum factum est debet christianus bibere? Si in templo quo colitur idolum, puteus ibi sit vel fons, et nihil ibi factum sit in eodem puteo vel fonte, si debet haurire aquam inde christianus, et bibere?

Si christianus debet in balneis lavare, vel in thermis, in quibus sacrificatur simulacris? Si christianus debet in balneis, quibus in die festo suo Pagani loti sunt, lavare, sive cum ipsis, sive sine ipsis?

Si in solio ubi descenderunt Pagani ab idolis venientes in die festo suo, et aliquid illic in solio sacrilegii sui fecerint, et scierit christianus, si debet in eodem solio descendere?

Si christianus invitatus ab aliquo appositam habuerit carnem in escam, de qua dictum fuerit illi quia immolatitia est, et non manducaverit eam; postea autem ab aliquo translatum ipsam carnem aliquo casu invenerit venalem, et emerit eam, aut appositam habuerit ab aliquo alio invitatus, et non cognoverit eam, et manducaverit, si peccat?

Si alguien yendo al mercado (*macellum*) compra carne que no sea de la inmolada, y tuviere dos pensamientos en el corazón, que es inmolada y que no es inmolada, y retuviere aquel pensamiento por el cual pensará que no es inmolada, si la come, ¿peca?

Si alguien hace una cosa buena sobre la cual duda si es buena o mala, si la hace pensando que es buena, cuando sin embargo la había pensado también como mala, ¿se le imputa pecado?

Si alguien dijere que algo ha sido inmolado mintiendo, y después dijere de nuevo que ha mentido, y respecto a la fidelidad verdaderamente mintió, ¿le es lícito al cristiano comer de allí, o venderlo, y usar del precio por lo que oyó?

Si algún cristiano caminando, sufriendo necesidad, vencido por el hambre de un día, o de dos, o de muchos días, de modo que ya no pueda resistir, ocurriere que en esa misma necesidad del hambre, en la cual ve ya su muerte próxima, hallare comida puesta en un ídolo (*idolio*), donde no haya hombre alguno y no pueda hallar otra comida, ¿debe morir o alimentarse de allí?

Si un cristiano ve que un bárbaro o un romano quiere matarlo, ¿debe el cristiano mismo matarlos para no ser muerto por ellos; o si le es lícito repelerlos o combatirlos sin matarlos, porque se ha dicho: «No resistas al mal»? (Mat. 5, 39).

Si el cristiano debe hacer un muro para su posesión a causa del enemigo, y si aquel cristiano que hizo el muro no es causa de homicidio cuando de allí algunos empiecen a combatir y a matar enemigos.

¿Es lícito beber de la fuente o del pozo donde se ha arrojado algo de un sacrificio? ¿Debe el cristiano beber de un pozo que está en un templo que ha quedado desierto? Si en un templo donde se rinde culto a un ídolo hay allí un pozo o fuente, y nada se ha hecho allí en el mismo pozo o fuente, ¿debe el cristiano sacar agua de allí y beber?

¿Debe el cristiano lavarse en baños o en termas en las que se sacrifica a los simulacros? ¿Debe el cristiano lavarse en baños en los que los paganos se han lavado en su día festivo, sea con ellos o sin ellos?

Si en el estanque (*solio*) donde bajaron los paganos viniendo de los ídolos en su día festivo, e hicieron allí algo de su sacrilegio en el estanque, y lo supiere el cristiano, ¿debe bajar a ese mismo estanque?

Si un cristiano invitado por alguien tuviere puesta carne para comer, de la cual se le hubiere dicho que es inmolada, y no la comiere; pero después, habiendo sido trasladada la misma carne por alguien, por algún azar la hallare venal y la comprare, o la tuviere puesta por algún otro invitado y no la conociere y la comiere, ¿peca?

Si de horto vel de possessione idolorum vel sacerdotum eorum debet christianus sciens olus emere, vel aliquem fructum, et inde edere? Sane de juramento, vel de idolis, ut laborem non patiaris in requirendo, quae Domino donante invenerimus, ante oculos tuos volui proponere: si quid autem aliud apertius aut melius in Scripturis inveneris, dignare mihi significare. Unde quae invenimus, haec sunt ubi Laban dixit ad Jacob, «Deus Abraham et Deus Nachor» (Gen. XXXI, 53); quem autem Deum, non significavit Scriptura. Et iterum, «Abimelech quando venit ad Isaac ubi juravit, vel qui cum illo erant» (Id. XXVI, 31); sed quale juramentum, non significavit Scriptura. Iterum de idolis, ubi ad Gedeon dictum est a Domino in libro Judicum, ut de vitulo quem occiderat holocaustum faceret (Jud. VI, 26). Et in Jesu Nave de Jericho, ut omne aurum, argentum, et aeramentum inferretur in thesauris Domini, et sanctum vocatum est de civitate, quae anathema est (Jos. VI, 19). Et quid est illud quod in Deuteronomio positum est: «Non inferes abominationem in domum tuam, et anathema eris, sicut hoc ipsum est?» (Deut. VII, 26). Dominus te servet: saluto te; ora pro me.

EPISTOLA XLVII.

Augustinus Publicolae dissolvit aliquot ex propositis quaestionibus.

Honorabili et dilectissimo filio PUBLICOLAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Aestus animi tui posteaquam didici litteris tuis, etiam mei continuo facti sunt, non quo me omnia talia permoverent, qualibus indicasti te esse permotum: sed quomodo tibi auferrentur hi aestus, fateor, aestuavi; maxime quia petis ut definitive tibi rescriberem, ne in majores dubitationes incideres, quam antequam interrogasses. Hoc enim video non esse in mea potestate. Nam quomodolibet scripsero quae mihi videntur esse certissima, si tibi non persuasero, proculdubio eris incertior. Non autem sicut mihi adjacet suadere, eo modo adjacet etiam persuadere cuilibet. Verumtamen ne tuae dilectioni negarem operulam meam, post aliquantam deliberationem rescribendum putavi.

2. Movet te certe utrum ejus fide utendum sit, qui ut eam servet per daemonia juraverit. Ubi te volo prius considerare, utrum si quispiam per deos falsos juraverit se fidem servaturum, et eam non servaverit, non tibi videatur bis peccasse. Si enim tali juratione promissam custodiret fidem, ideo tantum peccasse judicaretur, quia per tales deos juravit; illud autem nemo recte reprehenderet, quia fidem servavit.

Si de un huerto o de una posesión de los ídolos o de sus sacerdotes debe el cristiano a sabiendas comprar verdura (*olus*) o cualquier fruto y comer de allí? Ciertamente, sobre el juramento o sobre los ídolos, para que no padezcas trabajo en buscar lo que con el favor del Señor hemos hallado, quise proponerlo ante tus ojos: si además hallares alguna otra cosa más clara o mejor en las Escrituras, dígnate significármelo. Lo que hemos hallado es esto: donde Labán dijo a Jacob: «El Dios de Abraham y el Dios de Nacor» (Gén. 31, 53); pero qué dios era, no lo significó la Escritura. Y de nuevo: «Abimelec cuando vino a Isaac donde juró, o los que estaban con él» (Gén. 26, 31); pero qué clase de juramento, no lo significó la Escritura. De nuevo sobre los ídolos, donde se dijo a Gedeón por el Señor en el libro de los Jueces, que del becerro que había matado hiciese un holocausto (Juec. 6, 26). Y en Josué sobre Jericó, que todo el oro, plata y bronce fuera llevado a los tesoros del Señor, y se llamó santo lo de la ciudad que es anatema (Jos. 6, 19). ¿Y qué es aquello que se puso en el Deuteronomio: «No introducirás abominación en tu casa, y serás anatema, como esto mismo es»? (Deut. 7, 26). El Señor te guarde; te saludo; ora por mí.

CARTA XLVII.

Agustín resuelve para Publícola algunas de las cuestiones propuestas.

A su honorable y muy amado hijo PUBLÍCOLA, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Después de conocer por tu carta las agitaciones de tu ánimo, al punto se hicieron también mías, no porque a mí me conmovieran todas las cosas tales como indicaste que a ti te habían conmovido, sino que, confieso, me agité pensando cómo podrían quitársete estas agitaciones; sobre todo porque pides que te responda por escrito de modo definitivo, para que no caigas en dudas mayores que antes de haber preguntado. Pues veo que esto no está en mi poder. Pues por más que escriba lo que a mí me parece certísimo, si no logro persuadirte, sin duda quedarás más incierto. Pero no está tan al alcance de cualquiera el persuadir, como lo está para mí el aconsejar. Sin embargo, para no negar a tu caridad mi pequeño esfuerzo, después de alguna deliberación, pensé que debía responderte por escrito.

2. Sin duda te preocupa si se debe confiar en la fe de aquel que, para guardarla, juró por los demonios. Aquí quiero que consideres primero si, en caso de que alguien jurase por dioses falsos que guardaría la fe, y no la guardase, no te parece que ha pecado dos veces. Pues si con tal juramento guardara la fe prometida, se juzgaría que había pecado solo por esto, porque juró por tales dioses; pero nadie reprendería con razón aquello, es decir, que guardó la fe.

Nunc vero, quia et juravit per quos non debuit, et contra pollicitam fidem fecit quod non debuit, bis utique peccavit; ac per hoc qui utitur fide illius quem constat jurasse per deos falsos, et utitur non ad malum, sed ad licitum et bonum, non peccato ejus se sociat quo per daemonia juravit, sed bono pacto ejus quo fidem servavit. Neque hic eam fidem dico servari, qua fideles vocantur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum. Verumtamen sine ulla dubitatione minus malum est per deum falsum jurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod juratur magis est sanctum, tanto magis est poenale perjurium. Alia ergo quaestio est, utrum non peccet qui per falsos deos sibi jurari fecit, quia ille qui ei jurat, deos falsos colit. Cui quaestioni possunt illa testimonia suffragari, quae ipse commemorasti de Laban et Abimelech, si tamen Abimelech per deos suos juravit, sicut Laban per Deum Nachor . Haec, ut dixi, alia quaestio est, quae me merito fortassis moveret, nisi illa exempla occurrissent de Isaac et Jacob, et si qua alia possunt inveniri. Si tamen illud non adhuc movet quod in Novo Testamento dictum est, ne omnino juremus (Matth. V, 34, 36). Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum jurare peccatum est, sed quia pejerare immane peccatum est; a quo nos longe esse voluit, qui omnimodo ne juremus admonuit. Sed tibi aliud videri scio; unde nunc disputandum non est, ut illud potius agamus unde me consulendum putasti. Proinde sicut non juras, ita nec alium, si hoc placet, jurare compellas: quamvis dictum sit ne juremus; nusquam autem in Scripturis sanctis legi meminerim, ne ab alio jurationem accipiamus. Alia vero quaestio est, utrum ea pace debeamus uti, quae inter alios invicem jurantes facta est. Quod si nolumus, ubi vivamus in terris, nescio utrum invenire possimus. Neque enim tantummodo limiti, sed universis provinciis pax conciliatur juratione barbarica. Unde et illud sequetur, ut non fruges tantum quae ab eis custodiuntur, qui per deos falsos juraverunt, sed ubique inquinata sint omnia quae ipsa pace muniuntur, quam juratio illa confirmat. Quod si absurdissimum est dicere, nec illa te moveant quae movebant.

3. Item si de area vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia daemoniorum sciente christiano, peccat si fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. Quod si factum comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus unde illa sublata sunt; sicut fontibus utimur, de quibus hauriri aquam ad usum sacrificiorum certissime scimus. Eadem est etiam ratio lavacrorum. Neque enim spiritum deducere de aere dubitamus, in quem scimus ire fumum ex aris omnibus et incensis daemoniorum.

Pero ahora bien, puesto que juró por quienes no debía, y obró contra la fe prometida haciendo lo que no debía, ciertamente pecó dos veces; y por esto, quien se sirve de la fe de aquel de quien consta que juró por dioses falsos, y se sirve de ella no para el mal, sino para lo lícito y bueno, no se asocia al pecado de aquel por el cual juró por los demonios, sino al buen pacto de aquel por el cual guardó la fe. Ni hablo aquí de aquella fe que se guarda, por la cual son llamados fieles los que son bautizados en Cristo. Pues aquella es muy distinta y muy diferente de la fe de los acuerdos y pactos humanos. Sin embargo, sin duda alguna, es menor mal jurar verazmente por un dios falso, que falazmente por el Dios verdadero. Pues cuanto más santo es aquello por lo cual se jura, tanto más punible es el perjurio. Es, pues, otra cuestión, si no peca quien hizo que se le jurase por dioses falsos, porque el que le jura venera a dioses falsos. A esta cuestión pueden dar apoyo aquellos testimonios que tú mismo mencionaste acerca de Labán y Abimélec, si es que Abimélec juró por sus propios dioses, como Labán por el Dios de Nacor. Esta, como dije, es otra cuestión, que quizá con razón me conmovería, si no se me ocurrieran aquellos ejemplos de Isaac y Jacob, y cualesquiera otros que puedan hallarse. Si es que aún no te conmueve aquello que se dice en el Nuevo Testamento, que en absoluto juremos (Mt. 5, 34. 36). Lo cual, a mi parecer, se dijo por esta razón, no porque jurar verazmente sea pecado, sino porque perjurar es un pecado inmenso; de este quiso que estuviéramos muy lejos aquel que amonestó que de ningún modo juráramos. Pero sé que a ti te parece otra cosa; por lo cual ahora no se ha de disputar sobre esto, para que tratemos más bien aquello sobre lo cual pensaste que debías consultarme. Por consiguiente, así como tú no juras, así tampoco, si esto te place, obligues a otro a jurar; aunque se haya dicho que no juremos, no recuerdo sin embargo haber leído en ninguna parte de las sagradas Escrituras que no debamos aceptar un juramento de otro. Pero otra cuestión es si debemos servirnos de aquella paz que se hizo entre otros que se juraron mutuamente. Y si no queremos esto, no sé si podríamos hallar dónde vivir en la tierra. Pues no solo para la frontera, sino para todas las provincias, se procura la paz mediante el juramento de los bárbaros. De donde también se seguirá que no solo los frutos que son custodiados por aquellos que juraron por dioses falsos, sino en todas partes todas las cosas que están protegidas por esa misma paz que aquel juramento confirma, están contaminadas. Y si esto es absurdísimo de decir, que tampoco te conmuevan aquellas cosas que te conmovían.

3. Asimismo, si se toma algo de la era o del lagar para los sacrificios de los demonios sabiéndolo un cristiano, peca si permite que se haga, cuando tiene poder para prohibirlo. Pero si lo descubrió ya hecho, o no tuvo poder para prohibirlo, usa de los demás frutos puros de donde aquellos fueron tomados; tal como usamos las fuentes, de las cuales sabemos con toda certeza que se saca agua para el uso de los sacrificios. La misma es también la razón respecto de los baños. Pues no dudamos en respirar del aire, al cual sabemos que va el humo de todos los altares e inciensos de los demonios.

Unde apparet illud esse prohibitum, ne in honorem alienorum deorum aliqua re utamur, aut uti existimemur, sic eam accipiendo, ut quamvis animo contemnamus, eos tamen qui nostrum animum ignorant, ad haec honoranda aedificemus. Et cum templa, idola, luci, et si quid hujusmodi, data potestate evertuntur, quamvis manifestum est cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari, ideo tamen in usus nostros privatos duntaxat et proprios non debemus inde aliquid usurpare, ut appareat nos pietate ista destruere, non avaritia. Cum vero in usus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur, hoc de illis fit quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis et impiis in veram religionem mutantur. Hoc Deus intelligitur docuisse illis testimoniis quae ipse posuisti, cum de luco alienorum deorum jussit ligna ad holocaustum adhiberi; et de Jericho, ut omne aurum, argentum, et aeramentum inferretur in thesauros Domini. Quapropter etiam illud quod in Deuteronomio scriptum est: Non concupisces argentum vel aurum illorum, nec accipies inde tibi, ne excedas propter illud: quoniam abominatio est Domino Deo tuo: et non conferes exsecramentum in domum tuam, et eris anathema, sicut et illud est, et offensione offendes, et coinquinatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema est (Deut. VII, 25, 26); satis apparet aut ipsos privatos usus in talibus esse prohibitos, aut ne sic inde aliquid inferatur in domum ut honoretur: tunc est enim abominatio et exsecratio; non cum talium sacrilegus honor apertissima destructione subvertitur.

4. De escis autem idolorum nihil amplius nos debere observare, quam quod praecepit Apostolus, certus esto. Et ideo de hac re verba ejus recole, quae si obscura essent, pro modulo nostro exponeremus. Non autem peccat, qui cibum postea nesciens manducaverit, quem prius tanquam idolothytum respuit. Olus vel quilibet fructus in quolibet agro natus, ejus est qui creavit; quia Domini est terra, et plenitudo ejus; et omnis creatura Dei bona est (Psal. XXIII, 1; I Cor. X, 25, 26, et I Tim. IV, 4). Sed si illud quod in agris nascitur, consecratur idolo, vel sacrificatur, tunc inter idolothyta deputandum est. Cavendum est enim, ne si putaverimus non vescendum olere quod nascitur in horto templi idoli, consequens sit ut existimemus non debuisse Apostolum apud Athenas cibum sumere, quia civitas erat Minervae ejusque numini consecrata. Hoc et de puteo responderim vel fonte qui in templo est. Plus autem movet revera, si aliquid sacrificiorum in fontem vel puteum projiciatur.

De donde aparece que lo que está prohibido es esto: que no usemos algo en honor de dioses ajenos, ni seamos tenidos por usarlo, aceptándolo de tal modo que, aunque lo despreciemos en el ánimo, sin embargo edifiquemos a aquellos que ignoran nuestro ánimo hacia el honrar estas cosas. Y cuando los templos, los ídolos, los bosques sagrados, y cualquier cosa de este género, son destruidos por un poder dado para ello, aunque es manifiesto que, cuando hacemos esto, no los honramos, sino que más bien los detestamos, sin embargo por eso mismo no debemos apropiarnos de allí nada para nuestros usos privados y propios solamente, de modo que aparezca que destruimos esas cosas por piedad, no por avaricia. Pero cuando se convierten a usos comunes, no propios ni privados, o al honor del Dios verdadero, sucede con ellas lo mismo que sucede con los mismos hombres, cuando de sacrílegos e impíos se convierten a la verdadera religión. Se entiende que Dios enseñó esto mediante aquellos testimonios que tú mismo aduces, cuando mandó que se empleara para el holocausto la leña del bosque sagrado de dioses ajenos; y en cuanto a Jericó, que todo el oro, la plata y el bronce fuesen llevados a los tesoros del Señor. Por lo cual también aquello que está escrito en el Deuteronomio: «No codiciarás la plata ni el oro de ellos, ni tomarás de allí para ti, no sea que te extravíes por ello, porque es abominación para el Señor tu Dios; y no llevarás el execramento a tu casa, y serás anatema, como también lo es aquello; y con ofensa serás ofendido, y con contaminación serás contaminado por aquella abominación, porque es anatema» (Deut. VII, 25, 26); basta para que aparezca que, o bien los usos privados mismos están prohibidos en tales cosas, o bien que de ellas no se lleve así nada a la casa para que sea honrado: pues entonces es abominación y execración; no cuando el honor sacrílego de tales cosas es abatido por una destrucción manifiestísima.

4. En cuanto a los alimentos de los ídolos, ten por cierto que no debemos observar nada más que lo que mandó el Apóstol. Y por ello recuerda sus palabras sobre este asunto, las cuales, si fueran oscuras, expondríamos según nuestra pequeña capacidad. No peca, en efecto, quien después come sin saberlo un alimento que antes había rechazado por considerarlo sacrificado a los ídolos. La legumbre o cualquier fruto nacido en cualquier campo pertenece a quien lo creó; porque del Señor es la tierra y su plenitud; y toda criatura de Dios es buena (Sal. XXIII, 1; 1 Cor. X, 25, 26, y 1 Tim. IV, 4). Pero si lo que nace en los campos se consagra a un ídolo, o se sacrifica, entonces debe contarse entre las cosas sacrificadas a los ídolos. Pues hay que evitar que, si pensáramos que no se debe comer la hortaliza que nace en el jardín del templo de un ídolo, se siga que estimemos que el Apóstol no debió tomar alimento en Atenas, porque aquella ciudad estaba consagrada a Minerva y a su divinidad. Lo mismo respondería acerca de un pozo o una fuente que esté dentro de un templo. Pero en verdad conmueve más si algo de los sacrificios se arroja en la fuente o en el pozo.

Sed eadem ratio est aeris, qui omnem eum fumum recipit, de quo supra diximus: aut si hoc ideo putatur distare, quia illud sacrificium de quo fumus aeri confunditur, non fit ipsi aeri, sed idolo alicui vel daemonio, aliquando autem sic mittuntur sacrificia in aquas, ut ipsis aquis sacrificetur; non ideo utique solis hujus luce non utimur, quia ei sacrilegi ubi possunt sacrificare non cessant. Sacrificatur etiam ventis, quibus tamen utimur ad tantas nostras commoditates, cum eorumdem sacrificiorum fumum ipsi quodammodo haurire et vorare videantur. Si quis dubitat de aliqua carne, utrum immolatitia sit, et non est immolatitia, si eam cognitionem tenuerit quod immolatitia non sit, et ea vescatur, non utique peccat; quia nec est, nec jam putatur immolatitia, etsi antea putabatur. Neque enim non licet corrigere cogitationes a falsitate in veritatem. Si quis autem bonum putaverit esse quod malum est, et fecerit, hoc putando utique peccat. Et ea sunt omnia peccata ignorantiae, quando quisque bene fieri putat, quod male fit.

5. De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium ; nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si ejus congruit personae. Qui vero repelluntur aliquo terrore ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse praestatur. Hinc autem dictum est, non resistamus malo (Matth. V, 39), ne nos vindicta delectet, quae alieno malo animum pascit; non ut correctionem hominum negligamus. Unde nec reus est mortis alienae, qui suae possessioni murum circumduxerit, si aliquis ex ipsius ruinis percussus intereat . Neque enim reus est christianus, si bos ejus aliquem feriendo, vel equus calcem jaciendo aliquem occidat; aut ideo non debent christiani boves habere cornua, aut equus ungulas, aut dentes canis; aut vero quoniam apostolus Paulus satis egit ut in tribuni notitiam perferretur, insidias sibi a quibusdam perditis praeparari, et ob hoc deductores accepit armatos (Act. XXIII, 17-24), si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret. Absit ut ea quae propter bonum ac licitum facimus, aut habemus, si quid per haec praeter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica et agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se vel alterum interimat; nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat; nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisque praecipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemoranda finire non possim? Quid enim est in usu hominum bono ac licito, unde non possit etiam pernicies irrogari?

Pero la misma razón vale para el aire, que recibe todo aquel humo del que hablamos arriba: o si se piensa que esto difiere en que aquel sacrificio cuyo humo se mezcla con el aire no se hace al aire mismo, sino a algún ídolo o demonio, mientras que a veces los sacrificios se arrojan en las aguas de tal modo que se sacrifica a las aguas mismas; no por eso, en todo caso, dejamos de usar la luz de este sol, porque los sacrílegos no cesan de sacrificarle allí donde pueden. También se sacrifica a los vientos, de los cuales, sin embargo, nos servimos para tantas comodidades nuestras, aunque parezcan de algún modo aspirar y devorar ellos mismos el humo de esos mismos sacrificios. Si alguien duda sobre alguna carne, si es o no sacrificada, y no es sacrificada, si tiene el conocimiento de que no es sacrificada, y la come, ciertamente no peca; porque ni lo es, ni ya se considera sacrificada, aunque antes se pensara que lo era. Pues no es ilícito corregir los pensamientos, pasando de la falsedad a la verdad. Pero si alguien pensara que es bueno lo que es malo, y lo hiciera, ciertamente peca al pensarlo así. Y todos estos son pecados de ignorancia, cuando alguien piensa que se hace bien lo que se hace mal.

5. En cuanto a matar hombres para no ser muerto por ellos, no me agrada tal consejo; a no ser que se trate acaso de un soldado, o esté sujeto a una función pública, de modo que no lo haga por sí mismo, sino por otros, o por la ciudad en la que él también vive, habiendo recibido la potestad legítima, si esto conviene a su persona. En cuanto a los que son apartados por algún temor de obrar mal, tal vez se les otorga también algo a ellos mismos. Pero por esto se dijo: no resistamos al mal (Mt. V, 39), para que no nos deleite la venganza, que alimenta el ánimo con el mal ajeno; no para que descuidemos la corrección de los hombres. Por lo cual tampoco es reo de la muerte ajena quien haya levantado un muro alrededor de su propiedad, si alguien, alcanzado por sus ruinas, pereciere. Pues tampoco es reo el cristiano si su buey, hiriendo a alguien, o su caballo, dando una coz, mata a alguien; ni por eso deben los cristianos dejar de tener bueyes con cuernos, o el caballo cascos, o el perro dientes; ni, en verdad, puesto que el apóstol Pablo se ocupó de que llegara a conocimiento del tribuno que ciertos hombres perdidos le preparaban asechanzas, y por ello recibió escoltas armadas (Hech. XXIII, 17-24), reconocería Pablo su propio crimen en el derramamiento de la sangre de ellos, si hombres criminales hubiesen caído sobre aquellas armas. Lejos esté que se nos impute lo que, por medio de aquellas cosas que hacemos o tenemos por un fin bueno y lícito, sucediere de mal a alguien fuera de nuestra voluntad. De lo contrario, tampoco deberían tenerse herramientas de hierro domésticas ni agrícolas, no sea que alguien mate con ellas a sí mismo o a otro; ni árbol ni soga, no sea que alguien se ahorque en ellos; ni debería hacerse ventana, no sea que alguien se precipite por ella. ¿Para qué he de recordar más cosas, si no podría terminar de enumerarlas? Pues ¿qué hay en el uso bueno y lícito de los hombres de donde no pueda también causarse ruina?

6. Restat, ni fallor, ut dicamus aliquid de illo viatore christiano, quem commemorasti victum famis necessitate, si nihil uspiam invenerit nisi cibum in idolio positum, ubi nullus alius est hominum, utrum ei satius sit fame emori, quam illud in alimentum sumere: in qua quaestione, quoniam non est consequens, ut cibus ille idolothytum sit; potuit enim vel ab eis qui ibi ab itinere divertentes corpus refecerant, oblivione seu voluntate dimitti, vel illic ob aliam causam quamlibet poni; breviter respondeo. Aut certum est esse idolothytum, aut certum est non esse, aut ignoratur: si ergo certum est esse, melius christiana virtute respuitur; si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine ullo conscientiae scrupulo in usum necessitatis assumitur.

EPISTOLA XLVIII . Augustinus Eudoxio abbati monachorum insulae Capprariae, exhortans ut otio ad pietatem, non ad ignaviam utantur, et sicubi Ecclesia requirat illorum operam, ne detrectent.

Domino dilecto et exoptatissimo fratri et compresbytero EUDOXIO et qui tecum sunt fratribus, AUGUSTINUS, et qui mecum sunt fratres, in Domino salutem.

1. Quando quietem vestram cogitamus, quam habetis in Christo, etiam nos, quamvis in laboribus variis asperisque versemur, in vestra charitate requiescimus. Unum enim corpus sub uno capite sumus, ut et vos in nobis negotiosi, et nos in vobis otiosi simus, quia si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; et si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra (I Cor. XII, 26). Admonemus ergo et petimus et obsecramus per Christi altissimam humilitatem et misericordissimam celsitudinem, ut nostri memores sitis in sanctis orationibus vestris, quas vos vigilantiores et magis sobrias habere credimus: nostras enim saepe sauciat et debilitat caligo et tumultus saecularium actionum; quas etsi nostras non habemus, eorum tamen qui nos angariant mille passus, et jubemur ire cum eis alia duo (Matth. V, 41), tantae nobis ingeruntur ut vix respirare possimus: credentes tamen quod ille in cujus conspectu intrat gemitus compeditorum (Psal. LXXVIII, 11), perseverantes nos in eo ministerio, in quo dignatus est collocare cum promissa mercede, adjuvantibus orationibus vestris ab omni angustia liberabit.

2. Vos autem, fratres, exhortamur in Domino ut propositum vestrum custodiatis, et usque in finem perseveretis: ac si quam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis; sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in judicio, qui docet mansuetos vias suas (Psal. XXIV, 9). Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiae praeponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inveniretis.

6. Resta, si no me engaño, que digamos algo sobre aquel viajero cristiano que conmemoraste, vencido por la necesidad del hambre, si no hallare nada en ninguna parte sino comida puesta en un ídolo (*idolio*) donde no hay ningún otro hombre; si le es más satisfactorio morir de hambre que tomar aquello como alimento. En cuya cuestión, puesto que no es consecuencia necesaria que esa comida sea inmolada a los ídolos (*idolothytum*), pues pudo haber sido dejada por olvido o voluntad por quienes allí descansaron de un viaje, o ser puesta allí por cualquier otra causa, respondo brevemente. o es cierto que es inmolada, o es cierto que no lo es, o se ignora. Si, pues, es cierto que lo es, se rechaza mejor por virtud cristiana; pero si se sabe que no lo es o se ignora, se toma para el uso de la necesidad sin ningún escrúpulo de conciencia.

CARTA XLVIII. Agustín a Eudoxio, abad de los monjes de la isla de Capraria, exhortándoles a que usen el ocio para la piedad y no para la desidia, y a que si la Iglesia requiere en algún lugar su obra, no la rehúsen.

Al señor diletísimo y muy deseado hermano y copresbítero EUDOXIO, y a los hermanos que están contigo, AGUSTÍN y los hermanos que están conmigo [saludan] en el Señor.

1. Cuando pensamos en su quietud, la que tienen en Cristo, también nosotros, aunque nos hallemos en trabajos variados y ásperos, descansamos en su Caridad. Pues somos un solo cuerpo bajo una sola cabeza, de modo que ustedes estén atareados en nosotros y nosotros estemos ociosos en ustedes, porque «si un miembro padece, todos los miembros se compadecen; y si un miembro es glorificado, todos los miembros se congranulan» (1 Cor. 12, 26). Los amonestamos, pues, y les pedimos y suplicamos por la altísima humildad y misericordiosísima celsitud de Cristo, que se acuerden de nosotros en sus santas oraciones, las cuales creemos que ustedes tienen más vigilantes y más sobrias; pues a las nuestras a menudo las hiere y debilita la oscuridad y el tumulto de las acciones seculares; las cuales, aunque no las tenemos como nuestras, sin embargo, las de aquellos que nos obligan a caminar mil pasos y se nos manda ir con ellos otros dos (Mat. 5, 41), se nos imponen de tal modo que apenas podemos respirar. Creemos, no obstante, que aquel en cuya presencia entra el gemido de los cautivos (Sal. 78, 11), perseverando nosotros en ese ministerio en el cual se dignó colocarnos con la merced prometida, nos librará de toda angustia con la ayuda de sus oraciones.

A ustedes, hermanos, los exhortamos en el Señor a que guarden su propósito y perseveren hasta el fin; y si la madre Iglesia deseare alguna obra de ustedes, ni la acepten con ávida elación ni la rechacen con halagadora desidia; sino que con corazón mitigado obedezcan a Dios, sobrellevando con mansedumbre a aquel que los rige, el cual dirige a los mansos en el juicio y enseña a los mansos sus caminos (Sal. 24, 9). Ni antepongan su ocio a las necesidades de la Iglesia, a la cual, si nadie bueno hubiera querido servirla cuando estaba de parto, no hallarían cómo nacer.

Sicut autem inter ignem et aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo nec demergatur; sic inter apicem superbiae et voraginem desidiae iter nostrum temperare debemus, sicut scriptum est: Non declinantes, neque ad dexteram, neque ad sinistram (Deut. XVII, 11). Sunt enim qui dum nimis timent ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demerguntur. Et sunt rursus qui dum nimis se auferunt a sinistra, ne torpida vacationis mollitie sorbeantur, ex altera parte jactantiae fastu corrupti atque consumpti, in favillam fumumque vanescunt. Sic ergo, dilectissimi, diligite otium, ut vos ab omni terrena delectatione refrenetis, et memineritis nullum locum esse, ubi non possit laqueos tendere qui timet ne revolemus ad Deum; et inimicum omnium bonorum, cujus captivi fuimus judicemus, nullamque nobis esse perfectam requiem cogitemus, donec transeat iniquitas (Psal. LVI, 2), et in judicium justitia convertatur (Psal. XCIII, 15).

3. Item cum aliquid strenue atque alacriter agitis et impigre operamini, sive in orationibus, sive in jejuniis, sive in eleemosynis; vel tribuentes aliquid indigentibus, vel donantes injurias, sicut et Deus in Christo donavit nobis (Ephes. IV, 32); sive domantes perniciosas consuetudines, castigantesque corpus, et servituti subjicientes (I Cor. IX, 27); sive sufferentes tribulationem, et ante omnia vos ipsos invicem in dilectione; quid enim sufferat qui fratrem non suffert? sive prospicientes astutiam atque insidias tentatoris, et scuto fidei jacula ejus ignita repellentes et exstinguentes (Ephes. VI, 16); sive cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino (Ephes. V, 19), vel vocibus a corde non dissonis, omnia in gloriam Dei facite (I Cor. X, 31), qui operatur omnia in omnibus (Id. XII, 6); atque ita fervete spiritu (Rom. XII, 11), ut in Domino laudetur anima vestra (Psal. XXXIII, 3). Ipsa est enim actio recti itineris, quae oculos semper habet ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes (Psal. XXIV, 15). Talis actio nec frangitur negotio, nec frigida est otio, nec turbulenta, nec marcida est; nec audax, nec fugax; nec praeceps, nec jacens. Haec agite, et Deus pacis erit vobiscum (II Cor. XIII, 11).

4. Nec importunum me existimet Charitas vestra, quia vobis vel per epistolam loqui volui. Non enim hoc vos monui, quod vos non arbitror facere; sed credidi me non parum commendari Deo a vobis, si ea quae munere illius facitis, cum allocutionis nostrae memoria faciatis. Nam et ante jam fama, et nunc fratres qui venerunt a vobis, Eustasius et Andreas, bonum Christi odorem de vestra sancta conversatione ad nos attulerunt. Quorum Eustasius in eam requiem praecessit, quae nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Caprariam desiderat, quia nec cilicio jam quaerit indui.

Y así como entre el fuego y el agua se ha de mantener el camino para que el hombre ni se queme ni se anegue, así entre el ápice de la soberbia y la vorágine de la desidia debemos templar nuestro viaje, tal como está escrito: «Sin declinar ni a la derecha ni a la izquierda» (Deut. 17, 11). Pues hay algunos que, mientras temen demasiado ser ensalzados como arrebatados a la derecha, caen a la izquierda y se anegan. Y hay otros, a su vez, que mientras se alejan demasiado de la izquierda para no ser absorbidos por la torpe molicie de la vacación, por otra parte, corrompidos y consumidos por el fausto de la jactancia, se desvanecen en ceniza y humo. Así pues, diletísimos, amen el ocio de tal modo que se refrenen de toda delectación terrena, y se acuerden de que no hay lugar donde no pueda tender lazos el que teme que volvamos a Dios; y juzguemos al enemigo de todos los bienes, de quien fuimos cautivos, y pensemos que no hay para nosotros ningún descanso perfecto hasta que pase la iniquidad (Sal. 56, 2) y la justicia se convierta en juicio (Sal. 93, 15).

3. Asimismo, cuando hacéis algo con esfuerzo y con presteza y trabajáis diligentemente, ya sea en las oraciones, ya en los ayunos, ya en las limosnas; ya sea dando algo a los necesitados, o perdonando las injurias, tal como Dios también nos perdonó en Cristo (Ef. 4, 32); ya sea domando costumbres perniciosas, y castigando el cuerpo, y sometiéndolo a servidumbre (1 Cor. 9, 27); ya sea soportando la tribulación, y ante todo soportándoos mutuamente en el amor —pues ¿qué soportaría el que no soporta a su hermano?—; ya sea vigilando la astucia y las asechanzas del tentador, y rechazando y extinguiendo con el escudo de la fe sus dardos encendidos (Ef. 6, 16); ya sea cantando y salmodiando en vuestros corazones al Señor (Ef. 5, 19), o con voces no discordes del corazón, haced todo para gloria de Dios (1 Cor. 10, 31), que obra todo en todos (íd. 12, 6); y así sed fervientes en el espíritu (Rom. 12, 11), para que vuestra alma sea alabada en el Señor (Sal. 33, 3). Pues esta es la acción misma del camino recto, que tiene siempre los ojos puestos en el Señor, porque él mismo sacará mis pies del lazo (Sal. 24, 15). Tal acción no se quiebra por el negocio, ni es fría en el ocio, ni turbulenta, ni lánguida; ni audaz, ni huidiza; ni precipitada, ni postrada. Haced esto, y el Dios de la paz estará con vosotros (2 Cor. 13, 11).

4. Que vuestra Caridad no me juzgue importuno, porque he querido hablaros al menos por carta. Pues no os he amonestado de esto porque piense que no lo hacéis; sino que creí que sería encomendado no poco a Dios por vosotros, si hicierais lo que hacéis por don suyo con el recuerdo de nuestra alocución. Pues ya antes por la fama, y ahora los hermanos que vinieron de vosotros, Eustasio y Andrés, nos han traído el buen olor de Cristo de vuestra santa conversación. De ellos, Eustasio ha ido antes a aquel descanso que, como una isla, no es batido por olas ningunas, ni añora Capraria, porque ya no busca vestirse de cilicio.

EPISTOLA XLIX.

Augustinus Honorato Donatianae partis, ut per litteras placide reddat rationem quomodo nomen Ecclesiae, quae utique in toto orbe futura praedicta est in Scripturis, ad ipsos solos reciderit.

HONORATO episcopo partis Donati, AUGUSTINUS episcopus Ecclesiae catholicae.

1. Consilium tuum nobis multum placuit, quod per fratrem Herotem charissimum nobis, et in Christo laudabilem virum mandare dignatus es, ut litteris inter nos agamus, ubi nullus turbarum tumultus perturbare possit disputationem nostram, quae cum tota lenitate et pace animi suscipienda et agenda est, sicut dicit Apostolus: Servum autem Domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diversa sentientes (II Tim. II. 24, 25). Itaque breviter insinuamus, quid a te responderi desideremus.

2. Quoniam Ecclesiam Dei, quae catholica dicitur, sicut de illa prophetatum est, per orbem terrarum diffusam videmus, arbitramur nos non debere dubitare de tam evidentissima completione sanctae prophetiae, quam Dominus etiam in Evangelio confirmavit et Apostoli, per quos eadem Ecclesia dilatata est, sicut de illa praedictum erat. Nam et in capite sacrosancti Psalterii scriptum est de Filio Dei: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae (Psal. II, 7, 8). Et ipse Dominus Jesus Christus dicit Evangelium suum in omnibus gentibus futurum (Matth. XXIV, 14). Et apostolus Paulus, antequam sermo Dei in Africam pervenisset, in ipso capite Epistolae quam scripsit ad Romanos: Per quem accepimus, inquit, gratiam et apostolatum, ad obediendum fidei, in omnibus gentibus pro nomine ejus (Rom. I, 5). Deinde ipse a Jerusalem in circumitu per totam Asiam usque in Illyricum Evangelium praedicavit, Ecclesias constituit atque fundavit; non ipse, sed gratia Dei cum eo (I Cor. XV, 10), sicut ipse testatur. Quid autem evidentius apparere potest, quam cum in ejus Epistolis nomina etiam regionum vel civitatum invenimus? Ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses scribit. Joannes etiam scribit ad septem Ecclesias, quas commemorat in illis partibus constitutas, in quibus etiam universam Ecclesiam septenario numero intelligimus commendari, Ephesum, Smyrnam, Sardos, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thiatyram (Apoc. I, 11). Quibus omnibus Ecclesiis nos hodie communicare manifestum est, sicut manifestum est vos istis Ecclesiis non communicare

CARTA XLIX.

Agustín a Honorato, de la parte de Donato, para que dé razón tranquilamente por carta de cómo el nombre de la Iglesia, que ciertamente fue predicho en las Escrituras como destinado a todo el orbe, ha recaído solo en ellos.

A HONORATO, obispo del partido de Donato, AGUSTÍN, obispo de la Iglesia católica.

1. Nos agradó mucho tu consejo, que te dignaste enviarnos por medio del hermano Herotes, carísimo para nosotros y varón loable en Cristo, de que tratáramos entre nosotros por cartas, donde ningún tumulto de muchedumbres pudiera perturbar nuestra disputa, la cual debe emprenderse y llevarse a cabo con toda mansedumbre y paz de ánimo, como dice el Apóstol: Al siervo del Señor no le conviene litigar, sino ser manso para con todos, apto para enseñar, paciente, corrigiendo con modestia a los que sienten de manera diversa (2 Tim. 2, 24-25). Así pues, insinuamos brevemente qué deseamos que nos respondas.

2. Puesto que vemos a la Iglesia de Dios, que se llama católica, difundida por todo el orbe de la tierra tal como se profetizó sobre ella, juzgamos que no debemos dudar de tan evidentísima completitud de la sagrada profecía, la cual el Señor confirmó también en el Evangelio y los Apóstoles, por medio de los cuales la misma Iglesia fue dilatada, tal como sobre ella se había predicho. Pues también en el inicio del sacrosanto Salterio está escrito sobre el Hijo de Dios: «El Señor me dijo: Mi Hijo eres tú, yo hoy te he engendrado. Pídeme, y te daré las naciones como tu herencia, y tu posesión los términos de la tierra» (Sal. 2, 7. 8). Y el mismo Señor Jesucristo dice que su Evangelio estaría en todas las naciones (Mat. 24, 14). Y el apóstol Pablo, antes de que la palabra de Dios llegara a África, en el mismo inicio de la Epístola que escribió a los Romanos: «Por quien recibimos —dice— la gracia y el apostolado para la obediencia de la fe en todas las naciones por su nombre» (Rom. 1, 5). Después, él mismo desde Jerusalén en circuito por toda Asia hasta el Ilírico predicó el Evangelio, constituyó y fundó Iglesias; no él mismo, sino la gracia de Dios con él (1 Cor. 15, 10), tal como él mismo testifica. ¿Y qué puede aparecer más evidentemente que cuando en sus Epístolas hallamos incluso los nombres de las regiones o ciudades? Escribe a los romanos, a los corintios, a los gálatas, a los efesios, a los filipenses, a los tesalonicenses, a los colosenses. Juan escribe también a las siete Iglesias que conmemora constituidas en aquellas partes, en las cuales también entendemos que se encomienda la Iglesia universal por el número septenario: Éfeso, Esmirna, Sardes, Filadelfia, Laodicea, Pérgamo, Tiatira (Apoc. 1, 11). Con todas estas Iglesias es manifiesto que nosotros comunicamos hoy, tal como es manifiesto que ustedes no comunican con esas Iglesias.

Immanitatis vestrae famosissimum scelus, et inopinata crudelitas terram concutit, et percutit coelum, ut in plateis ac delubris vestris eluceat sanguis, et resonet homicidium. Apud vos Romanae sepultae sunt leges, judiciorum rectorum calcatus est terror. Imperatorum certe nulla veneratio nec timor. Apud vos LX numero fratrum innocens effusus est sanguis, et si quis plures occidit, functus est laudibus, et in vestram curiam tenuit principatum. Age, nunc principalem veniamus ad causam. Si Herculem vestrum dixeritis, porro reddemus: adsunt metalla, saxa nec desunt; accedunt marmorum genera, suppetit artificum copia. Caeterum deus vester cum diligentia sculpitur, tornatur et ornatur. Addimus et rubricam quae pingit ruborem, quo possint vota vestra sacra sonare. Nam si vestrum Herculem dixeritis, collatis singulis nummis ab artifice vestro vobis emimus deum. Reddite igitur animas, quas manus vestra contorsit, et sicuti a nobis vester Hercules redhibetur, sic etiam a vobis tantorum animae reddantur.

Epistola LI.

Augustinus Crispinum Calamensem Donatianae partis episcopum urget propositis breviter aliquod argumentis, ad ea si potest respondeat per litteras.

1. Quia humilitatem nostram vestri reprehendunt, ideo sic epistolam praenotavi; quod in tuam contumeliam fecisse videar, si non ita mihi abs te ut rescribatur exspecto. De Carthaginensi promissione tua vel nostra instantia, quid multa commemorem? Quomodolibet ea gesserimus, transierint, ne quod restat impediant. Nunc excusatio, nisi fallor, nulla est adjuvante Domino; ambo in Numidia sumus, et nobis loco terrarum invicem propinquamus. Rumor ad me detulit, adhuc te velle mecum disputando experiri de quaestione, quae nostram dirimit communionem. Vide quam breviter omnes auferantur ambages, ad hanc epistolam responde, si placet, et fortasse sufficiet, non solum nobis, sed et eis qui nos audire desiderant; aut si non sufficiet, scripta atque rescripta, donec sufficiant, repetantur. Quid enim nobis commodius poterit exhibere urbium, quas incolimus, tanta vicinitas? Ego enim statui nihil de hac re agere vobiscum, nisi per litteras, vel ne cui nostrum de memoria, quod dicitur elabatur, vel ne fraudentur talium studiosi, qui forte interesse non possunt.

El famosísimo crimen de vuestra monstruosidad y la inesperada crueldad sacude la tierra y golpea el cielo, de modo que en vuestras plazas y santuarios brilla la sangre y resuena el homicidio. Entre vosotros las leyes romanas están enterradas, el terror de los juicios rectos es pisoteado. Ciertamente no hay veneración ni temor a los Emperadores. Entre vosotros fue derramada la sangre inocente de sesenta hermanos en número, y si alguien mató a más, fue colmado de alabanzas y ocupó el principado en vuestra curia. Ea, vengamos ahora a la causa principal. Si mencionáis a vuestro Hércules, lo devolveremos en adelante: los metales están presentes, ni faltan las piedras; se añaden géneros de mármoles, hay abundancia de artífices. Por lo demás, vuestro dios es esculpido, torneado y adornado con diligencia. Añadimos también la rúbrica (rubrica) que pinta el rubor, para que vuestros votos sagrados puedan sonar. Pues si mencionáis a vuestro Hércules, habiendo reunido cada moneda de vuestro artífice, os compramos un dios. Devolved, pues, las almas que vuestra mano retorció, y así como vuestro Hércules es devuelto por nosotros, así también por vuestra parte sean devueltas las almas de tantos.

Epístola LI.

Agustín urge a Crispino de Calama, obispo de la parte de Donato, con algunos argumentos propuestos brevemente, para que responda a ellos por carta si puede.

1. Porque los vuestros reprenden nuestra humildad, por eso he anotado así la epístola; porque parecería que lo he hecho para tu insulto, si no espero que se me responda por tu parte de tal modo. Sobre tu promesa en Cartago o nuestra insistencia, ¿para qué conmemorar muchas cosas? De cualquier modo que las hayamos gestionado, que hayan pasado, para que no impidan lo que queda. Ahora no hay excusa, si no me engaño, con la ayuda del Señor; ambos estamos en Numidia y nos aproximamos mutuamente por la ubicación de las tierras. El rumor me ha traído que todavía quieres experimentar conmigo disputando sobre la cuestión que divide nuestra comunión. Mira qué brevemente se eliminan todas las ambigüedades: responde a esta carta, si te place, y tal vez baste, no solo para nosotros, sino también para aquellos que desean oírnos; o si no bastara, repítanse los escritos y las respuestas hasta que basten. Pues, ¿qué cosa más cómoda podrá ofrecernos la tan gran vecindad de las ciudades que habitamos? Pues he determinado no tratar nada de este asunto con vosotros, sino por carta, ya sea para que a ninguno de nosotros se le escape de la memoria lo que se dice, o para que no sean defraudados los estudiosos de tales cosas que tal vez no pueden estar presentes.

Soletis de praeteritis rebus gestis, quae vultis, falsa jactare, forte non mentiendi studio, sed errore. Proinde, si placet, de praesentibus illa metiamur. Procul dubio te non fugit prioris populi temporibus et idololatriae sacrilegium fuisse commissum, et a rege contemptore librum propheticum incensum (Jerem. XXXVI, 23); quo utroque crimine schismatis malum non puniretur atrocius, nisi gravius penderetur. Profecto enim recordaris quemadmodum schismatis auctores vivos dehiscens terra sorbuerit, et eos qui consenserant, coelo irruens ignis absumpserit (Num. XVI, 31 35). Sic nec fabricatum et adoratum idolum, nec sacer Liber exustus meruit vindicari.

2. Cur ergo, qui soletis nobis objicere, non solum in nostris non probata, sed potius in vestris probata crimina eorum qui formidine persecutionis impulsi dominicos libros concremandos ignibus tradiderunt, vos eos quos pro scelere schismatis, plenarii concilii vestri veridico, sicut ibi scriptum est, ore damnastis, in eodem ipso episcopatu recepistis in quo damnastis; Felicianum dico Mustitanum, et Praetextatum Assuritanum? Neque enim, sicut ignorantibus dicitis, ex eo numero fuerunt isti, quibus vestrum concilium diem prorogaverat et praefixerat, intra quem nisi ad vestram communionem remeavissent, eadem sententia tenerentur; sed de illo numero isti fuerunt, quos eo die sine dilatione damnastis, quo illis dilationem dedistis. Probabo, si negaveris: concilium vestrum loquitur; proconsularia Gesta habemus in manibus, quibus id non semel allegastis. Aliam ergo defensionem para, si potes, ne dum negas quod convincam, moras faciamus. Felicianum igitur et Praetextatus si innocentes erant, quare sic damnati sunt? Si scelerati, quare sic recepti sunt? Si probaveris innocentes, cur non credamus a multo paucioribus majoribus vestris falso crimine traditionis innocentes potuisse damnari, si a trecentis decem successoribus eorum, ubi etiam pro magno scriptum est, plenarii concilii ore veridico, in falso crimine schismatis innocentes damnari potuerunt? Si autem probaveris recte fuisse damnatos, quae restat defensio cur in eodem episcopatu recepti sint, nisi ut exaggerans utilitatem salubritatemque pacis, ostendas etiam ista pro unitatis vinculo toleranda? Quod utinam non oris, sed cordis viribus ageres! profecto perspiceres quam nullis calumniis per orbem terrarum esset violanda pax Christi, si licet in Africa etiam in sacrilego schismate damnatos, in eodem ipso episcopatu recipi pro pace Donati.

Soléis jactaros de cosas falsas sobre los hechos pasados que queréis, tal vez no por deseo de mentir, sino por error. Por lo tanto, si os place, midamos aquellas cosas por las presentes. Sin duda no se te escapa que en los tiempos del pueblo anterior se cometió tanto el sacrilegio de la idolatría como el incendio del libro profético por un rey despreciador (Jer. 36, 23); por ambos crímenes el mal del cisma no sería castigado más atrozmente si no se pesara más gravemente. Pues ciertamente recuerdas cómo la tierra abriéndose tragó vivos a los autores del cisma, y el fuego bajando del cielo consumió a los que habían consentido (Núm. 16, 31-35). Así, ni el ídolo fabricado y adorado, ni el Libro sagrado quemado mereció ser vengado [tan severamente].

2. ¿Por qué, pues, vosotros, que soléis objetarnos no solo crímenes no probados en los nuestros, sino más bien probados en los vuestros, de aquellos que impulsados por el temor de la persecución entregaron los libros del Señor para ser consumidos por los fuegos, habéis recibido en el mismo episcopado en que los condenasteis a aquellos a quienes, por el crimen de cisma, condenasteis por la boca veraz de vuestro concilio plenario, tal como allí está escrito? Me refiero a Feliciano de Musti y a Pretextato de Assuras. Pues no fueron ellos, como decís a los ignorantes, de aquel número para quienes vuestro concilio había prorrogado y prefijado un día, dentro del cual, si no hubieran regresado a vuestra comunión, quedarían sujetos a la misma sentencia; sino que estos fueron de aquel número a quienes condenasteis aquel día sin dilación, en el que disteis dilación a aquellos otros. Lo probaré si lo niegas: vuestro concilio habla; tenemos las Actas (Gesta) proconsulares en las manos, en las que lo habéis alegado no una sola vez. Prepara, pues, otra defensa si puedes, no sea que mientras niegas lo que yo demuestro, hagamos demoras. Si, pues, Feliciano y Pretextato eran inocentes, ¿por qué fueron así condenados? Si eran malvados, ¿por qué fueron así recibidos? Si probaras que eran inocentes, ¿por qué no habríamos de creer que por muchos menos antepasados vuestros pudieron ser condenados inocentes por el falso crimen de entrega (traditio), si por trescientos diez de sus sucesores, donde incluso está escrito como algo grande «por la boca veraz del concilio plenario», pudieron ser condenados inocentes por el falso crimen de cisma? But si probaras que fueron rectamente condenados, ¿qué defensa queda de por qué fueron recibidos en el mismo episcopado, sino que, exagerando la utilidad y la salud de la paz, muestras que incluso esas cosas deben ser toleradas por el vínculo de la unidad? ¡Ojalá hicieras esto no con las fuerzas de la boca, sino del corazón! Ciertamente percibirías cómo por ninguna calumnia debería ser violada la paz de Cristo por todo el orbe de la tierra, si en África se permite que incluso los condenados en un cisma sacrílego sean recibidos en ese mismo episcopado por la paz de Donato.

3. Item soletis nobis objicere quod vos per potestates terrenas persequamur. Qua in re non disputo, vel quid vos pro immanitate tanti sacrilegii mereamini, vel quantum nos christiana temperet mansuetudo; illud dico: si hoc crimen est, cur eosdem Maximianistas per judices ab eis imperatoribus missos, quos per Evangelium genuit nostra communio, graviter insectati, de basilicis quas tenebant, in quibus eos invenit ipsa conscissio, et controversiarum strepitu et jussionum potentatu et auxiliorum impetu perturbastis? In qua conflictatione quae passi sint per loca singula, recentia rerum vestigia contestantur; quae jussa sint chartae indicant, quae facta sint terrae clamant, in quibus etiam Optati illius tribuni vestri sancta memoria praedicatur.

4. Item dicere soletis quod nos Christi baptismum non habeamus, et praeter vestram communionem nusquam sit. Possem hinc uberius aliquanto disserere. Sed contra vos jam nihil opus est, qui cum Feliciano et Praetextato etiam Maximianistarum baptismum recepistis. Quotquot enim baptizaverunt quando Maximiano communicabant, cum etiam ipsos nominatim, id est Felicianum et Praetextatum de basilicis eorum, sicut gesta testantur, diuturno conflictu judiciorum expellere conaremini; quotquot ergo eo tempore baptizaverunt, nunc secum et vobiscum habent, non solum per aegritudinum pericula, sed etiam per solemnitates Paschales in tot ecclesiis ad suas civitates pertinentibus, et in ipsis tam magnis civitatibus foris in scelere schismatis baptizatos, quorum nulli Baptisma repetitum est. Atque utinam probare possetis, eos quos foris in scelere schismatis Felicianus et Praetextatus tanquam inaniter baptizaverant, ab eis receptis intus quasi utiliter denuo baptizatos. Si enim rursus baptizandi erant isti, rursus ordinandi erant illi. Amiserant enim episcopatum recedentes a vobis, si extra communionem vestram baptizare non poterant. Nam si discedentes episcopatum non amiserant, baptizare utique poterant. Si autem amiserant, ergo ut eis quod amiserant redderetur, redeuntes ordinari debebant. Sed noli timere: sicut certum est cum eodem illos episcopatu cum quo exierant remeasse, ita certum est omnes quos in Maximiani schismate baptizarunt, sine ulla Baptismi repetitione secum vestrae communioni reconciliasse.

3. Asimismo soléis objetarnos que os perseguimos por medio de las potestades terrenas. En lo cual no discuto ni qué merezcáis vosotros por la monstruosidad de tan gran sacrilegio, ni cuánto nos temple la mansedumbre cristiana; digo esto: si esto es un crimen, ¿por qué perseguisteis gravemente a esos mismos maximianistas por medio de jueces enviados por aquellos Emperadores a quienes nuestra comunión engendró por el Evangelio, y los perturbasteis de las basílicas que ocupaban, en las que los encontró la misma división, tanto por el estruendo de las controversias como por la potestad de los mandatos y el ímpetu de los auxilios? En cuyo conflicto, lo que padecieron por cada lugar, lo atestiguan los recientes vestigios de los hechos; lo que fue ordenado lo indican los papeles, lo que fue hecho lo claman las tierras, en las cuales incluso se predica la santa memoria de aquel Optato, vuestro tribuno.

4. Asimismo soléis decir que nosotros no tenemos el bautismo de Cristo, y que fuera de vuestra comunión no existe en ninguna parte. Podría disertar sobre esto algo más copiosamente. Pero contra vosotros ya no es necesario nada, vosotros que con Feliciano y Pretextato recibisteis incluso el bautismo de los maximianistas. Pues todos los que bautizaron cuando comunicaban con Maximiano, cuando incluso intentabais expulsarlos nominalmente, es decir, a Feliciano y a Pretextato, de sus basílicas, como atestiguan las actas, por un prolongado conflicto de juicios; todos los que, pues, bautizaron en aquel tiempo, los tienen ahora consigo y con vosotros, no solo por los peligros de las enfermedades, sino también por las solemnidades pascuales en tantas iglesias pertenecientes a sus ciudades, y en esas mismas ciudades tan grandes, bautizados fuera en el crimen del cisma, por ninguno de los cuales se repitió el Bautismo. Y ojalá pudierais probar que aquellos a quienes fuera, en el crimen del cisma, Feliciano y Pretextato habían bautizado como vanamente, fueron bautizados de nuevo por ellos recibidos dentro como si fuera útilmente. Pues si estos debían ser bautizados de nuevo, aquellos debían ser ordenados de nuevo. Pues habían perdido el episcopado al alejarse de vosotros, si no podían bautizar fuera de vuestra comunión. Pues si al marcharse no hubieran perdido el episcopado, ciertamente podían bautizar. Pero si lo habían perdido, para que se les devolviera lo que habían perdido, debían ser ordenados al regresar. Pero no temas: así como es cierto que aquellos regresaron con el mismo episcopado con el que habían salido, así es cierto que a todos los que bautizaron en el cisma de Maximiano, los reconciliaron consigo para vuestra comunión sin ninguna repetición del Bautismo.

5. Quibus igitur sufficimus lacrymis plangere recipi baptismum Maximianistarum, et exsufflari Baptismum orbis terrarum? Sive auditos sive inauditos, sive juste sive injuste damnastis Felicianum, damnastis Praetextatum; dic mihi: quem Corinthiorum episcopum audivit, aut damnavit aliquis vestrum? quem Galatarum, quem Ephesiorum, quem Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium, caeterarumque omnium civitatum, de quibus dictum est: Adorabunt in conspectu ejus universae patriae gentium? (Psal. XXI, 28.) Ergo istorum baptismus acceptatur, et illorum exsufflatur; qui nec istorum est nec illorum, sed illius de quo dictum est: Hic est qui baptizat (Joan. I, 33). Sed non hinc ago; ad illa quae praesto sunt, adverte, ea quae oculos etiam caecos feriunt, intuere: damnati habent baptismum; et inauditi non habent! Nominatim in scelere schismatis expressi et ejecti habent; et ignoti, longe peregrini, nunquam accusati, nunquam judicati non habent! Qui de praecisa parte Africae rursus praecisi sunt, habent; et unde ipsum Evangelium in Africam venit non habent! Quid pluribus onero? ad ista responde. Attende sacrilegium schismatis vestro concilio Maximianistis exaggeratum; attende persecutiones per judiciarias potestates, quas eis irrogastis; attende baptismum eorum, quem cum eis quos damnastis recepistis; et responde, si potes, utrum habeatis aliquid unde injiciatis nebulas imperitis, cur ab orbe terrarum longe majore scelere schismatis separemini, quam quod in Maximianistis vos damnasse gloriamini. Pax Christi vincat in corde tuo. ΕΥΤΥΧΩΣ.

Epistola LII.

Augustinus Severino consanguineo suo donatistae, ut deserat schisma scelestum et impudens.

Domino multum desiderabili et valde charissimo fratri SEVERINO, AUGUSTINUS.

1. Litteras Fraternitatis tuae etsi valde sero, etsi praeter quod speraveram, tamen laetus accepi, maximeque ampliori gaudio perfusus sum, cum cognovissem hominem vestrum hac ipsa sola causa venisse Hipponem, ut ad me litteras tuae Fraternitatis afferret. Cogitavi enim non sine causa hoc exortum esse in animo tuo ut recoleres consanguinitatem nostram; nisi quia fortasse perspicis, sicut novi non leve pondus prudentiae tuae, quam sit dolendum, ut qui secundum carnem fratres sumus, in Christi corpore non una societate vivamus, praesertim quia facile tibi est attendere et videri civitatem super montem constitutam, de qua Dominus ait in Evangelio quod abscondi non possit (Matth 5, 14). Ipsa est enim Ecclesia catholica: unde καθολικὴ graece appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet; ideo secundum verbum Domini nostri Jesu Christi, abscondi non potest.

5. ¿Con qué lágrimas, pues, bastamos para lamentar que se reciba el bautismo de los maximianistas y se sople fuera (exsufflari) el Bautismo del orbe de la tierra? Ya sea oídos o no oídos, ya sea justa o injustamente, condenasteis a Feliciano, condenasteis a Pretextato; dime: ¿a qué obispo de los corintios oyó o condenó alguno de vosotros? ¿A cuál de los gálatas, a cuál de los efesios, a cuál de los colosenses, de los filipenses, de los tesalonicenses y de todas las demás ciudades de las que se ha dicho: «Adorarán en su presencia todas las patrias de las gentes»? (Sal. 21, 28.) Por tanto, se acepta el bautismo de estos y se sopla fuera el de aquellos; el cual no es ni de estos ni de aquellos, sino de aquel de quien se dijo: «Este es el que bautiza» (Juan 1, 33). Pero no trato de esto; atiende a aquellas cosas que están presentes, contempla aquellas cosas que hieren incluso los ojos ciegos: ¡los condenados tienen bautismo, y los no oídos no lo tienen! ¡Los expresados nominalmente en el crimen del cisma y expulsados lo tienen, y los desconocidos, extranjeros lejanos, nunca acusados, nunca juzgados, no lo tienen! ¡Los que fueron cortados de nuevo de una parte cortada de África lo tienen, y de donde el mismo Evangelio vino a África no lo tienen! ¿Para qué te cargo con más cosas? Responde a estas. Atiende al sacrilegio del cisma exagerado por vuestro concilio contra los maximianistas; atiende a las persecuciones por medio de las potestades judiciales que les infligisteis; atiende a su bautismo, el cual recibisteis con aquellos a quienes condenasteis; y responde, si puedes, si tenéis algo con que lanzar nieblas a los inexpertos de por qué estáis separados del orbe de la tierra por un crimen de cisma mucho mayor que el que os gloriáis de haber condenado en los maximianistas. Que la paz de Cristo venza en tu corazón. QUEDE BIEN (EUTYCHOS).

Epístola LII.

Agustín a Severino, su consanguíneo donatista, para que deserte del cisma malvado e impudente.

Al señor muy deseable y muy querido hermano SEVERINO, AGUSTÍN [saluda].

1. He recibido las cartas de tu Fraternidad, aunque muy tarde, y aunque más allá de lo que había esperado, sin embargo alegre, y especialmente me inundó un gozo más amplio al conocer que vuestro hombre había venido a Hipona por esta sola causa: para traerme las cartas de tu Fraternidad. Pues pensé que no sin causa había surgido esto en tu ánimo de recordar nuestra consanguinidad; a no ser porque tal vez percibes, como conozco el peso no ligero de tu prudencia, cuánto hay que lamentar que nosotros, que somos hermanos según la carne, no vivamos en una sola sociedad en el cuerpo de Cristo, sobre todo porque te es fácil atender y ver la ciudad constituida sobre un monte, de la cual dice el Señor en el Evangelio que no puede ocultarse (Mat. 5, 14). Pues ella es la Iglesia católica: de donde se llama katholike en griego, porque se difunde por todo el orbe de la tierra. A nadie le es lícito ignorarla; por tanto, según la palabra de nuestro Señor Jesucristo, no puede ocultarse.

2. Pars autem Donati in solis Afris calumniatur orbi terrarum, et non considerat ea sterilitate, qua fructus pacis et charitatis noluit afferre, ab illa radice Orientalium Ecclesiarum se esse praecisam, unde Evangelium in Africam venit: unde terra si eis afferatur, adorant; fidelis autem si inde veniat, exsufflant etiam et rebaptizant. Hoc enim etiam praedixit Filius Dei, qui veritas est, se esse vitem, suos autem filios esse sarmenta, et Patrem suum agricolam: Sarmentum, inquit, quod in me non dat fructum, Pater meus tollet illud; sarmentum autem quod in me dat fructum, purgat illud, ut majorem fructum afferat (Joan. XV, 1, 2). Non ergo mirum est, si de illa vite quae crevit et omnes terras implevit, praecisi sunt illi qui fructum charitatis afferre noluerunt.

3. Qui si vera crimina objecissent collegis suis, majores eorum quando schisma fecerunt, ipsi obtinuissent causam suam apud Ecclesiam transmarinam, unde ad istas partes christianae fidei manavit auctoritas, ut illi essent foris quibus eadem crimina objiciebant. Nunc autem cum illi inveniantur intus communicare Ecclesiis apostolicis, quarum nomina in Libris sanctis habent et recitant, isti autem foris positi et ab illa communione separati sint, quis non intelligat eos habuisse causam bonam, qui eam apud medios judices obtinere potuerunt? Aut si causam bonam habebant, et eam transmarinis Ecclesiis probare non potuerunt, quid illos laesit orbis terrarum, ubi episcopi collegas suos, qui apud eos objectis criminibus convicti non erant, temere damnare non possent? Itaque innocentes rebaptizantur, et Christus in innocentibus exsufflatur. Si autem iidem Donatistae Afrorum collegarum suorum vera crimina noverant, et neglexerunt ea demonstrare et probare transmarinis Ecclesiis, ipsi se ab unitate Christi sceleratissimo schismate praeciderunt, non habent quod excusent, et vos nostis; maxime quia tam multi scelerati apud eos emerserunt, et toleraverunt illos per tot annos, ne partem Donati conscinderent, et non dubitaverunt illo tempore falsas suspiciones suas objicientes, pacem Christi unitatemque disrumpere, et vos videtis.

4. Sed nescio quae carnalis consuetudo, frater Severine, ibi vos tenet; et olim doleo, olim gemo, maxime prudentiam tuam cogitans, et olim te videre desidero, ut de hac re tecum loquerer. Quid enim prodest vel salus vel consanguinitas temporalis, si aeternam Christi haereditatem salutemque perpetuam in nostra cognatione contemnimus? Haec me interim scripsisse suffecerit, quae duris cordibus valde pauca sunt et prope nulla; animo autem tuo quem bene novi, valde multa sunt et valde magna. Non enim mea sunt, qui nihil sum, nisi quod exspecto misericordiam Dei; sed ipsius Dei omnipotentis, quem quisquis in hoc seculo comtempserit patrem, inveniet in futuro judicem.

Pero la parte de Donato, solo entre los africanos, calumnia al orbe de la tierra, y no considera que por esa esterilidad, por la que no quiso dar el fruto de la paz y la caridad, ha sido cortada de aquella raíz de las Iglesias orientales de donde vino el Evangelio a África: de donde, si se les trae tierra, la adoran; pero si de allí viene un fiel, incluso le soplan fuera (exsufflant) y le rebautizan. Pues esto predijo también el Hijo de Dios, que es la verdad: que Él es la vid, y sus hijos son los sarmientos, y su Padre el agricultor: «El sarmiento —dice— que en mí no da fruto, mi Padre lo quitará; pero el sarmiento que en mí da fruto, lo purifica para que dé más fruto» (Juan 15, 1. 2). No es, pues, de extrañar si de aquella vid que creció y llenó todas las tierras han sido cortados los que no quisieron dar el fruto de la caridad.

3. Si ellos hubieran objetado crímenes verdaderos contra sus colegas, sus antepasados, cuando hicieron el cisma, habrían ganado su causa ante la Iglesia de ultramar, de donde emanó a estas partes la autoridad de la fe cristiana, de modo que estuvieran fuera aquellos contra quienes objetaban esos mismos crímenes. Pero ahora, cuando aquellos se encuentran dentro comunicando con las Iglesias apostólicas, cuyos nombres tienen y recitan en los Libros sagrados, mientras que estos están situados fuera y separados de aquella comunión, ¿quién no entenderá que tuvieron buena causa los que pudieron ganarla ante jueces imparciales? O si tenían buena causa y no pudieron probarla ante las Iglesias de ultramar, ¿en qué les dañó el orbe de la tierra, donde los obispos no podían condenar temerariamente a sus colegas que no habían sido convictos ante ellos de los crímenes objetados? Así, los inocentes son rebautizados y Cristo es soplado fuera (exsufflatur) en los inocentes. Pero si esos mismos donatistas conocían crímenes verdaderos de sus colegas africanos y descuidaron demostrarlos y probarlos ante las Iglesias de ultramar, ellos mismos se cortaron de la unidad de Cristo por un cismo malvadísimo, no tienen qué excusar, y vosotros lo sabéis; sobre todo porque surgieron entre ellos tantos malvados y los toleraron durante tantos años para no desgarrar la parte de Donato, y no dudaron en aquel tiempo, objetando sus falsas sospechas, romper la paz y la unidad de Cristo, y vosotros lo veis.

4. Pero no sé qué costumbre carnal, hermano Severino, te retiene allí; y hace tiempo que me duelo, hace tiempo que gimo, pensando sobre todo en tu prudencia, y hace tiempo que deseo verte para hablar contigo de este asunto. ¿Pues de qué sirve la salud o la consanguinidad temporal si despreciamos la herencia eterna de Cristo y la salvación perpetua en nuestro parentesco? Baste que haya escrito esto por ahora, que para los corazones duros son muy pocas cosas y casi nada; pero para tu ánimo, que bien conozco, son muchísimas y muy grandes. Pues no son mías, que nada soy sino lo que espero de la misericordia de Dios, sino del mismo Dios omnipotente, a quien quienquiera que en este siglo desprecie como padre, encontrará en el futuro como juez.

EPISTOLA LIII. Confutatur epistola presbyteri cujusdam donatistae qui Generosum catholicum Constantinensem seducere moliebatur, simulans ab angelo se monitum ut ipsum ad Donatistarum partes adduceret.

Dilectissimo et honorabili fratri GENEROSO, FORTUNATUS, ALYPIUS et AUGUSTINUS, in Domino salutem.

CAPUT PRIMUM.

1. Quoniam nobis notam esse voluisti epistolam quam ad te Donatistarum presbyter dedit, quanquam eam tu quoque catholico animo deriseris: tamen ut ei potius si non desperate desipit, consulas, haec ad eum rescripta petimus perferas. Ille enim ordinem Christianitatis civitatis vestrae tibi ut insinuaret, jussisse sibi angelum scripsit, cum tu teneas Christianitatem, non civitatis tuae tantum, nec tantum Africae vel Afrorum, sed totius orbis terrae, quae annuntiata est et annuntiatur omnibus gentibus. Unde illis parum est, quod praecisos esse non pudet, nec sibi subveniunt, ut cum possunt, redeant ad radicem, nisi etiam secum alios praecidere, et sicut ligna arida in ignem destinare conentur. Quapropter si tibi ipsi angelus astitisset, quem sibi ille propter te astitisse, quantum arbitramur, astuta vanitate confingit, et haec ipsa tibi dixisset, quae iste mandato illius tibi se insinuare dicit, oporteret te apostolicae sententiae memorem fieri, qui ait: Licet si nos, aut angelus de coelo vobis evangelizaverit, praeter id quod evangelizavimus vobis, anathema sit (Gal. I, 8). Evangelizatum est enim tibi per vocem ipsius Domini Jesu Christi, quod omnibus gentibus annuntiabitur Evangelium ejus, et tunc finis erit (Matth. XXIV, 14). Evangelizatum tibi est per propheticas et apostolicas Litteras, quod Abrahae dictae sunt promissiones et semini ejus quod est Christus (Gal. III, 16), cum ei diceret Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes (Gen. XII, 3). Has ergo promissiones tenenti, si tibi angelus de coelo diceret, Dimitte Christianitatem orbis terrae, et tene partis Donati, cujus ordo tibi exponitur in epistola episcopi tuae civitatis, anathema esse deberet; quia te a toto praecidere, et in partem contrudere conaretur, et alienare a promissis Dei.

2. Si enim ordo episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius et vere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiae figuram gerenti Dominus ait: Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam (Matth. XVI, 18). Petro enim successit Linus; Lino, Clemens; Clementi, Anacletus; Anacleto, Evaristus; Evaristo, Alexander; Alexandro, Sixtus; Sixto, Telesphorus; Telesphoro, Iginus; Igino, Anicetus; Aniceto, Pius; Pio, Soter,

EPÍSTOLA LIII. Se confuta la carta de un cierto presbítero donatista que intentaba seducir a Generoso, católico de Constantina, simulando que había sido amonestado por un ángel para llevarlo a las filas de los donatistas.

Al amadísimo y honorable hermano GENEROSO, FORTUNATO, ALIPIO y AGUSTÍN [saludan] en el Señor.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Puesto que quisiste que nos fuera conocida la carta que te dio el presbítero de los donatistas, aunque tú también te hayas reído de ella con ánimo católico: sin embargo, para que más bien mires por él, si no es desesperadamente necio, te pedimos que le entregues esta respuesta. Pues él escribió que un ángel le había mandado insinuarte el orden de la cristiandad de vuestra ciudad, cuando tú posees la cristiandad no solo de tu ciudad, ni solo de África o de los africanos, sino de todo el orbe de la tierra, la cual ha sido anunciada y se anuncia a todas las naciones. Por lo cual les parece poco que no se avergüencen de estar cortados, ni se socorren a sí mismos para regresar a la raíz cuando pueden, sino que intentan además cortar a otros consigo y destinarlos al fuego como leña seca. Por lo cual, si a ti mismo se te hubiera aparecido un ángel, el cual él finge con astuta vanidad que se le apareció por tu causa, según juzgamos, y te hubiera dicho estas mismas cosas que este dice que te insinúa por mandato de aquel, convendría que te acordaras de la sentencia apostólica, que dice: «Aunque nosotros o un ángel del cielo os evangelizara algo distinto de lo que os hemos evangelizado, sea anatema» (Gál. 1, 8). Pues se te ha evangelizado por la voz del mismo Señor Jesucristo que su Evangelio será anunciado a todas las naciones, y entonces vendrá el fin (Mat. 24, 14). Se te ha evangelizado por las Letras proféticas y apostólicas que a Abraham le fueron dichas las promesas y a su descendencia, que es Cristo (Gál. 3, 16), cuando Dios le decía: «En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones» (Gén. 12, 3). Por tanto, para quien mantiene estas promesas, si un ángel del cielo te dijera: «Abandona la cristiandad del orbe de la tierra y mantén la parte de Donato, cuyo orden se te expone en la carta del obispo de tu ciudad», debería ser anatema; porque intentaría cortarte del todo y empujarte a una parte, y alienarte de las promesas de Dios.

2. Pues si se ha de considerar el orden de los obispos que se suceden unos a otros, cuánto más cierta y verdaderamente saludable contamos desde el mismo Pedro, a quien, representando la figura de toda la Iglesia, le dice el Señor: «Sobre esta piedra edificaré mi Iglesia, y las puertas del infierno no la vencerán» (Mat. 16, 18). Pues a Pedro le sucedió Lino; a Lino, Clemente; a Clemente, Anacleto; a Anacleto, Evaristo; a Evaristo, Alejandro; a Alejandro, Sixto; a Sixto, Telesforo; a Telesforo, Higinio; a Higinio, Aniceto; a Aniceto, Pío; a Pío, Sotero;

Soteri, Eleutherius; Eleutherio, Victor; Victori, Zephirinus; Zephirino, Calixtus: Calixto, Urbanus; Urbano, Pontianus; Pontiano, Antherus; Anthero, Fabianus; Fabiano, Cornelius; Cornelio, Lucius; Lucio, Stephanus; Stephano, Xystus; Xysto, Dionysius; Dionysio, Felix; Felici, Eutychianus; Eutychiano, Gaius; Gaio, Marcellinus; Marcellino, Marcellus; Marcello, Eusebius; Eusebio, Miltiades; Miltiadi, Sylvester; Sylvestro, Marcus; Marco, Julius; Julio, Liberius; Liberio, Damasus; Damaso, Siricius; Siricio, Anastasius. In hoc ordine successionis nullus donatista episcopus invenitur. Sed ex transverso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis praesidens Afris in urbe Roma Montensium vel Cutzupitarum vocabulum propagavit.

3. In illum autem ordinem episcoporum qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eamdem cathedram sedet, etiamsi quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil praejudicaret Ecclesiae et innocentibus christianis, quibus Dominus providens, ait de praepositis malis: Quae dicunt, facite; quae autem faciant, facere nolite: dicunt enim, et non faciunt (Matth. XXIII, 3). Ut certa sit spes fidelis, quae non in homine, sed in Domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur; sicut isti dissipati sunt, qui legunt in codicibus sanctis Ecclesias quibus Apostoli scripserunt, et nullum in eis habent episcopum. Quid autem perversius et insanius, quam lectoribus easdem Epistolas legentibus dicere, Pax tecum, et ab earum Ecclesiarum pace separari, quibus ipsae Epistolae scriptae sunt?

CAPUT II.

4. Tamen ne sibi etiam de Constantinensi, hoc est civitatis vestrae episcoporum ordine blandiantur, recita illi Gesta apud Munatium Felicem Flaminem perpetuum curatorem tunc ejusdem civitatis vestrae, Diocletiano octavum, et Maximiano septimum consulibus, undecimo calendas junias, quibus liquido constitit ita Paulum episcopum tradidisse, ut Sylvanus tunc ejus subdiaconus fuerit, et cum illo tradiderit proferens instrumenta dominica, etiam quae diligenter fuerant occultata, capitulatam argenteam, et lucernam argenteam, ita ut ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras, si non illas invenisses.

a Sotero, Eleuterio; a Eleuterio, Víctor; a Víctor, Ceferino; a Ceferino, Calixto; a Calixto, Urbano; a Urbano, Ponciano; a Ponciano, Antero; a Antero, Fabiano; a Fabiano, Cornelio; a Cornelio, Lucio; a Lucio, Esteban; a Esteban, Sixto; a Sixto, Dionisio; a Dionisio, Félix; a Félix, Eutiquiano; a Eutiquiano, Cayo; a Cayo, Marcelino; a Marcelino, Marcelo; a Marcelo, Eusebio; a Marcelo, Eusebio; a Melquíades, Silvestre; a Silvestre, Marcos; a Marcos, Julio; a Julio, Liberio; a Liberio, Dámaso; a Dámaso, Siricio; a Siricio, Anastasio. En este orden de sucesión no se encuentra ningún obispo donatista. Pero enviaron desde África a uno ordenado transversalmente, el cual, presidiendo a unos pocos africanos en la ciudad de Roma, propagó el nombre de montenses o cutzupitas.

3. Pero en aquel orden de obispos que se conduce desde el mismo Pedro hasta Anastasio, que ahora se sienta en la misma cátedra, aunque algún traidor (traditor) se hubiera infiltrado en aquellos tiempos, nada perjudicaría a la Iglesia ni a los cristianos inocentes, por quienes el Señor, proveyendo, dice de los malos prepuestos: «Haced lo que dicen, pero no hagáis lo que hacen: pues dicen y no hacen» (Mat. 23, 3). Para que sea cierta la esperanza del fiel, la cual, puesta no en el hombre sino en el Señor, nunca sea disipada por la tempestad del cisma sacrílego; tal como han sido disipados estos, que leen en los códices sagrados las Iglesias a las que escribieron los Apóstoles, y no tienen ningún obispo en ellas. ¿Y qué hay más perverso e insano que decir a los lectores que leen esas mismas Epístolas: «La paz sea contigo», y estar separado de la paz de aquellas Iglesias a las que fueron escritas esas mismas Epístolas?

CAPÍTULO II.

4. Sin embargo, para que no se lisonjeen también sobre el [orden] constantinense, esto es, sobre el orden de los obispos de vuestra ciudad, léele las Actas (Gesta) ante Munacio Félix, flamíneo perpetuo, curador entonces de esa misma ciudad vuestra, siendo cónsules Diocleciano por octava vez y Maximiano por séptima, el día undécimo antes de las calendas de junio, por las cuales constó claramente que el obispo Paulo entregó [los libros] de tal modo que Silvano era entonces su subdiácono, y entregó con él, sacando los instrumentos del Señor, incluso los que habían sido diligentemente ocultados, una copa (capitulata) de plata y una lámpara de plata, de modo que un tal Víctor le dijo: «Habrías muerto si no hubieras encontrado aquellas cosas».

Hunc iste Sylvanum, manifestissimum traditorem, pro magno commemorat in epistola quam tibi scribit, a Secundo Tigisitano primae sedis episcopo episcopum tunc ordinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua, et cognoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. Recita illi etiam, si voluerit, Gesta ecclesiastica ejusdem Secundi Tigisitani in domo Urbani Donati habita, ubi confessos traditores judici Deo dimisit, Donatum Masculitanum, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamensem, cum quibus confessis traditoribus memoratum traditorem Silvanum eis ordinavit episcopum. Recita illi Gesta apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus iratus Silvano, quod ab eo fuerit excommunicatus, haec omnia judiciis prodidit, quae certis documentis et responsionibus testium, et recitatione Gestorum et multarum epistolarum, luce clarius constiterunt.

CAPUT II.

4. Tamen ne sibi etiam de Constantinensi, hoc est civitatis vestrae episcoporum ordine blandintur, recita illi Gesta apud Munatium Felicem Flaminem perpetuum curatorem tunc ejusdem civitatis vestrae, Diocletiano octavum, et Maximiano septimum consulibus, undecimo calendas junias, quibus liquido constitit ita Paulum episcopum tradidisse, ut Sylvanus tunc ejus subdiaconus fuerit, et cum illo tradiderit proferens instrumenta dominica, etiam quae diligenter fuerant occultata, capitulatam argenteam, et lucernam argenteam, ita ut ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras, si non illas invenisses. Hunc iste Sylvanum, manifestissimum traditorem, pro magno commemorat in epistola quam tibi scribit, a Secundo Tigisitano primae sedis episcopo episcopum tunc ordinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua, et cognoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. Recita illi etiam, si voluerit, Gesta ecclesiastica ejusdem Secundi Tigisitani in domo Urbani Donati habita, ubi confessos traditores judici Deo dimisit, Donatum Masculitanum, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamensem, cum quibus confessis traditoribus memoratum traditorem Silvanum eis ordinavit episcopum. Recita illi Gesta apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus iratus Silvano, quod ab eo fuerit excommunicatus, haec omnia judiciis prodidit, quae certis documentis et responsionibus testium, et recitatione Gestorum et multarum epistolarum, luce clarius constiterunt.

A este Silvano, traidor manifiestísimo, ese lo conmemora como algo grande en la carta que te escribe, como habiendo sido ordenado obispo entonces por Segundo de Tigisis, obispo de la primera sede. Calle, pues, su lengua soberbia y reconozca sus propios crímenes, no sea que, delirando, hable de los ajenos. Léele también, si quiere, las Actas eclesiásticas de ese mismo Segundo de Tigisis celebradas en casa de Urbano Donato, donde dejó al juicio de Dios a traidores confesos: Donato de Masculua, Marino de Aquas Tibilitanas, Donato de Calama, con los cuales traidores confesos ordenó obispo para ellos al mencionado traidor Silvano. Léele las Actas ante el consular Zenófilo, donde un tal Nundinario, diácono airado con Silvano porque había sido excomulgado por él, denunció todas estas cosas ante los juicios, las cuales por documentos ciertos y respuestas de testigos, y por la lectura de las Actas y de muchas cartas, constaron más claras que la luz.

CAPÍTULO II.

4. Sin embargo, para que no se lisonjeen también sobre el [orden] constantinense, esto es, sobre el orden de los obispos de vuestra ciudad, léele las Actas (Gesta) ante Munacio Félix, flamíneo perpetuo, curador entonces de esa misma ciudad vuestra, siendo cónsules Diocleciano por octava vez y Maximiano por séptima, el día undécimo antes de las calendas de junio, por las cuales constó claramente que el obispo Paulo entregó [los libros] de tal modo que Silvano era entonces su subdiácono, y entregó con él, sacando los instrumentos del Señor, incluso los que habían sido diligentemente ocultados, una copa (capitulata) de plata y una lámpara de plata, de modo que un tal Víctor le dijo: «Habrías muerto si no hubieras encontrado aquellas cosas». A este Silvano, traidor manifiestísimo, ese lo conmemora como algo grande en la carta que te escribe, como habiendo sido ordenado obispo entonces por Segundo de Tigisis, obispo de la primera sede. Calle, pues, su lengua soberbia y reconozca sus propios crímenes, no sea que, delirando, hable de los ajenos. Léele también, si quiere, las Actas eclesiásticas de ese mismo Segundo de Tigisis celebradas en casa de Urbano Donato, donde dejó al juicio de Dios a traidores confesos: Donato de Masculua, Marino de Aquas Tibilitanas, Donato de Calama, con los cuales traidores confesos ordenó obispo para ellos al mencionado traidor Silvano. Léele las Actas ante el consular Zenófilo, donde un tal Nundinario, diácono airado con Silvano porque había sido excomulgado por él, denunció todas estas cosas ante los juicios, las cuales por documentos ciertos y respuestas de testigos, y por la lectura de las Actas y de muchas cartas, constaron más claras que la luz.

5. Multa sunt alia quae illi recites, si non contentiose agere, sed prudenter audire voluerit: preces Donatistarum ad Constantinum, ut propter ipsam causam inter Afros episcopos dirimendam judices ex Gallia episcopos mitteret. Litteras etiam ejusdem imperatoris, ubi episcopos misit ad urbem Romam. Gesta quoque in urbe Roma, ubi ab episcopis quos ille miserat, causa cognita atque discussa est. Itemque alias litteras, ubi declarat memoratus imperator eos apud se de collegarum suorum judicio, id est episcoporum quos ad urbem Romam miserat, fuisse conquestos; ubi etiam alios episcopos voluit apud Arelatum judicare; ubi isti et ab ipsorum judicio ad eumdem Imperatorem appellaverunt; ubi postremo causam inter partes ipse cognovit; ubi eos vehementissime detestatur innocentia Caeciliani fuisse superatos. Quae si voluerit, audiet, et tacebit, et desinet insidiari veritati.

CAPUT III.

6. Quanquam nos non tam de istis documentis praesumamus, quam de Scripturis sanctis, ubi haereditas Christi usque ad terminos terrae promissa est in omnibus gentibus: unde isti nefario schismate separati, jactant crimina in paleam messis dominicae; quae necesse est usque ad finem permixta toleretur, donec ultimo judicio tota area ventiletur. Unde manifestum est ista crimina seu vera seu falsa non pertinere ad frumenta dominica, quae per totum agrum, id est istum mundum usque in finem seculi oportet crescere, sicut non falsus angelus in hujus errore, sed Dominus in Evangelio loquitur (Matth. XIII, 30). Ideoque in christianos innocentes, qui per totum orbem malis christianis tanquam paleae suae vel zizaniis permixti sunt, multa falsa crimina et vana jactantibus his miseris Donatistis merito Deus reddidit, ut Maximianistas apud Carthaginem schismaticos suos Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores universali concilio suo damnarent: ut ex eorum numero post non parvum tempus quosdam in honoribus episcopatus sui, Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum cogente Optato Gildoniano susciperent, cum omnibus quos damnati extra baptizaverant.

Quod si ab eis, quos ore proprio tanquam sceleratos et sacrilegos damnaverunt, et quos illis primis schismaticis, quos vivos terra obruit (Num.

5. Hay muchas otras cosas que puedes leerle, si quiere no actuar contenciosamente sino oír prudentemente: las súplicas de los donatistas a Constantino para que, por esa misma causa que debía decidirse entre los obispos africanos, enviara jueces obispos de las Galias. También las cartas del mismo emperador, donde envió obispos a la ciudad de Roma. También las Actas en la ciudad de Roma, donde, por los obispos que él había enviado, la causa fue conocida y discutida. E igualmente otras cartas, donde el mencionado emperador declara que aquellos se quejaron ante él del juicio de sus colegas, esto es, de los obispos que había enviado a la ciudad de Roma; donde también quiso que otros obispos juzgaran en Arlés; donde estos apelaron incluso del juicio de aquellos ante el mismo Emperador; donde finalmente él mismo conoció la causa entre las partes; donde detesta vehementísimamente que hayan sido superados por la inocencia de Ceciliano. Cosas que si quiere, las oirá, y callará, y dejará de tender insidias a la verdad.

CAPÍTULO III.

Aunque nosotros no presumimos tanto de esos documentos como de las Sagradas Escrituras, donde la herencia de Cristo es prometida hasta los términos de la tierra en todas las naciones: por lo cual estos, separados por un nefario cisma, jactan crímenes contra el tamo de la mies del Señor; el cual es necesario que sea tolerado mezclado hasta el fin, hasta que en el último juicio toda la era sea aventada. Por lo cual es manifiesto que esos crímenes, sean verdaderos o falsos, no pertenecen al trigo del Señor, el cual por todo el campo, esto es, este mundo, conviene que crezca hasta el fin del siglo, como no un falso ángel en el error de este hombre, sino el Señor en el Evangelio habla (Mat. 13, 30). Y por eso, sobre los cristianos inocentes, que por todo el orbe están mezclados con los malos cristianos como con su tamo o cizaña (zizania), mientras estos míseros donatistas jactan muchos crímenes falsos y vanos, Dios les ha devuelto merecidamente que condenaran en su concilio universal a los maximianistas en Cartago, sus propios cismáticos, condenadores de Primiano, bautizadores fuera de Primiano, rebautizadores después de Primiano: de modo que de su número, después de no poco tiempo, recibieran a algunos en los honores de su episcopado, a Feliciano de Musti y a Pretextato de Assuras, obligándoles Optato el Gildoniano, con todos aquellos a quienes los condenados habían bautizado fuera.

Pues si ellos no se manchan con aquellos a quienes condenaron por su propia boca como malvados y sacrílegos, y a quienes compararon con aquellos primeros cismáticos a los que la tierra tragó vivos (Núm.

XVI, 31-33), compararunt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo receptis communicant; evigilent aliquando, cogitent quanta caecitate et quanta insania dicant orbem terrarum ignotis Afrorum criminibus esse maculatum, et haec haereditatem Christi, quae promissa exhibita est in omnibus gentibus, peccatis Afrorum per contagionem communicationis fuisse deletam, quando se nolunt deletos et maculatos videri, dum eis communicant, quorum crimina cognita judicarunt.

7. Quapropter cum Paulus apostolus iterum dicat quia ipse satanas transfigurat se in angelum lucis, unde non esse mirum si ministri ejus transfigurant se sicut ministros justitiae (II Cor. XI, 13-15); si vere iste aliquem angelum vidit erroris nuntium, et de unitate catholica Christianos separare cupientem, ipse passus est angelum satanae transfigurantem se velut angelum lucis. Si autem mentitur, et nihil tale vidit, ipse est minister satanae, transfigurans se velut ministrum justitiae. Et tamen ista omnia considerans, si nimium perversus et pertinax esse noluerit, poterit ab omni vel aliena vel sua seductione liberari. Nos enim per occasionem tuam sine aliquo odio convenimus, hoc circa eum servantes quod Apostolus dicit: Servum autem Domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diversa sentientes; ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso in ipsius voluntatem (II Tim. II, 24-26). Si ergo aliquid aspere diximus, non ad amaritudinem dissensionis, sed ad correctionem dilectionis valere cognoscat. Incolumis vivas in Christo, dilectissime et honorabilis frater.

DE DUABUS EPISTOLIS PROXIME SEQUENTIBUS. (LIB. II RETRACT. CAP. XX.)

CAPUT III.

4. Dixerit aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiam: quaesieris quare. Quoniam, inquit, eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusque vivit, quo ad tantum Sacramentum dignus accedat: Qui enim manducaverit indigne, judicium sibi manducat et bibit (I Cor. XI, 29). Alius contra: Imo, inquit, si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario removeri ad agendam poenitentiam, et eadem auctoritate reconciliari.

16, 31-33), cuando comunican con ellos recibidos de nuevo en su honor; despierten alguna vez, piensen con cuánta ceguera y con cuánta locura dicen que el orbe de la tierra está manchado por crímenes desconocidos de los africanos, y que esta herencia de Cristo, que prometida ha sido exhibida en todas las naciones, ha sido borrada por los pecados de los africanos por el contagio de la comunicación, cuando ellos no quieren ser vistos como borrados y manchados mientras comunican con aquellos cuyos crímenes conocidos juzgaron.

7. Por lo cual, como el apóstol Pablo dice de nuevo que el mismo Satanás se transfigura en ángel de luz, por lo que no es de extrañar que sus ministros se transfiguren como ministros de justicia (2 Cor. 11, 13-15); si verdaderamente ese vio a algún ángel como mensajero del error y que deseaba separar a los cristianos de la unidad católica, él mismo ha padecido a un ángel de Satanás transfigurándose como un ángel de luz. Pero si miente y no vio tal cosa, él mismo es un ministro de Satanás, transfigurándose como un ministro de justicia. Y sin embargo, considerando todas estas cosas, si no quiere ser demasiado perverso y pertinaz, podrá ser librado de toda seducción, ya sea ajena o propia. Pues nosotros, por tu ocasión, nos hemos reunido sin ningún odio, guardando respecto a él lo que dice el Apóstol: «Pero al siervo del Señor no le conviene litigar, sino ser manso para con todos, dócil, paciente, corrigiendo con modestia a los que sienten de otro modo; por si tal vez Dios les conceda el arrepentimiento para conocer la verdad, y vuelvan en sí de los lazos del diablo, por quien están cautivos para su voluntad» (2 Tim. 2, 24-26). Si, pues, hemos dicho algo ásperamente, reconozca que no vale para la amargura de la disensión, sino para la corrección del amor. Que vivas incólume en Cristo, amadísimo y honorable hermano.

SOBRE LAS DOS EPÍSTOLAS QUE SIGUEN INMEDIATAMENTE. (LIB. II DE LAS RETRACTACIONES, CAP. XX.)

CAPÍTULO III.

4. Dirá alguno que no se debe recibir la Eucaristía diariamente: preguntarías por qué. Porque, dice, se han de elegir los días en que el hombre vive más pura y continentemente, para que acceda dignamente a tan gran Sacramento: «Pues quien comiere indignamente, juicio para sí come y bebe» (1 Cor. 11, 29). Otro, al contrario: Al contrario, dice, si es tanta la plaga del pecado y el ímpetu de la enfermedad que tales medicamentos deban diferirse, por autoridad del obispo (antistitis) debe cada uno ser removido del altar para hacer penitencia, y por la misma autoridad ser reconciliado.

Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat quo debet agere poenitentiam; non ut arbitrio suo, cum libet, vel auferat se communioni vel reddat. Caeterum peccata si tanta non sunt, ut excommunicandus quisque judicetur, non se debet a quotidiana medicina Dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet ut praecipue in Christi pace permaneant: faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus et sanguinem Domini, sed saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeposuit, Zachaeus et ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum (Luc. XIX, 6), alter dixerit, Non sum dignus ut intres sub tectum meum (Matth. VIII, 8): ambo Salvatorem honorificantes diverso et quasi contrario modo; ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem quod in primo populo unicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat, sic uniuscujusque in corde christiani Sacramentum illud, quo subjugatus est mundus. Nam et ille honorando non audet quotidie sumere, et ille honorando non audet ullo die praetermittere. Contemptum solum non vult cibus iste, sicut nec manna fastidium. Inde enim et Apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernebant a caeteris cibis veneratione singulariter debita: continuo quippe cum dixisset, Judicium sibi manducat et bibit, addidit ut diceret, non dijudicans corpus Domini (I Cor. XI, 29); quod satis toto ipso loco in Epistola ad Corinthios prima, si diligenter attendatur, apparet.

CAPUT IV.

5. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perseverantes in observatione Quadragesimae, nec quinta sabbati lavant, relaxantve jejunium: Non, inquit, hodie jejunabo. Quaeritur causa: Quia non fit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille, nisi consuetudinem suam consuetudini alterius praeponere conatur? Non enim mihi de Libro Dei hoc recitaturus est, aut universae quacumque dilatatur Ecclesiae plena voce certabit, aut ostendet istum contra fidem facere, se autem secundum fidem, moresque hinc optimos aut illum violare, aut se custodire convincet. Violant sane quietem et pacem suam de superflua quaestione rixando. Mallem tamen in rebus hujusmodi, ut et ille in hujus, et hic in illius patria, ab eo quod caeteri faciunt non abhorreret.

Pues esto es recibir indignamente: si recibe en aquel tiempo en que debe hacer penitencia; no para que, a su arbitrio, cuando le plazca, o se retire de la comunión o se reintegre. Por lo demás, si los pecados no son tales que deba juzgarse que cada uno ha de ser excomulgado, no debe separarse de la medicina cotidiana del cuerpo del Señor. Quizás alguien dirime con más rectitud el pleito entre ellos, quien aconseja que permanezcan principalmente en la paz de Cristo: haga, pues, cada uno lo que según su fe cree piadosamente que debe hacerse. Pues ninguno de ellos deshonra el cuerpo y la sangre del Señor, sino que compiten por honrar a porfía el saludabilísimo Sacramento. Pues no litigaron entre sí, ni ninguno de ellos se antepuso al otro, Zaqueo y aquel Centurión, cuando uno de ellos recibió gozoso al Señor en su casa (Lc 19, 6), y el otro dijo: «No soy digno de que entres bajo mi techo» (Mt 8, 8): ambos honrando al Salvador de modo diverso y como contrario; ambos miserables por sus pecados, ambos habiendo alcanzado misericordia. También vale para esta similitud que en el primer pueblo el maná sabía en la boca de cada uno según su propia voluntad, así aquel Sacramento en el corazón de cada cristiano, por el cual el mundo ha sido subyugado. Pues tanto aquel, por honrar, no se atreve a recibirlo diariamente, como aquel, por honrar, no se atreve a omitirlo ningún día. Este alimento solo no quiere el desprecio, así como el maná no quiere el fastidio (fastidium). Por eso también el Apóstol dice que fue recibido indignamente por aquellos que no discernían esto de los demás alimentos con la veneración singularmente debida: pues inmediatamente después de haber dicho: «Juicio para sí come y bebe», añadió para decir: «no discerniendo el cuerpo del Señor» (1 Cor. 11, 29); lo cual aparece suficientemente en todo ese pasaje de la primera Epístola a los Corintios, si se atiende diligentemente.

CAPÍTULO IV.

5. Supongamos que alguien es peregrino en aquel lugar, por casualidad, donde los que perseveran en la observancia de la Cuaresma ni se lavan el jueves (quinta sabbati) ni relajan el ayuno: «Hoy no ayunaré», dice. Se busca la causa: «Porque no se hace así», dice, «en mi patria». ¿Qué otra cosa intenta él, sino anteponer su propia costumbre a la costumbre ajena? Pues no me va a recitar esto del Libro de Dios, ni combatirá con voz plena por la Iglesia universal dondequiera que se dilata, ni mostrará que aquel hace algo contra la fe y él mismo según la fe, ni convencerá de que aquel viola aquí las mejores costumbres o que él mismo las guarda. Ciertamente violan su propia quietud y paz riñendo por una cuestión superflua. Preferiría, sin embargo, en cosas de este tipo, que tanto aquel en la patria de este, como este en la patria de aquel, no se apartara de lo que hacen los demás.

Si vero etiam in aliena patria cum peregrinaretur, ubi major et frequentior et ferventior est populus Dei, vidit, verbi gratia, bis offerri quinta sabbati hebdomadae ultimae Quadragesimae, et mane et ad vesperam, veniensque in patriam suam, ubi in fine diei mos est offerri, male atque illicite fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse viderit, puerilis est iste sensus, cavendus in nobis, tolerandus in aliis, corrigendus in nostris.

CAPUT V.

6. Prima ergo inquisitio tua, quam in commonitorio posuisti, ex quo trium istorum generum sit, attende. Quaeris enim his verbis: Quid per quintam feriam ultimae hebdomadis Quadragesimae fieri debeat? an offerendum sit mane, et rursus post coenam, propter illud quod dictum est, «Similiter postquam coenatum est?» (Luc. XXII, 20.) an jejunandum, et post coenam tantummodo offerendum? an etiam jejunandum, et post oblationem, sicut facere solemus, coenandum? Ad haec itaque ita respondeo, ut quid horum sit faciendum, si divinae Scripturae praescribit auctoritas, non sit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus, ut jam non quomodo faciendum, sed quomodo Sacramentum intelligendum sit, disputemus. Similiter etiam si quid horum tota per orbem frequentat Ecclesia nam et hinc quin ita faciendum sit, disputare insolentissimae insaniae est. Sed neque hoc, neque illud inest in eo quod tu quaeris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit, quod per loca regionesque variatur. Faciat ergo quisque quod in ea Ecclesia in quam venit, invenerit. Non enim quidquam corum contra fidem fit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim causis, id est aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet quod perperam fiebat, vel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quae adjuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter quae utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est.

7. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est: Identidem et calicem post coenam dicens, etc. Ipsam enim potuit appellare coenam, qua jam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit, Convenientibus ergo vobis in unum, non est dominicam coenam manducare (I Cor. XI, 20), hanc ipsam acceptionem Eucharistiae dominicam coenam vocans.

CAPUT VI.

Pero si de hecho también en patria ajena, cuando peregrinaba, donde el pueblo de Dios es mayor y más frecuente y más ferviente, vio, por ejemplo, que se ofrecía dos veces el jueves de la última semana de Cuaresma, tanto por la mañana como por la tarde, y al venir a su patria, donde es costumbre ofrecer al final del día, sostuviera que se hace mal e ilícitamente porque él mismo vio otra cosa en otra parte, ese sentido es infantil: debe evitarse en nosotros, tolerarse en los otros, corregirse en los nuestros.

CAPÍTULO V.

6. Por lo tanto, tu primera indagación, que pusiste en el memorial, observa de cuál de esos tres géneros sea. Preguntas, en efecto, con estas palabras: «¿Qué debe hacerse el jueves (quinta feria) de la última semana de Cuaresma? ¿se ha de ofrecer por la mañana, y de nuevo después de la cena, por aquello que se dijo: "Asimismo, después de haber cenado"? (Lc 22, 20); ¿o se ha de ayunar y ofrecer solamente después de la cena?; ¿o también se ha de ayunar y, después de la oblación, como solemos hacer, cenar?». A estas cosas, pues, respondo así: que, sobre cuál de estas cosas deba hacerse, si lo prescribe la autoridad de la divina Escritura, no se ha de dudar que debemos hacerlo tal como leemos, de modo que ya no disputemos cómo ha de hacerse, sino cómo ha de entenderse el Sacramento. Del mismo modo también, si la Iglesia entera por todo el orbe frecuenta alguna de estas cosas; y de aquí que disputar si así ha de hacerse, es de una insolentísima locura. Pero ni esto ni aquello se halla en lo que tú preguntas. Resta, pues, que sea de aquel tercer género, que varía por lugares y regiones. Haga, pues, cada uno lo que hallare en aquella Iglesia a la que venga. Pues nada de ello se hace contra la fe, ni contra las mejores costumbres de aquí o de allá. Pues por estas causas, es decir, o por la fe o por las costumbres, o conviene enmendar lo que se hacía perversamente, o instituir lo que no se hacía. Ciertamente la misma mutación de la costumbre, incluso la que ayuda por su utilidad, perturba por su novedad. Por lo cual, la que no es útil, es consecuentemente nociva por su perturbación infructuosa.

7. Ni por eso debe pensarse que se ha instituido en muchos lugares el que en aquel día se ofrezca después de la refección porque está escrito: «Igualmente también el cáliz después de la cena diciendo», etc. Pues pudo llamar cena a aquello mismo con que ya habían recibido el cuerpo, para que luego recibieran el cáliz. Pues el Apóstol dice en otra parte: «Al reuniros, pues, en uno, no es comer la cena del Señor» (1 Cor. 11, 20), llamando a esta misma recepción de la Eucaristía cena del Señor.

CAPÍTULO VI.

Illud magis movere potuit homines, utrum jam refecti die illa vel offerrent vel sumerent Eucharistiam, quod in Evangelio dicitur, Cum autem illi manducarent, accepit Jesus panem et benedixit; cum etiam superius dixisset: Cum sero autem factum esset, recumbebat cum duodecim, et manducantibus eis dixit, Quoniam unus ex vobis tradet me (Matth. XXVI, 26, 20, 21). Postea enim tradidit Sacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus et sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos.

8. Numquid tamen propterea calumniandum est universae Ecclesiae quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam caeteri cibi: nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi aut coenati fratres ad illud Sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit et emendat, mensis suis ista miscere. Namque Salvator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit altius infigere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non praecepit quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, servaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo variasset. Cum vero ait Apostolus de hoc Sacramento loquens, Propter quod, fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non ad judicium conveniatis; statim subtexuit: Caetera autem cum venero, ordinabo (I Cor. XI, 33, 34). Unde intelligi datur (quia multum erat, ut in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem universa per orbem servat Ecclesia) ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diversitate variatur.

CAPUT VII.

9. Sed nonnullos probabilis quaedam ratio delectavit, ut uno certo die per annum, quo ipsam coenam Dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri et accipi liceat corpus et sanguinem Domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam jejunaverit, post refectionem quae hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus ante dominicam illam coenam prandere, sed nulli etiam contradicere audemus. Hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures et prope omnes in plerisque locis eo die lavare consueverunt.

Más pudo mover a los hombres el si ya cenados en aquel día debían u ofrecer o tomar la Eucaristía, porque se dice en el Evangelio: «Y mientras ellos comían, tomó Jesús el pan y lo bendijo»; habiendo dicho también arriba: «Y cuando se hizo tarde, se sentó a la mesa con los doce, y mientras comían dijo: 'En verdad os digo que uno de vosotros me entregará'» (Mt 26, 26, 20, 21). Pues después entregó el Sacramento. Y aparece claramente que, cuando por primera vez los discípulos recibieron el cuerpo y la sangre del Señor, no los recibieron en ayunas.

8. ¿Acaso, sin embargo, por eso se ha de calumniar a la Iglesia universal porque siempre se recibe por quienes están en ayunas? Pues por esto plugo al Espíritu Santo que, en honor de tan gran Sacramento, el cuerpo del Señor entrara en la boca del cristiano antes que los demás alimentos: por eso, en efecto, se guarda esta costumbre por todo el orbe. Pues no porque el Señor lo dio después de los alimentos, por eso deben los hermanos, reunidos para recibir aquel Sacramento, estar ya comidos o cenados, o, como hacían aquellos a quienes el Apóstol arguye y enmienda, mezclar aquellas cosas con sus mesas. Pues el Salvador, para encomendar con más vehemencia la altura de aquel misterio, quiso fijar esto último más profundamente en los corazones y en la memoria de los discípulos, de quienes iba a separarse para la pasión. Y por eso no prescribió en qué orden se tomaría en adelante, para reservar este lugar a los Apóstoles, por quienes iba a disponer las Iglesias. Pues si él hubiera aconsejado esto, que siempre se tomara después de otros alimentos, creo que nadie habría variado esa costumbre. Pero cuando el Apóstol dice, hablando de este Sacramento: «Por lo cual, hermanos, cuando os reunáis para comer, esperaos unos a otros. Si alguno tiene hambre, coma en su casa, para que no os reunáis para juicio»; inmediatamente añadió: «Lo demás, cuando viniere, lo ordenaré» (1 Cor. 11, 33-34). De donde se da a entender (porque era mucho que en una epístola insinuara todo aquel orden de actuar que la Iglesia universal observa por todo el orbe) que fue ordenado por él lo que no varía por ninguna diversidad de costumbres.

CAPÍTULO VII.

9. Pero a algunos les ha deleitado cierta razón probable: que en un día determinado del año, en el que el Señor dio aquella misma cena, como para una conmemoración más señalada, sea lícito ofrecer y recibir el cuerpo y la sangre del Señor después de los alimentos. Pero juzgo que se hace más honestamente a aquella hora en que quien incluso haya ayunado pueda acudir a la oblación después de la refección que se hace a la hora novena. Por lo cual, a nadie obligamos a comer antes de aquella cena del Señor, pero tampoco nos atrevemos a contradecir a nadie. No juzgo, sin embargo, que esto se haya instituido sino porque muchos, y casi todos en la mayoría de los lugares, han acostumbrado lavarse en ese día.

Et quia nonnulli etiam jejunium custodiunt, mane offertur propter prandentes, quia jejunia simul et lavacra tolerare non possunt; ad vesperam vero propter jejunantes.

10. Si autem quaeris, cur etiam lavandi mos ortus sit: nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora per observationem Quadragesimae sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lavarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum, quo coena dominica anniversarie celebratur. Et quia concessum est hoc Baptismum accepturis, multi cum his lavare voluerunt, jejuniumque relaxare. His ut potui disputatis, moneo, ut ea quae praelocutus sum serves quantum potes, ut decet Ecclesiae prudentem ac pacificum filium. Alia quae interrogasti, si Dominus voluerit, alio tempore expediam.

AD INQUISITIONES JANUARII LIBER SECUNDUS, SEU EPISTOLA LV.

De ritibus Ecclesiae, vel iis quos negligi nefas est, vel us qui tollendi sunt, si citra majus incommodum liceat. Sabbati mysterium, etc. Quadragesimae jejunium. Lotio pedum. De variis consuetudinibus. Cantus Ecclesiae, etc.

CAPUT PRIMUM.

1. Lectis litteris tuis, ubi me commonuisti ut debitum redderem de residuis enodandis quaestionibus, quas jam longe ante quaesiveras, gratissimum mihi atque charissimum desiderium studii tui amplius differri, tolerare non potui; et quamvis in mediis acervis occupationum mearum, hanc feci praecipuam, ut ad ea quae interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediat jam tandem neddere quod debeo.

2. Quaeris quae causa sit, cur anniversarius dies celebrandae dominicae passionis, non ad eumdem redeat anni diem, sicut dies qua traditur natus: et deinde subjungis, si hoc fit propter sabbatum et lunam, quid sibi velit in hac re observatio sabbati et lunae. Hic primum oportet noveris diem Natalem Domini non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam revocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erat, nisi revolutum anni diem, quo ipsa res acta est, festa devotione signari.

Y porque algunos también guardan el ayuno, se ofrece por la mañana a causa de los que comen, porque no pueden tolerar a la vez los ayunos y los lavatorios; por la tarde, en cambio, a causa de los que ayunan.

10. Si, pues, preguntas por qué surgió también la costumbre de lavarse: nada me ocurre, al pensar en este asunto, más probable sino que los cuerpos de los que han de ser bautizados, ensuciados por la observancia de la Cuaresma, serían llevados a la fuente con ofensa del sentido si no se lavaran algún día. Y que este día fue elegido más bien para esto, en el cual se celebra anualmente la cena del Señor. Y porque esto se concedió a los que iban a recibir el bautismo, muchos quisieron lavarse con ellos y relajar el ayuno. Disputadas estas cosas como pude, te aconsejo que guardes cuanto puedas las que he dicho antes, como conviene a un hijo de la Iglesia prudente y pacífico. Las otras cosas que preguntaste, si el Señor quisiere, las despacharé en otro tiempo.

LIBRO SEGUNDO A LAS INDAGACIONES DE ENERO, O EPÍSTOLA LV.

Sobre los ritos de la Iglesia, o bien los que es un nefas (maldad) descuidar, o bien los que han de ser quitados, si fuera lícito sin mayor incomodidad. El misterio del sábado, etc. El ayuno de la Cuaresma. El lavatorio de los pies. Sobre diversas costumbres. El canto de la Iglesia, etc.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Leídas tus cartas, donde me recordaste que pagara la deuda sobre las cuestiones restantes que faltaban por desenredar, las cuales ya habías preguntado mucho antes, no pude tolerar que se difiriera más el gratísimo y carísimo deseo de tu estudio; y aunque en medio de montones de mis ocupaciones, hice de esta la principal: responderte a lo que me preguntaste. Por lo demás, no quiero disputar más tiempo sobre tu epístola, no sea que esto mismo me impida rendir ya por fin lo que debo.

2. Preguntas cuál es la causa de que el día aniversario de la celebración de la pasión del Señor no vuelva al mismo día del año, como el día en que se transmite que nació; y luego añades: si esto se hace por el sábado y la luna, qué quiere decir en este asunto la observación del sábado y de la luna. Aquí primero conviene que sepas que el día del Nacimiento del Señor (Natalem Domini) no se celebra en sacramento, sino que solo se revoca a la memoria que nació, y por esto no era necesario nada sino que el día vuelto del año, en que se hizo la cosa misma, se señalara con festiva devoción.

Sacramentum est autem in aliqua celebratione, cum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaque modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est revocemus, id est quod mortuus est Christus et resurrexit, sed etiam caetera quae circa ea attestantur, ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim, sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram (Rom. IV, 25); transitus quidam de morte ad vitam in illa passione Domini et resurrectione sacratus est. Nam etiam vocabulum ipsum quod Pascha dicitur, non graecum, sicut vulgo videri solet, sed hebraeum esse dicunt qui linguam utramque noverunt. Neque enim a passione, quoniam graece πάσχειν dicitur pati, sed ab eo quod transitur, ut dixi, de morte ad vitam, hebraeo verbo res appellata est: in quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibent qui hoc sciunt. Quod voluit et ipse Dominus tangere cum dicit: Qui credit in me, transiet de morte ad vitam (Joan. V, 24). Et maxime idem evangelista hoc exprimere voluisse intelligitur, cum de celebraturo Domino Pascha cum discipulis suis, ubi coenam eis mysticam dedit, Cum vidisset, inquit, Jesus quia venit ejus hora ut transiret de mundo ad Patrem (Id. XIII, 1). Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem, hoc est enim de morte ad vitam, in passione et in resurrectione Domini commendatur.

CAPUT II.

3. Hic transitus a nobis modo agitur per fidem, quae nobis est in remissionem peccatorum, in spem vitae aeternae, diligentibus Deum et proximum; quia fides per dilectionem operatur (Gal. V, 6), et justus ex fide vivit (Habac. II, 4). Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus (Rom. VIII, 24): secundum hanc fidem, et spem, et dilectionem, qua coepimus esse sub gratia, jam commortui sumus cum Christo, et consepulti illi per baptismum in mortem (Coloss. III), sicut dicit Apostolus: Quia et vetus homo noster simul crucifixus est cum illo; et resurreximus cum illo (Rom. VI, 6): quia simul nos excitavit, et simul sedere fecit in coelestibus. Unde est et illa exhortatio: Si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram.

Pero hay Sacramento en alguna celebración cuando la conmemoración de la cosa gestada se hace de tal modo que se entienda que también se significa algo que ha de ser recibido santamente. De ese modo, pues, celebramos la Pascua (Pascha): de manera que no solo revoquemos a la memoria lo que se hizo, esto es, que Cristo murió y resucitó, sino que tampoco omitamos las demás cosas que se atestiguan en torno a ellas para la significación del sacramento. Pues como dice el Apóstol: «Murió por nuestros delitos y resucitó para nuestra justificación» (Rom 4, 25); un cierto tránsito (transitus) de la muerte a la vida fue consagrado en aquella pasión del Señor y resurrección. Pues también el vocablo mismo que se dice Pascua (Pascha), dicen quienes conocen ambas lenguas que no es griego, como suele parecer vulgarmente, sino hebreo. Pues no por la pasión, ya que en griego *πάσχειν* se dice sufrir, sino por aquello de que se pasa, como dije, de la muerte a la vida, la cosa fue llamada con palabra hebrea: en cuya elocución Pascua se dice tránsito (transitus), según aseguran quienes saben esto. Lo cual quiso tocar también el mismo Señor cuando dice: «Quien cree en mí, pasará (transiet) de la muerte a la vida» (Jn 5, 24). Y sobre todo se entiende que el mismo evangelista quiso expresar esto cuando, hablando del Señor que iba a celebrar la Pascua con sus discípulos, donde les dio la cena mística, dice: «Viendo Jesús que llegaba su hora de pasar (transiret) de este mundo al Padre» (Jn 13, 1). El tránsito (transitus), pues, de esta vida mortal a otra vida inmortal, pues esto es de la muerte a la vida, se encarece en la pasión y en la resurrección del Señor.

CAPÍTULO II.

3. Este tránsito lo realizamos nosotros ahora por la fe, que se nos da para la remisión de los pecados y para la esperanza de la vida eterna, amando a Dios y al prójimo; porque «la fe obra por el amor» (Gál 5, 6), y «el justo vive de la fe» (Hab 2, 4). «Pero la esperanza que se ve no es esperanza: pues lo que uno ve, ¿por qué lo espera? Pero si esperamos lo que no vemos, por la paciencia lo esperamos» (Rom 8, 24). Según esta fe, esperanza y amor, por los cuales hemos empezado a estar bajo la gracia, ya estamos muertos con Cristo y sepultados con él por el bautismo para la muerte (Col 3), como dice el Apóstol: «Porque también nuestro hombre viejo fue crucificado juntamente con él; y resucitamos con él» (Rom 6, 6): «porque a la vez nos excitó y a la vez nos hizo sentar en los cielos». De donde es también aquella exhortación: «Si, pues, habéis resucitado con Cristo, buscad las cosas que están arriba, donde Cristo está sentado a la derecha de Dios; saboread las cosas que están arriba, no las que están sobre la tierra».

Sed quod sequitur et dicit, Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria (Coloss. III, 1-4); satis indicat quid velit intelligi, quia nunc transitus noster de morte ad vitam, qui fit per fidem, spe peragitur futurae in fine resurrectionis et gloriae, cum corruptibile hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem (I Cor. XV, 53). Nunc enim quidem jam habemus primitias spiritus per fidem, sed adhuc in nobis ipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri: spe enim salvi facti sumus. In hac spe cum sumus, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter justitiam. Sed vide quid sequitur: Si autem Spiritus ejus, inquit, qui suscitavit Jesum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis (Rom. VIII, 23, 24, 10, 11). Hoc igitur universa Ecclesia, quae in peregrinatione mortalitatis inventa est, exspectat in fine saeculi quod in Domini nostri Jesu Christi corpore praemonstratum est, qui est ex mortuis primogenitus, quia et corpus ejus cui caput est ipse, non nisi Ecclesia est (Coloss. I, 18).

CAPUT III.

4. Nonnulli enim attendentes verba quae assidue dicit Apostolus, quia et mortui sumus cum Christo, et resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicantur, arbitrati sunt jam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam: Ex quibus est, inquit, Hymenaeus et Philetus, qui circa veritatem aberraverunt, dicentes resurrectionem jam factam esse, et fidem quorumdam subverterunt (II Tim. II, 17). Idem apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Unde, nisi quia hoc per fidem, et spem, et dilectionem factum esse dicit in nobis, secundum primitias Spiritus? Sed quia spes quae videtur non est spes, et ideo si quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus; restat utique redemptio corporis nostri, quam exspectantes in nobismetipsis ingemiscimus. Unde est et illud: Spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12).

Pero lo que sigue y dice: «Pues habéis muerto, y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios. Cuando aparezca Cristo, vuestra vida, entonces también vosotros apareceréis con él en la gloria» (Col 3, 1-4); indica suficientemente lo que quiere que se entienda: que ahora nuestro tránsito de la muerte a la vida, que se hace por la fe, se realiza por la esperanza de la futura resurrección y gloria al final, cuando esto corruptible, esto es, esta carne en que ahora gemimos, se vista de incorrupción, y esto mortal se vista de inmortalidad (1 Cor 15, 53). Pues ahora ciertamente ya tenemos las primicias del espíritu por la fe, pero todavía gemimos en nosotros mismos esperando la adopción, la redención de nuestro cuerpo: pues por la esperanza hemos sido salvados. Cuando estamos en esta esperanza, el cuerpo ciertamente está muerto por el pecado, pero el espíritu es vida por la justicia. Pero mira lo que sigue: «Si, pues, el Espíritu de aquel —dice— que resucitó a Jesús de entre los muertos habita en vosotros; el que resucitó a Cristo de entre los muertos, vivificará también vuestros cuerpos mortales por su Espíritu que habita en vosotros» (Rom 8, 23, 24, 10, 11). Esto, pues, espera al final de los siglos toda la Iglesia, que se halla en la peregrinación de la mortalidad, lo cual fue mostrado antes en el cuerpo de nuestro Señor Jesucristo, quien es el primogénito de entre los muertos, porque también su cuerpo, del cual él mismo es la cabeza, no es sino la Iglesia (Col 1, 18).

CAPÍTULO III.

4. Algunos, en efecto, atendiendo a las palabras que el Apóstol dice asiduamente, que hemos muerto con Cristo y hemos resucitado con él, y no entendiendo en qué sentido se dicen, pensaron que la resurrección ya se había realizado y que no se debía esperar ninguna otra al final de los tiempos: «Entre los cuales están —dice— Himeneo y Fileto, quienes erraron en torno a la verdad, diciendo que la resurrección ya se ha realizado, y subvirtieron la fe de algunos» (2 Tim 2, 17-18). El mismo apóstol los detesta y los arguye, él que sin embargo dice que hemos resucitado con Cristo. ¿De dónde [viene esto], sino de que dice que esto se ha hecho en nosotros por la fe, la esperanza y el amor, según las primicias del Espíritu? Pero como la esperanza que se ve no es esperanza, y por eso si esperamos lo que no vemos, lo esperamos con paciencia; resta ciertamente la redención de nuestro cuerpo, la cual esperando gemimos en nosotros mismos. De donde es también aquello: «Gozosos en la esperanza, pacientes en la tribulación» (Rom 12, 12).

5. Haec igitur innovatio vitae nostrae est quidam transitus de morte ad vitam, qui primo fit per fidem, ut in spe gaudeamus, et in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem (II Cor. IV, 16). Propter ipsum initium novae vitae, propter novum hominem quem jubemur induere, et exuere veterem (Coloss. III, 9, 10); expurgantes vetus fermentum, ut simus nova conspersio, quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. V, 7): propter hanc ergo vitae novitatem, primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est. Nam et ipse dicitur mensis novorum (Exod. XXIII, 15). Quia vero in toto tempore saeculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio Domini triduana est. Primum enim tempus est ante Legem, secundum sub Lege, tertium sub Gratia, ubi jam manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico aenigmate. Hoc ergo et in lunari numero significatur; quia enim septenarius numerus solet in Scripturis ad quamdam perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomada lunae Pascha celebratur, qui dies occurrit a quarta decima in vicesimam primam.

CAPUT IV.

6. Est illic et aliud Sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris; nec ideo me putes meliorem, quia haec in studiis puerilibus didici: Qui enim gloriatur, in eo glorietur, inquit, scire et intelligere quoniam ego sum Dominus (Jer. IX, 24). Nonnulli ergo studiosi talium rerum quaesiverunt multa de numeris et motibus siderum. Et qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa et decrementa lunaria ex conversione globi ejus conjecerunt, non quod aliquid substantiae vel accedat ei cum augetur, vel decedat cum minuitur, quod delira imperitia Manichaei opinantes, repleri eam dixerunt, sicut repletur navis, ex fugitiva Dei parte, quam commixtam principibus tenebrarum et eorum sordibus inquinatam, corde atque ore sacrilego et credere et loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt, cum eadem pars Dei magnis laboribus ab inquinamento purgata, de toto mundo atque omnibus cloacis fugiens, redditur Deo lugenti dum redeat; repleri vero per mensem dimidium, et alio dimidio in solem refundi, velut in aliam navem. Nec tamen inter istas anathematizandas blasphemias aliquid unquam fingere potuerunt, cur vel incipiens lucere vel desinens, corniculato lumine fulgeat, aut cur a dimidio mense incipiat minui, et non ad refundendum plena perveniat.

5. Esta innovación, pues, de nuestra vida es un cierto tránsito de la muerte a la vida, que primero se hace por la fe, para que nos gocemos en la esperanza y seamos pacientes en la tribulación, mientras todavía nuestro hombre exterior se corrompe, pero el interior se renueva de día en día (2 Cor 4, 16). Por el comienzo mismo de la vida nueva, por el hombre nuevo que se nos manda vestir, y desnudarnos del viejo (Col 3, 9-10); purgando la vieja levadura para que seamos nueva masa, ya que nuestra Pascua, Cristo, ha sido inmolado (1 Cor 5, 7): por esta novedad de vida, pues, el primer mes entre los meses del año ha sido atribuido a esta celebración. Pues él mismo es llamado «mes de los nuevos» (mensis novorum) (Ex 23, 15). Pero como en todo el tiempo del mundo ha aparecido ahora un tercer tiempo, por eso la resurrección del Señor es de tres días (triduana). Pues el primer tiempo es antes de la Ley, el segundo bajo la Ley, el tercero bajo la Gracia, donde ya está la manifestación del sacramento antes oculto en el enigma profético. Esto, pues, se significa también en el número lunar; porque, como el número septenario suele aparecer en las Escrituras como místico para una cierta perfección, la Pascua se celebra en la tercera semana de la luna, cuyo día ocurre desde el catorce hasta el veintiuno.

CAPÍTULO IV.

Hay allí también otro Sacramento, el cual, si te resultara oscuro por ser menos erudito en tales investigaciones, no te contristes; ni por eso me creas mejor porque yo aprendí estas cosas en los estudios infantiles: «Pues quien se gloría, gloríese en esto —dice—: en saber y entender que yo soy el Señor» (Jer 9, 24). Algunos estudiosos, pues, de tales cosas, han buscado mucho sobre los números y los movimientos de los astros. Y quienes han escrutado esto más sutilmente, conjeturaron los incrementos y decrementos lunares por la conversión de su globo: no porque algo de su sustancia se le añada cuando aumenta o se le quite cuando disminuye, lo cual opinando los maniqueos con delirante impericia, dijeron que se llenaba, como se llena una nave, de la parte fugitiva de Dios, la cual, mezclada con los príncipes de las tinieblas y manchada con sus suciedades, no dudan en creer y decir con corazón y boca sacrílegos. De aquí, pues, dicen que se llena la luna cuando esa misma parte de Dios, purgada de la mancha con grandes trabajos, huyendo de todo el mundo y de todas las cloacas, es devuelta a Dios, que se lamenta hasta que ella vuelva; y que se llena durante medio mes, y en el otro medio se refunde en el sol como en otra nave. Pero ni aun entre esas blasfemias que han de ser anatematizadas pudieron nunca fingir algo de por qué, o al empezar a lucir o al cesar, brilla con luz cornuda, o por qué desde el medio mes empieza a disminuir y no llega llena a la refundición.

7. Illi autem qui haec certis numeris indagarunt, ita ut et defectus solis et lunae non solum cur fierent, sed etiam quando futuri essent longe ante praedicerent, et eos determinatis intervallis temporum canonica supputatione praefigerent, litterisque mandarent, quas modo qui legunt atque intelligunt, nihilominus eos praedicunt, nec aliter aut alias accidunt quam praedicunt. Tales ergo (quibus non est ignoscendum, sicut sancta Scriptura dicit; quia cum tantum valerent ut possent aestimare saeculum, Dominum ejus, quem supplici pietate possent, non facilius invenerunt [Sap. XIII, 9]), ex ipsis cornibus lunae quae a sole aversa sunt, sive crescentis sive decrescentis, conjecerunt eam vel a sole illustrari, et quanto magis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte quae terris apparet, radios ejus excipere; quanto autem ad eum magis post dimidium mensem ex alio semicirculo propinquaret, tanto magis a superiori parte illustratam, ab ea parte quam terris adverteret non posse excipere radios, et propterea videri decrescere: vel si haberet suum lumen, id habere ex una parte in hemisphaerio, quam partem cum recedens a sole paulatim terris ostenderet, donec totam ostenderet, quasi augmenta monstrare, dum non addatur quod deerat, sed prodatur quod inerat; ac rursus paulatim abscondere quod patebat, et ideo videri decrescere. Sed quodlibet horum sit duorum, illud certe manifestum est, et cuivis advertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi a sole recedendo, neque minuatur, nisi ad solem ex parte alia propinquando.

CAPUT V.

8. Attende nunc quod in Proverbiis legitur: Sapiens sicut sol permanet; stultus autem sicut luna mutatur (Eccli. XXVII, 12). Et quis est sapiens qui permanet, nisi sol ille justitiae de quo dicitur, Ortus est mihi sol justitiae, et quem sibi non fuisse ortum in die novissima plangentes impii dicturi sunt: Et justitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis? (Sap. V, 6.) Nam istum carnis oculis visibilem solem oriri facit super bonos et malos Deus, qui etiam pluit super justos et injustos (Matth. V, 45). Ducuntur autem saepe ex rebus visibilibus ad invisibilia congruae similitudines. Quis est ergo ille stultus, qui tanquam luna mutatur, nisi Adam in quo omnes peccaverunt? Anima quippe humana recedens a sole justitiae, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in externa convertit, et eo magis magisque obscuratur in interioribus ac superioribus suis:

2. Quapropter peto unitatem catholicam regioni Hipponensi diligentius commendes hominibus tuis, maxime Paterno et Maurusio. Vigilantiam cordis tui novi, nec opus est, arbitror, plura scribere; cum si volueris, facillime possis, et quid alii curent et caveant in possessionibus tuis, et in re tua quid agatur addiscere. In re tua esse, mihi valde affirmatum est, amicum, cum quo cupio concordare; peto faveas ad hanc rem, ut et inter homines magnam laudem, et apud Deum habeas magnam mercedem: jam enim mihi per quemdam Carum utriusque nostrum medium mandaverat, se nescio quos violentos suos timere ne faceret, quos in re tua et te favente timere non poterit; nec ipse in eo debes diligere non constantiam, sed plane pertinaciam. Turpe est enim mutare sententiam, sed veram et rectam; nam stultam et noxiam, et laudabile et salubre est. Sicut autem constantia non sinit hominem depravari, sic pertinacia non sinit corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda. Presbyter quem misi, reliqua tuae prudentiae planius intimabit. Incolumem felicemque te Dei misericordia tueatur, domine dilectissime meritoque honorabilis ac suscipiende fili.

EPISTOLA LVIII . Augustinus Pammachio viro senatori gratulatur, quod suos apud Numidiam colonos donatistas adhortationibus suis adduxerit ad Ecclesiam catholicam. Domino eximio et merito suscipiendo, atque in Christi visceribus dilectissimo filio PAMMACHIO , AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Que no hubo ninguna causa justa por la que la parte de Donato se separara de todo el orbe, por el cual se difunde la Iglesia católica según las promesas proféticas y evangélicas, creo que considerándolo también más [profundamente] tu prudencia lo entiende muy fácilmente. Sobre la cual materia, si es necesaria una disputa más diligente, recuerdo que di a tu benevolencia un códice para leer, habiendo intimado mi carísimo hijo, el tuyo Cecilio, que tú lo habías pedido; el cual códice estuvo en tu poder no pocos días. El cual, si por estudio de conocer esta materia, o entre tus ocupaciones, quisiste o pudiste leer, no dudo que tu prudencia ha comprobado que ellos nada tienen que contradigan probablemente. Y si algo quizá todavía te mueve, según Dios lo otorga y permite, quizá podremos responder a tus preguntas, o asimismo dar algo para leer, señor muy amado y merecidamente honorable y estimable hijo.

2. Por lo cual pido que encomiendes más diligentemente la unidad católica a la región de Hipona, a tus hombres, especialmente a Paterno y Maurusio. Conozco la vigilancia de tu corazón, ni es necesario, juzgo, escribir más; pues si quisieres, muy fácilmente puedes aprender tanto qué cuidan y evitan otros en tus posesiones, como qué se hace en tu propiedad. Se me ha afirmado fuertemente que en tu propiedad está un amigo con quien deseo concordar; pido que favorezcas esta cosa, para que tengas tanto gran alabanza entre los hombres como gran recompensa ante Dios: pues ya por medio de un cierto Caro, mediador de ambos, me había mandado decir que temía no sé qué violencias de los suyos por si lo hacía, a quienes en tu propiedad y favoreciéndote tú no podrá temer; ni tú mismo debes amar en él no la constancia, sino llanamente la pertinacia. Pues es torpe cambiar de parecer, pero si es verdadero y recto; mas si es necio y nocivo, es tanto laudable como saludable. Mas así como la constancia no permite que el hombre se deprave, así la pertinacia no permite que se corrija: por tanto, así como aquella ha de ser alabada, así esta ha de ser enmendada. El presbítero que envié intimará lo demás más claramente a tu prudencia. Que la misericordia de Dios te guarde incólume y feliz, señor muy amado y merecidamente honorable y estimable hijo.

EPISTOLA LVIII. Agustín felicita a Pammachio, varón senatorio, porque a sus colonos donatistas en Numidia los atrajo con sus exhortaciones a la Iglesia católica. Al eximio y merecidamente estimable y muy amado hijo en las entrañas de Cristo PAMMACHIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Bona opera tua Christi gratia germinantia, te nobis in membris ejus honorandum, et plane notissimum dilectissimumque fecerunt. Neque enim si quotidie faciem tuam viderem, notior mihi esses, quam cum interiorem tuum pacis decore pulchrum ac veritatis luce radiantem, in unius tui facti candore conspexi, conspexi et agnovi, agnovi et amavi. Huic nunc loquor, huic scribo, dilecto amico meo, qui mihi corpore absenti absens innotuit. Verumtamen jam simul eramus, et conjuncti sub uno capite vivebamus, in cujus charitate nisi radicatus esses, non tibi tam dilecta catholica unitas foret, nec colonos tuos Afros, eo terrarum unde Donatistarum furor exortus est, hoc est in media consulari Numidia constitutos, tali admoneres alloquio, tanto fervore spiritus animares, ut devotione promptissima ad sequendum eligerent, quod te talem ac tantum virum non nisi agnita veritate sequi cogitarent, et tam longe a te locorum intervallis remoti, irent sub idem caput, atque in ejus membris in aeternum tecum deputarentur, cujus praecepto tibi temporaliter serviunt.

2. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens, exsultavi ut gratularer tibi in Christo Jesu Domino nostro, tibique has gratulatorias litteras mitterem qualecumque specimen cordis et amoris erga te mei; neque enim amplius potui. Sed quaeso ne tu hactenus quidquid te diligo metiaris: perlectam transi hanc epistolam transitu invisibili qui intus fit, et perge cogitando in pectus meum, et cerne quid illic de te agatur. Patebit enim oculo charitatis cubiculum charitatis, quod claudimus adversus nugas tumultuosas saeculi, cum illic Deum adoramus; et videbis ibi delicias laetitiae meae de tam bono opere tuo, quas nec lingua effari, nec stilo exprimere valeo, calentes atque flagrantes in sacrificio laudis ejus, quo inspirante hoc voluisti, et quo adjuvante potuisti. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus. (II Cor. IX, 15.)

3. O quam multorum tecum pariter senatorum, pariterque sanctae Ecclesiae filiorum, tale opus desideramus in Africa, de quali tuo laetamur! Sed illos periculosum est exhortari, tibi securum est congratulari. Illi enim forte non facient, et tanquam nos in animo eorum vicerint inimici Ecclesiae, decipiendis insidiabuntur infirmis. Tu vero jam fecisti, unde inimici Ecclesiae liberatis confundantur infirmis. Proinde sufficere visum est, ut ipse quibus christiano jure potueris, amica fiducia istam epistolam legas.

1. Tus buenas obras que germinan por la gracia de Cristo, te han hecho ante nosotros honorable en sus miembros y plenamente conocidísimo y amadísimo. Pues ni si viese diariamente tu rostro me serías más conocido que cuando contemplé tu interior, bello por el decoro de la paz y radiante con la luz de la verdad, en el candor de una sola acción tuya, lo contemplé y reconocí, lo reconocí y amé. A este hablo ahora, a este escribo, a mi amado amigo, que se me dio a conocer ausente en cuerpo estando ausente. Sin embargo ya estábamos juntos y vivíamos unidos bajo una sola cabeza, en cuya caridad si no estuvieses radicado no te sería tan amada la unidad católica, ni amonestarías con tal discurso a tus colonos africanos, constituidos en aquella parte de las tierras de donde brotó el furor de los donatistas, esto es, en medio de la Numidia consular, ni los animarías con tanto fervor de espíritu para que con prontísima devoción eligieran seguir aquello que pensaran que tú, tal y tan gran varón, no seguirías sino reconocida la verdad, y alejados de ti por tan grandes intervalos de lugares, fuesen bajo la misma cabeza y fuesen computados contigo para la eternidad en sus miembros, por cuyo precepto te sirven temporalmente.

2. Abrazándote, pues, a ti, reconocido en esta tu acción, me he exultado de poder felicitarte en Cristo Jesús nuestro Señor, y enviarte estas letras gratulatorias como un cierto espécimen de mi corazón y de mi amor hacia ti; pues no he podido más. Pero pido que no midas hasta aquí cuánto te amo: tras haberla leído, pasa esta epístola con un tránsito invisible que se hace por dentro, y prosigue pensando hacia mi pecho, y discierne qué se hace allí sobre ti. Pues al ojo de la caridad se abrirá el aposento de la caridad, que cerramos contra las naderías tumultuosas del siglo cuando adoramos allí a Dios; y verás allí las delicias de mi alegría por tan buena obra tuya, las cuales no soy capaz ni de proferir con la lengua ni de expresar con la pluma, calientes y flagrantes en el sacrificio de su alabanza, por cuya inspiración quisiste esto y por cuya ayuda pudiste. «Gracias a Dios por su don inenarrable» (2 Cor 9, 15).

3. ¡Oh de cuántos senadores paritariamente contigo, y paritariamente hijos de la santa Iglesia, deseamos tal obra en África, de cual tuya nos alegramos! Pero a aquellos es peligroso exhortarlos, a ti es seguro felicitarte. Pues aquellos quizá no lo harán y, como si los enemigos de la Iglesia hubiesen vencido en su ánimo, acecharán para engañar a los débiles. Tú en verdad ya lo has hecho, por lo cual los enemigos de la Iglesia, liberados los débiles, se confundan. Por tanto, pareció suficiente que tú mismo, por el derecho cristiano que pudieres, leas esa epístola con amiga confianza.

Sic enim ex tuo facto fieri posse in Africa credent, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. Insidias autem quas ipsi haeretici distorto corde moliuntur, quoniam risi eos arbitratos valere aliquid in possessione Christi, animo tuo, nec scribere volui. Audies tamen haec a fratribus meis, quos plurimum commendo Eximietati tuae, ne in tam magna tamque inopinata salute hominum, de quibus per te Catholica mater exsultat, aspernere etiam superflua metuentes.

EPISTOLA LIX . Augustinus Victorino concilium convocanti, excusatoria, quare ad concilium non venturus sit: rogans ut prius cum Xantippo super jure primatus et concilii convocandi placide componat. Domino beatissimo et venerabili patri et consacerdoti VICTORINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Tractoria ad me quinto idus novembris venit, jam finito die, et me valde indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem. Verumtamen sive imperitiam meam moverit, sive juste motus sim, tuae Sanctitatis et Gravitatis est arbitrari. Legi in eadem tractoria etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas provincias scimus suos habere primates. Quod si et ex eis ad Numidiam convocandum esset concilium, oportuit utique ut aliquorum Maurorum episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur; quod in ista tractoria non reperiens, multum miratus sum. Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato et neglecto ordine scriptum, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam post multos episcopos factus sim. Quae res et aliis injuriosa est satis, et mihi invidiosa. Praeterea venerabilis frater et collega noster, Xantippus Tagosensis , dicit quod eum primatus ipse contingat, et erga plurimos sic habetur, et tales mittit epistolas. Qui etiam error si facile inter vestram Sanctitatem cognosci et corrigi potest, non debuit tamen in tractoria quam misit Venerabilitas tua, nomen ejus praetermitti. Quod si in mediis locis conscriberetur, et non in primo poneretur, multum mirarer; quanto magis mirandum est quod nulla ibi ejus admemoratio facta est, qui maxime ad concilium venire debuit, ut de ipso primatus ordine, coram omnium Numidarum episcopis Ecclesiarum primitus ageretur?

2. His de causis etiam venire dubitarem, ne forte falsa esset tractoria, qua tanta perversitas appareret; quanquam et angustia temporis et aliae graves necessitates me multipliciter impedirent. Unde peto Beatitudinem tuam ut mihi ignoscas, et primo instare digneris, ut inter tuam Sanctimoniam et senem Xantippum concorditer constet, quis vestrum debeat convocare concilium:

Pues así, por tu acción, creerán que puede hacerse en África lo que quizá, mientras piensan que no puede hacerse, se entorpecen. Mas las insidias que esos mismos herejes con corazón distorsionado maquinan, puesto que me reí de que ellos juzgaran valer algo en la posesión de Cristo, no quise escribirlas a tu ánimo. Oirás, sin embargo, estas cosas de mis hermanos, a quienes encomiendo muchísimo a tu Eximiedad, no sea que en tan grande y tan inopinada salud de hombres, por los cuales mediante ti la madre Católica se exulta, desprecies incluso a los que temen cosas superfluas.

EPISTOLA LIX. Agustín a Victorino, que convocaba un concilio, carta de excusa por la que no ha de venir al concilio: rogando que primero componga pacíficamente con Xantipo sobre el derecho de primado y de convocar el concilio. Al beatísimo y venerable padre y consacerdote VICTORINO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. La tractoria llegó a mí el quinto día de los idus de noviembre, ya acabado el día, y me halló muy indispuesto, de modo que no pude acudir en absoluto. Sin embargo, ya sea que mi impericia me haya movido o que haya sido movido justamente, es juicio de tu Santidad y Gravedad arbitrarlo. Leí en la misma tractoria que se había escrito también a las Mauritanias, cuyas provincias sabemos que tienen sus propios primados. Por lo cual, si también de ellas se hubiera de convocar concilio a Numidia, convenía ciertamente que se pusieran en la tractoria los nombres de algunos obispos mauros que allí son los primeros; lo cual no encontrando en esa tractoria, mucho me maravillé. Luego, a esos mismos numidas se escribió con orden tan perturbado y descuidado que encontré mi nombre en tercer lugar, yo que sé cuánto tiempo después de muchos obispos fui creado. La cual cosa es bastante injuriosa para otros y para mí envidiosa. Además, nuestro venerable hermano y colega Xantipo de Tagaste dice que el primado mismo le atañe a él, y ante muchísimos así se tiene, y envía tales epístolas. El cual error, incluso si puede reconocerse y corregirse fácilmente entre vuestra Santidad, no debió sin embargo omitirse su nombre en la tractoria que envió vuestra Venerabilidad. Lo cual, si se escribiera en los lugares medios y no se pusiera en el primero, mucho me maravillaría; cuánto más es de maravillar que no se hiciera allí ninguna mención de él, que máximo debió venir al concilio para que sobre el mismo orden del primado se tratara primeramente ante los obispos de todas las Iglesias de Numidia.

2. Por estas razones también dudaría en venir, no fuera que quizá la tractoria fuese falsa, por la cual aparecería tanta perversidad; aunque tanto la estrechez del tiempo como otras graves necesidades me impedirían de múltiples modos. Por lo cual pido a tu Beatitud que me perdones, y primero te dignes insistir para que entre tu Santidad y el anciano Xantipo conste concordemente cuál de ustedes debe convocar el concilio:

aut certe, quod salubrius arbitror, sine cujusquam praejudicio ambo convocate collegas nostros, eos maxime qui vobis episcopatus aetate vicini sunt, qui facile quis vestrum verum dicat agnoscant, ut inter vos paucos eadem prae caeteris quaestio dirimatur, et errore sublato minores a caeteris convocentur, qui nec possunt nec debent, nisi vobis in hac re tanquam prioribus credere, et nunc ignorant cui vestrum potissimum credant. Hanc epistolam signatam misi annulo qui exprimit faciem hominis attendentis in latus.

EPISTOLA LX . Augustinus Aurelio significat Donatum et ipsius fratrem se venitente recessisse de monasterio: porro et monachis facilem lapsum, et ordini clericorum injuriam fieri, dum tales in clerum assumuntur. Domino beatissimo et debita observantia venerabili, sinceriterque charissimo fratri et consacerdoti papae AURELIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Litteras nullas tuae Venerabilitatis, ex quo ab invicem corporaliter digressi sumus, accepi. Nunc vero legi epistolam Benignitatis tuae de Donato et fratre ejus, et quid responderem diu fluctuavi. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid sit utile saluti eorum, quibus in Christo nutriendis servimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam servis Dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, et ordini clericorum fit indignissima injuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte, sicut vulgares dicunt, Malus choraula bonus symphoniacus est; ita iidem ipsi vulgares de nobis jocabuntur dicentes, Malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, et tam gravi contumelia clericos dignos putemus, in quorum numero sumus; cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, et tamen desit instructio necessaria, aut personae regularis integritas.

2. Sed de istis credo arbitrata sit Beatitudo tua quod nostra voluntate, ut suis potius corregionalibus utiles essent, de monasterio recessissent: sed falsum est; sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis quantum potuimus, pro eorum salute, renitentibus. Et de Donato quidem, quia jam factum est, ut antequam de hac re aliquid in concilio statueremus, ordinaretur, si forte a superbiae perversitate correctus est, quod vult faciat prudentia tua. De fratre vero ejus, cujus vel maxime causa de monasterio etiam ipse Donatus abscessit, cum intelligas quid sentiam, nescio quid respondeam.

o ciertamente, lo que juzgo más saludable, sin prejuicio de nadie convoquen ambos a nuestros colegas, a aquellos especialmente que les son vecinos en edad de episcopado, los cuales reconozcan fácilmente cuál de ustedes dice la verdad, para que entre ustedes pocos se dirima esa misma cuestión antes que ante los demás, y eliminado el error sean convocados los menores por los demás, los cuales ni pueden ni deben sino creerles a ustedes en esta materia como a primeros, y ahora ignoran a cuál de ustedes principalmente creer. He enviado esta epístola sellada con el anillo que expresa el rostro de un hombre mirando hacia el lado.

EPISTOLA LX. Agustín comunica a Aurelio que Donato y su hermano se retiraron del monasterio oponiéndose él: además, que tanto para los monjes el lapso es fácil, como se hace injuria al orden de los clérigos, mientras tales son asumidos en el clero. Al beatísimo y con debida observancia venerable, y sinceramente carísimo hermano y consacerdote papa AURELIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. No he recibido ninguna carta de tu Venerabilidad desde que nos separamos corporalmente el uno del otro. Pero ahora he leído la epístola de tu Benignidad sobre Donato y su hermano, y fluctué largo tiempo qué responder. Pero sin embargo, pensando una y otra vez qué sea útil para la salud de ellos, a quienes servimos nutriéndolos en Cristo, nada más pudo ocurrírseme sino que no se debe dar ese camino a los siervos de Dios, para que piensen que son elegidos más fácilmente para algo mejor si se hubieren hecho peores. Pues tanto para ellos el lapso es fácil, como se hace una indignísima injuria al orden de los clérigos si los desertores de los monasterios son elegidos para la milicia del clericato, cuando de estos que permanecen en el monasterio no solemos sin embargo asumir en el clero sino a los más probados y mejores: a no ser que quizá, como dicen los vulgares: «El mal coraula es buen sinfoníaco»; así esos mismos vulgares bromearán de nosotros diciendo: «El mal monje es buen clérigo». Demasiado doloroso sería si eleváramos a los monjes a tan ruinosa soberbia, y juzgáramos dignos de tan grave contumelia a los clérigos, en cuyo número estamos; cuando a veces incluso un buen monje apenas hace un buen clérigo, si le asiste suficiente continencia y sin embargo le falta la instrucción necesaria o la integridad de la persona regular.

2. Pero sobre estos creo que tu Beatitud haya arbitrado que por nuestra voluntad, para que fuesen más bien útiles a sus correccionales, se hubieran retirado del monasterio: pero es falso; se fueron espontáneamente, desertaron espontáneamente, resistiéndonos nosotros cuanto pudimos por su salud. Y sobre Donato ciertamente, porque ya se ha hecho que, antes de que sobre esta materia estatuéramos algo en el concilio, fuera ordenado, si quizá ha sido corregido de la perversidad de la soberbia, haga tu prudencia lo que quiera. Mas sobre su hermano, por cuya causa muy especialmente el mismo Donato se alejó también del monasterio, comprendiendo tú lo que siento, no sé qué responder.

Contradicere tamen prudentiae, honori, charitatique tuae non audeo; et sane spero id te facturum quod membris Ecclesiae salubre perspexeris.

EPISTOLA LXI . Augustinus Theodoro ut prolata hac epistola fidem faciat clericos ex parte Donati venientes ad Ecclesiam catholicam, in suo ipsorum ordine esse recipiendos. Dilectissimo et honorando fratri THEODORO, AUGUSTINUS Episcopus, in Domino salutem.

1. Cum Benevolentia tua mecum loqueretur, quomodo susciperemus clericos ex parte Donati, si voluerint esse catholici, placuit mihi illud quod tibi respondi, etiam hac ad te data epistola exprimere, ut si quis de hac re te interrogaverit, etiam manu mea prolata, quid de hac re sentiamus vel faciamus, ostendas. Scias ergo nos non in eis detestari nisi dissensionem ipsorum, per quam schismatici vel haeretici facti sunt, quia Ecclesiae catholicae unitatem et veritatem non tenent, in eo quod pacem cum populo Dei non habent, qui toto terrarum orbe diffunditur, et in eo quod in hominibus Baptismum Christi non agnoscunt. Improbamus ergo malum errorem eorum, quem habent; bonum autem nomen Dei quod habent, et sacramentum ejus agnoscimus in eis, et veneramur, et amplectimur. Sed propterea dolemus errantes, et eos per charitatem Christi lucrari Deo cupimus, ut sanctum sacramentum quod foris ab Ecclesia habent ad perniciem, in pace Ecclesiae habeant ad salutem. Si ergo tollantur de medio mala hominum, et honorentur in hominibus bona Dei; erit fraterna concordia, et amabilis pax, ut in cordibus hominum vineat persuasionem diaboli, charitas Christi.

2. Itaque cum ad nos veniunt ex parte Donati, mala illorum non suscipimus, id est dissensionem et errorem, sed ipsa tolluntur de medio tanquam impedimenta concordiae, et amplectimur fratres nostros stantes cum eis, sicut dicit Apostolus, in unitate spiritus, in vinculo pacis (Ephes. IV, 3), et agnoscentes in eis bona Dei, sive sanctum Baptismum, sive benedictionem Ordinationis, sive continentiae professionem, sive consignationem virginitatis, sive fidem Trinitatis, et si qua alia sunt: quae omnia etiamsi erant, nihil tamen proderant, quando charitas non erat. Quis autem vere dicit se habere Christi charitatem, quando ejus non amplectitur unitatem? Cum ergo ad Catholicam veniunt, non hic accipiunt quod habebant; sed ut prodesse illis incipiat quod habebant, accipiunt hic quod non habebant. Hic enim accipiunt radicem charitatis in vinculo pacis, et in societate unitatis; ut non ad damnationem, sed ad liberationem illis valeant omnia quae habent sacramenta veritatis. Non enim debent gloriari sarmenta, quia non sunt spinarum ligna, sed vitis. Si enim non in radice vixerint, cum tota specie sua in ignem mittentur.

No me atrevo, sin embargo, a contradecir a tu prudencia, honor y caridad; y ciertamente espero que harás aquello que percibieres saludable para los miembros de la Iglesia.

EPISTOLA LXI. Agustín a Teodoro para que, presentada esta epístola, haga fe de que los clérigos que vienen de la parte de Donato a la Iglesia católica han de ser recibidos en su propio orden. Al muy amado y honorable hermano TEODORO, el obispo AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Cuando tu Benevolencia hablaba conmigo sobre cómo deberíamos recibir a los clérigos de la parte de Donato, si quisieran ser católicos, me plugo expresar aquello que te respondí también en esta epístola que te entrego, para que si alguien te preguntare sobre esta materia, muestres, incluso presentada mi firma, qué sentimos o hacemos sobre este asunto. Sepas, pues, que nosotros no detestamos en ellos sino su disensión, por la cual se han hecho cismáticos o heréticos, porque no mantienen la unidad y la verdad de la Iglesia católica, en cuanto que no tienen paz con el pueblo de Dios, que se difunde por todo el orbe de la tierra, y en cuanto que no reconocen en los hombres el Bautismo de Cristo. Reprobamos, pues, el mal error que tienen; pero el buen nombre de Dios que tienen, y su sacramento, lo reconocemos en ellos, y lo veneramos, y lo abrazamos. Pero por eso nos duelan los errantes, y deseamos ganarlos para Dios por la caridad de Cristo, para que el santo sacramento que tienen fuera de la Iglesia para su perdición, lo tengan en la paz de la Iglesia para su salvación. Si, pues, se quitan de en medio los males de los hombres, y se honran en los hombres los bienes de Dios, habrá concordia fraterna y paz amable, para que la caridad de Cristo venza en los corazones de los hombres la persuasión del diablo.

2. Así pues, cuando vienen a nosotros de la parte de Donato, no recibimos sus males, esto es, la disensión y el error, sino que estos mismos se quitan de en medio como impedimentos de la concordia, y abrazamos a nuestros hermanos estando con ellos, como dice el Apóstol: *en la unidad del espíritu, en el vínculo de la paz* (Ef IV, 3), y reconociendo en ellos los bienes de Dios, ya sea el santo Bautismo, ya la bendición de la Ordenación, ya la profesión de continencia, ya el sello de la virginidad, ya la fe de la Trinidad, y si hay otras cosas: todas las cuales, aunque existieran, nada aprovechaban cuando no había caridad. Pues ¿quién dice verdaderamente que tiene la caridad de Cristo cuando no abraza su unidad? Cuando, pues, vienen a la Católica, no reciben aquí lo que tenían; sino que, para que empiece a aprovecharles lo que tenían, reciben aquí lo que no tenían. Pues aquí reciben la raíz de la caridad en el vínculo de la paz y en la sociedad de la unidad, para que no para condenación, sino para liberación, les valgan todas las cosas que tienen, los sacramentos de la verdad. Pues no deben gloriarse los sarmientos porque no sean leños de espinas, sino de vid. Pues si no vivieren en la raíz, serán arrojados al fuego con toda su apariencia.

De quibusdam autem ramis fractis dixit Apostolus quia potens est Deus iterum inserere illos (Rom. XI, 23). Et ideo, dilectissime frater, quoscumque illorum videris forte dubitantes quo ordine suscipiantur a nobis, ostende illis istam quam bene nosti manum meam, et si eam apud se habere voluerint, habeant; quia testem Deum facio super animam meam, sic eos me suscepturum, ut non solum baptismum Christi quem acceperunt, ipsum habeant, sed etiam honorem sanctimonii et continentiae.

Epistola LXII.

Alypius, Augustinus et Samsucius Severo, excusantes quae in Timothei negotio gesta sunt.

Domino beatissimo et venerabiliter charissimo et sincerissimo fratri et consacerdoti SEVERO , et qui tecum, sunt fratribus, ALYPIUS, AUGUSTINUS et SAMSUCIUS, et qui nobiscum sunt fratres, in Domino salutem.

1. Cum Subsanam venissemus, et quae illic nobis absentibus contra nostram voluntatem gesta fuerant, quaereremus; quaedam sicut audieramus, quaedam vero aliter facta, omnia tamen dolenda et toleranda , quantum Dominus adjuvit, partim objurgando, partim monendo, partim orando correximus. Illud sane quod post tuae Sanctitatis profectionem nos plurimum contristavit, quod inde fratres sine itineris duce dimissi sunt, petimus ignoscas, et timidius quam malitiosius factum scias. Cum enim putarent eos a filio nostro Timotheo propterea mitti, ut in nos maxime Charitatem tuam ad iracundiam provocarent, vellent autem ipsi nostro adventui, quem tecum futurum sperabant, omnia integra reservare, putaverunt non eos profecturos, si ducem itineris non acciperent. Sed tamen peccatum esse, quis dubitet? Hinc etiam factum est ut et Fossori diceretur, jam Timotheum cum ipsis fratribus fuisse profectum; quod utique falsum erat: non tamen a presbytero dictum; et haec omnia fratrem Carcedonium penitus ignorasse, nobis manifestissime declaratum est, quantum ista manifestari solent.

2. Sed quid pluribus immoremur? Memoratus filius noster Timotheus vehementissime perturbatus quod dubietatem tam inopinatam invitissimus senserit, indicavit nobis quod cum ageres cum illo ut apud Subsanam Deo serviret, erupit et juravit a te omnino non recessurum. Cumque ejus voluntatem requireremus, respondit se hac juratione impediri quominus ibi esset ubi eum esse etiam antea volebamus; cum jam praesertim de suae libertatis manifestatione securus sit.

Mas de algunas ramas rotas dijo el Apóstol que *poderoso es Dios para injertarlas de nuevo* (Rom XI, 23). Y por eso, carísimo hermano, a cualesquiera de ellos que vieres quizá dudando en qué orden son recibidos por nosotros, muéstrales esa misma firma mía que bien conoces, y si quisieran tenerla consigo, ténganla; porque pongo a Dios por testigo sobre mi alma, que así los recibiré, que no solo el bautismo de Cristo que recibieron lo tengan por tal, sino también el honor de la santidad y de la continencia.

Epistola LXII.

Alipio, Agustín y Samsucio a Severo, excusando lo que se hizo en el negocio de Timoteo.

Al beatísimo y por debida observancia carísimo y sincerísimo hermano y consacerdote SEVERO, y a los hermanos que están contigo, ALIPIO, AGUSTÍN y SAMSUCIO, y los hermanos que están con nosotros, salud en el Señor.

1. Cuando llegamos a Subsana y preguntamos por lo que allí se había hecho en nuestra ausencia contra nuestra voluntad, corregimos —en cuanto el Señor nos ayudó — unas cosas tal como las habíamos oído y otras, en cambio, hechas de otro modo, todas ellas sin embargo dignas de dolor y de tolerancia, en parte reprendiendo, en parte amonestando y en parte orando. Ciertamente, lo que después de la partida de tu Santidad más nos entristeció, que de allí fueran despedidos los hermanos sin guía para el camino, te pedimos que nos perdones y sepas que se hizo más por temor que por malicia. Pues como pensaran que eran enviados por nuestro hijo Timoteo para esto, para que provocaran a tu Caridad contra nosotros especialmente a la ira, y quisieran ellos mismos reservar íntegras todas las cosas para nuestro advenimiento, que esperaban sería contigo, pensaron que ellos no partirían si no recibían un guía para el camino. Pero sin embargo, ¿quién dudará de que fue un pecado? De aquí resultó también que se le dijera al Sepulturero que ya Timoteo había partido con esos mismos hermanos; lo cual ciertamente era falso, aunque no dicho por el presbítero; y nos fue declarado muy manifiestamente que el hermano Carcedonio ignoró totalmente todas estas cosas, cuanto estas suelen manifestarse.

2. Pero ¿por qué detenernos en más palabras? Nuestro mencionado hijo Timoteo, vehementemente perturbado porque muy contra su voluntad sintió una duda tan inesperada, nos indicó que, cuando tratabas con él para que sirviera a Dios en Subsana, estalló y juró que no se apartaría de ti de ningún modo. Y cuando le preguntamos por su voluntad, respondió que se veía impedido por este juramento para estar allí donde nosotros queríamos que estuviese incluso antes, ya que especialmente está ya seguro de la manifestación de su libertad.

Cumque illi aperuissemus non eum futurum perjurii reum, si non per ipsum, sed per te fieret ut propter vitandum scandalum tecum esse non posset; quandoquidem non de tua voluntate, sed de sua jurare potuerit, nec te sibi vicissim aliquid jurasse confessus sit; ad extremum dixit, quod servum Dei, Ecclesiae filium, dicere oportebat, quidquid nobis cum tua Sanctitate de illo fieri placuisset, id se sine dubio secuturum. Proinde petimus, et per charitatem Christi obsecramus prudentiam tuam, ut omnium quae locuti sumus memineris, et rescriptis tuis nos laetifices. Debemus enim nos firmiores (si tamen inter tanta tentationum pericula dicere hoc audendum est), sicut ait Apostolus, infirmorum onera sustinere (Rom. XV, 1). Frater Timotheus ideo non scripsit Sanctitati tuae, quia omnia quae gesta sunt sanctus frater tuus significavit. Memor nostri, in Domino glorieris, domine beatissime et venerabiliter charissime et sincerissime frater.

EPISTOLA LXIII . Rursum de Timotheo qui postquam jurasset se a Severo non recessurum, ordinatus fuerat subdiaconus apud Subsanam in dioecesi Hipponensi: hoc praeter suam voluntatem factum esse testatur Augustinus; Timotheum tamen quem ad Severum redire voluit, declarat lectoris officio jam ante praestitum ipsi juramentum, functum fuisse in ecclesiis dioeceseos Hipponensis, adeoque sibi remittendum. Domino beatissimo, et venerabili, et sincerissima charitate amplectendo fratri et consacerdoti SEVERO, et qui tecum sunt fratribus, AUGUSTINUS, et fratres qui mecum sunt, in Domino salutem.

1. Si dicam quae me ipsa causa cogit dicere, ubi erit sollicitudo charitatis? Si autem non dicam, ubi erit libertas amicitiae? Verumtamen fluctuans interim, elegi me purgare potius quam te arguere. Scripsisti te mirari, nos cum dolore nostro tolerare voluisse, quod correctione emendari potuisset: quasi non sint dolenda quae male facta sunt, etiamsi quantum possunt, postea corriguntur; aut non id maxime tolerandum sit, quod cum manifestum sit perperam factum, fieri non possit infectum. Desine itaque mirari, frater sincerissime. Nam ordinatus est apud Subsanam subdiaconus Timotheus, praeter meum consilium et voluntatem; cum quid de illo agendum esset, adhuc inter nostras alternas sententias deliberatio nutaret. Ecce adhuc doleo, quamvis jam ad te redierit; in quo nos tuae voluntati paruisse non poenitet.

2. Audi etiam quid objurgando, quid monendo, quid orando correxerimus, et antequam hinc esset profectus; ne adhuc propterea videatur tibi nihil a nobis tunc fuisse correctum, quia nondum ad vos ipse redierat. Objurgando correximus, primo ipsum qui tibi non obtemperavit, ut inconsulto fratre Carcedonio ad tuam Sanctitatem ante profisceretur, unde origo hujus nostrae tribulationis exorta est; deinde presbyterum et Verinum, per quos ut ordinaretur factum esse comperimus.

Y cuando le hubimos abierto que él no sería reo de perjurio si no por sí mismo, sino por ti, se hiciera que por evitar el escándalo no pudiese estar contigo, puesto que pudo jurar no sobre tu voluntad, sino sobre la suya, ni confesó que tú le hubieras jurado nada a cambio; al final dijo, lo que convenía decir a un siervo de Dios, hijo de la Iglesia: que cualquier cosa que a nosotros con tu Santidad nos pluguiese que se hiciera de él, él lo seguiría sin duda. Por lo tanto pedimos, y por la caridad de Cristo suplicamos a tu prudencia, que te acuerdes de todas las cosas que hemos hablado y nos alegres con tus rescriptos. Pues nosotros los más fuertes debemos (si es que entre tantos peligros de tentaciones ha de decirse esto con osadía), como dice el Apóstol, *sostener las cargas de los débiles* (Rom XV, 1). El hermano Timoteo no escribió a tu Santidad porque tu santo hermano significó todas las cosas que se hicieron. Acuérdate de nosotros y gloríate en el Señor, beatísimo y por debida observancia carísimo y sincerísimo hermano.

EPISTOLA LXIII. Nuevamente sobre Timoteo, quien después de jurar que no se apartaría de Severo, había sido ordenado subdiácono en Subsana, en la diócesis de Hipona: Agustín atestigua que esto se hizo contra su voluntad; sin embargo, declara que Timoteo, a quien quiso que regresara a Severo, ya había cumplido, mediante el oficio de lector, un juramento prestado previamente en las iglesias de la diócesis de Hipona, y que por tanto le debía ser devuelto. Al beatísimo y venerable y con sincerísima caridad abrazable hermano y consacerdote SEVERO, y a los hermanos que están contigo, AGUSTÍN y los hermanos que están conmigo, salud en el Señor.

1. Si dijere lo que la causa misma me obliga a decir, ¿dónde estará la solicitud de la caridad? Pero si no lo dijere, ¿dónde estará la libertad de la amistad? Sin embargo, fluctuando entre tanto, elegí purgarme yo mismo antes que reprenderte a ti. Escribiste que te admirabas de que nosotros quisiéramos tolerar con nuestro dolor lo que hubiera podido enmendarse con la corrección: como si no fueran dignas de dolor las cosas que se hicieron mal, aunque después se corrijan cuanto se puede; o como si no fuera eso lo que más debe tolerarse, lo cual, siendo manifiesto que se hizo erradamente, no puede hacerse que no haya sido hecho. Deja, pues, de admirarte, hermano sincerísimo. Pues Timoteo fue ordenado subdiácono en Subsana, fuera de mi consejo y voluntad, cuando aún vacilaba la deliberación entre nuestras alternas sentencias sobre qué se debía hacer de él. He aquí que todavía me duelo, aunque ya haya regresado a ti; en lo cual no nos pesa haber obedecido a tu voluntad.

2. Escucha también qué corregimos reprendiendo, qué amonestando y qué orando, e incluso antes de que él hubiera partido de aquí; para que no te parezca que entonces nada fue corregido por nosotros por el hecho de que él mismo aún no hubiera regresado a ustedes. Corregimos reprendiendo, primero a él mismo, que no te obedeció al partir hacia tu Santidad antes de consultar con el hermano Carcedonio, de donde surgió el origen de esta tribulación nuestra; después al presbítero y a Verino, por quienes descubrimos que se había hecho que fuera ordenado.

Cum enim omnes objurgantibus nobis haec omnia non recte facta esse confessi sunt, et ut sibi ignosceretur rogaverunt; nimis superbe ageremus, si non crederemus esse correctos. Neque enim agere poterant ut facta non essent; sed nec nos aliud objurgando agebamus, nisi ut se male egisse cognoscerent et dolerent. Monendo autem correximus, primo omnes, ut deinceps talia non auderent, ne iram Dei experirentur: deinde praecipue Timotheum, qui sola juratione se cogi dicebat ad tuam pergere Charitatem; ut si Sanctitas tua, quod fore sperabamus, considerans quae simul locuti fuerimus, propter infirmorum scandalum, pro quibus Christus mortuus est et propter Ecclesiae disciplinam, quam periculose negligunt, quoniam hic jam lector esse coeperat, nolles eum esse tecum; jam liber a vinculo jurationis, aequissimo animo Deo serviret, cui sumus rationem nostrorum actuum reddituri. Ipsum quoque fratrem Carcedonium, quantum potuimus, monendo ad hoc perduxeramus, ut etiam ipse patientissime acciperet quidquid de illo fieri, conservandae ecclesiasticae disciplinae provisio et necessitas cogeret. Orando autem correxeramus nos ipsos, ut et gubernationes et exitus nostrorum consiliorum misericordiae Dei commendaremus, et si quid indignationis nos momorderat, sub illius medicinalem dexteram confugiendo sanaremur. Ecce quam multa, partim objurgando, partim monendo, partim orando correxeramus.

3. Et nunc considerantes vinculum charitatis, ut non possideamur a satana, non enim ignoramus mentes ejus, quid aliud facere debuimus nisi obtemperare voluntati tuae, qui non putasti quod factum est corrigi potuisse, nisi ipse, in quo tibi injuriam factam esse conquereris, juri tuo redderetur? Hoc etiam frater ipse Carcedonius, quamvis non post levem animi perturbationem, de qua peto ut ores pro illo, tamen Christum in te cogitans, aequanimiter fecit. Et cum adhuc ego, utrum apud nos remorante Timotheo, alias ad tuam Germanitatem litteras mitterem, cogitandum putarem; veritus est ipse paternam commotionem tuam; et praecidit deliberationem meam, non solum sinens, sed etiam instans ut tibi Timotheus redderetur.

4. Ego autem, frater Severe, causam meam judicio tuo dimitto. Certus sum enim Christum habitare in corde tuo; per quem te obsecro ut ipsum consulas, tuae menti sibi subditae praesidentem, utrum homo, qui in ecclesia meae dispensationi credita jam legere coeperat, et non semel, sed iterum et tertio, apud Subsanam et presbytero Subsanensis Ecclesiae comitatus, et apud Turres, et apud Cizan et apud Verbalis egerat, non fuisse lector possit aut debeat judicari . Et sicut nos, quod postea nobis invitis factum est, Deo jubente correximus; sic et tu quod prius te nesciente factum est, eodem jubente similiter corrige.

Pues cuando todos, reprendiéndolos nosotros, confesaron que todas estas cosas no se habían hecho rectamente y rogaron que se les perdonase, obraríamos con demasiada soberbia si no creyéramos que estaban corregidos. Pues no podían hacer que lo hecho no hubiera sido hecho; pero nosotros tampoco pretendíamos otra cosa al reprenderlos sino que reconocieran que habían obrado mal y se dolieran. Mas corregimos amonestando, primero a todos, para que en adelante no se atrevieran a tales cosas, no sea que experimentaran la ira de Dios; después especialmente a Timoteo, que decía que solo por el juramento se veía obligado a dirigirse a tu Caridad; para que si tu Santidad —lo cual esperábamos que sucediera—, considerando lo que hablamos juntos, por el escándalo de los débiles por quienes Cristo murió y por la disciplina de la Iglesia que descuidan peligrosamente, puesto que aquí ya había empezado a ser lector, no quisieras que estuviese contigo; ya libre del vínculo del juramento, sirviera a Dios con ánimo muy ecuánime, a quien hemos de rendir cuenta de nuestros actos. Al mismo hermano Carcedonio, cuanto pudimos, lo habíamos conducido mediante la amonestación a esto: a que él mismo también aceptara con muchísima paciencia cualquier cosa que la provisión y la necesidad de conservar la disciplina eclesiástica obligara a hacer sobre él. Mas habíamos corregido orando nosotros mismos, para que encomendáramos a la misericordia de Dios tanto el gobierno como el éxito de nuestros consejos, y si algo de indignación nos había mordido, fuéramos sanados refugiándonos bajo su diestra medicinal. He aquí cuántas cosas, en parte reprendiendo, en parte amonestando y en parte orando, habíamos corregido.

3. Y ahora, considerando el vínculo de la caridad, para que no seamos poseídos por Satanás —pues no ignoramos sus intenciones—, ¿qué otra cosa debimos hacer sino obedecer a tu voluntad, tú que no pensaste que lo hecho pudiera corregirse a no ser que el mismo en quien te quejas de que se te ha hecho una injuria te fuera devuelto a tu derecho? Esto también lo hizo el mismo hermano Carcedonio con ánimo ecuánime, aunque no sin una ligera perturbación del ánimo, por la cual pido que ores por él, pensando sin embargo en Cristo en ti. Y cuando yo todavía pensaba que debía deliberarse si, permaneciendo Timoteo entre nosotros, enviaría otras cartas a tu Hermandad, él mismo temió tu conmoción paterna y cortó mi deliberación, no solo permitiendo, sino también instando a que Timoteo te fuera devuelto.

4. Yo, hermano Severo, dejo mi causa a tu juicio. Estoy cierto de que Cristo habita en tu corazón; por él te ruego que le consultes a él mismo, que preside tu mente a él sometida, si un hombre que en la iglesia confiada a mi dispensación ya había empezado a leer, y no una vez, sino segunda y tercera, en Subsana y acompañado por el presbítero de la Iglesia subsanense, y en Turres, y en Cizán y en Verbalis, no puede o no debe ser juzgado como lector. Y así como nosotros corregimos por mandato de Dios lo que después se hizo contra nuestra voluntad, así también tú corrige de igual modo por mandato suyo lo que antes se hizo ignorándolo tú.

Neque enim vereor ne tu parum intelligas quantus aditus aperitur ad dissolvendum ordinem Ecclesiasticae disciplinae, si alterius Ecclesiae clericus cuicumque juraverit quod ab ipso non sit recessurus, eum secum esse permittat, ideo se facere affirmans, ne auctor sit ejus perjurii; cum profecto qui hoc non sinet, nec illum apud ipsum remanere permittet, quia de se, non de altero jurare potuit, ipse pacificam regulam sine aliqua reprehensione custodiat.

EPISTOLA LXIV . Augustinus Quintiano, ipsum ad patientiam adhortans et Aurelio episcopo reconciliatum cupiens, agensque de Privatione quem ille suae Ecclesiae clericum querebatur in monasterium Augustini susceptum fuisse. Domino dilectissimo fratri et compresbytero QUINTIANO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Nos non dedignamur aspicere corpora minus pulchra, praesertim cum ipsae animae nostrae nondum pulchrae sint, sicut eas futuras speramus, cum ille ineffabiliter pulcher nobis apparuerit, in quem modo non videntes credimus: tunc enim similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti est (Joan. III, 2). Quod et tu de anima tua, si libenter et fraterne me accipis, admonemus ut sentias, nec eamdem pulchram esse praesumas, sed quemadmodum Apostolus praecipit, in spe gaudeas, et quod sequitur facias; sic enim dicit, Spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12); spe enim salvi facti sumus; sicut rursus idem ipse dicit, Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus (Rom. VIII, 24, 25). Haec patientia in te non deficiat, et in bona conscientia sustine Dominum, et viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum (Psal. XXVI, 14).

2. Manifestum est quidem quod si ad nos venires, venerabili episcopo Aurelio non communicans, nec apud nos posses communicare; sed ea charitate nos faceremus, qua et illum facere non dubitamus. Nec ideo tamen onerosus nobis esset adventus tuus; quia et te oportet aequo animo facere pro Ecclesiae disciplina, praesertim salva conscientia, quam tu nosti et Deus. Neque enim et ille si causam tuam discutiendam distulit, odio tui fecit, et non necessitatibus suis; quas tu si ita nosses quemadmodum tuam nosti, nec mirareris nec contristareris. Quod etiam de nostris petimus credas, quia similiter eas non potes nosse. Sunt autem majores nobis, et auctoritate digniores, et loco viciniores episcopi, per quos facilius possitis ad curam vestram pertinentis Ecclesiae causas exsequi. Nec ego tamen tacui apud venerabilem et debita mihi pro ejus meritis honorificentia suscipiendum fratrem et collegam meum senem Aurelium, tribulationem vestram et querimoniam litterarum vestrarum; sed per exemplum epistolae tuae, innocentiam tuam ei perferre curavi.

Pues no temo que dejes de comprender cuán gran acceso se abre para disolver el orden de la disciplina eclesiástica si el clérigo de otra Iglesia jurase a cualquiera que no se ha de apartar de él, y este le permite estar consigo, afirmando que lo hace por esto, para no ser autor de su perjurio; cuando ciertamente quien no lo permita ni le permita permanecer consigo —porque pudo jurar sobre sí mismo, no sobre otro— guardará él mismo la regla pacífica sin ninguna reprensión.

EPISTOLA LXIV. Agustín a Quinciano, exhortándole a la paciencia y deseando que se reconcilie con el obispo Aurelio, y tratando sobre Privación, de quien él se quejaba que como clérigo de su Iglesia había sido recibido en el monasterio de Agustín. Al muy amado hermano y copresbítero QUINCIANO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Nosotros no nos desdeñamos de mirar los cuerpos menos hermosos, especialmente cuando nuestras propias almas aún no son hermosas, como esperamos que lo sean en el futuro, cuando se nos aparezca aquel inefablemente hermoso en quien ahora creemos sin verlo: pues entonces seremos semejantes a él, cuando le veamos tal cual es (1 Jn III, 2). Lo cual también sobre tu alma —si me recibes de buen grado y fraternalmente— te amonestamos que sientas, y que no presumas que ella es ya hermosa, sino que, como prescribe el Apóstol, te goces en la esperanza y hagas lo que sigue; pues así dice: *Gozosos en la esperanza, pacientes en la tribulación* (Rom XII, 12); *pues en esperanza hemos sido salvados*; como de nuevo dice él mismo: *Mas la esperanza que se ve no es esperanza: pues lo que uno ve, ¿por qué lo espera? Pero si esperamos lo que no vemos, por la paciencia lo aguardamos* (Rom VIII, 24-25). No falte en ti esta paciencia y, con buena conciencia, aguarda al Señor, y obra varonilmente, y confórtese tu corazón, y aguarda al Señor (Sal XXVI, 14).

2. Manifiesto es ciertamente que, si vinieras a nosotros sin estar en comunión con el venerable obispo Aurelio, tampoco podrías comulgar entre nosotros; pero lo haríamos con aquella caridad con la que no dudamos que él también obra. Y no por eso, sin embargo, nos sería onerosa tu venida; porque te conviene también obrar con ánimo ecuánime por la disciplina de la Iglesia, especialmente a salvo la conciencia, que tú conoces y Dios también. Pues ni él, si difirió la discusión de tu causa, lo hizo por odio a ti, sino por sus necesidades; las cuales, si tú las conocieras como conoces las tuyas, ni te admirarías ni te entristecerías. Lo cual pedimos que creas también de las nuestras, porque igualmente no puedes conocerlas. Pero hay obispos mayores que nosotros y más dignos en autoridad y más cercanos en lugar, por quienes pueden ejecutar más fácilmente las causas de la Iglesia que pertenece a su cuidado. No callé, sin embargo, ante mi hermano y colega, el anciano Aurelio —venerable y digno de ser recibido por mí con la honorificencia debida a sus méritos—, sobre tu tribulación y la queja de tus cartas; sino que, mediante el traslado de tu epístola, procuré hacerle llegar tu inocencia.

Litteras autem tuas vel pridie, vel ante biduum Natalis Domini accepi, quando illum insinuasti ad Ecclesiam Badesilitanam venturum, a qua timetis Dei plebem conturbari atque corrumpi. Quapropter per litteras quidem alloqui plebem vestram non audeo; rescribere autem eis qui mihi scriberent, possem: ultro autem ad plebem scribere, quae dispensationi meae commissa non est, unde possem?

Non vult enim volenti Christo servire, sed Christianis nolentibus dominari.

3. Verumtamen quod tibi uni dico, qui mihi scripsisti, per teipsum perveniat ad eos quibus opus est dici. Vos ipsi prius nolite in scandalum mittere Ecclesiam, legendo in populis scripturas quas canon ecclesiasticus non recepit; his enim heretici, et maxime Manichaei, solent imperitas mentes evertere, quos in campo vestro libenter latitare audio. Miror ergo prudentiam tuam, quod me admonueris ut jubeam non recipi eos qui ad nos a vobis ad monasterium veniunt, ut quod statutum est a nobis in concilio permaneret; et tu non memineris in concilio institutum, quae sint Scripturae canonicae quae in populo Dei legi debeant. Recense ergo concilium, et omnia quae ibi legeris commenda memoriae; et ibi etiam invenies, de solis clericis fuisse statutum , non etiam de laicis, ut undecumque venientes non recipiantur in monasterium. Non quia monasterii facta mentio est; sed quia sic institutum est, ut clericum alienum nemo suscipiat. Recenti autem concilio statutum est, ut de aliquo monasterio qui recesserint, vel projecti fuerint, non fiant alibi clerici aut praepositi monasteriorum. Si ergo de Privatione te aliquid movit, scias eum a nobis nondum esse susceptum in monasterium; sed causam ipsius ad senem Aurelium misi, ut quod de illo statuerit, hoc faciam. Miror enim utrum jam potest lector deputari, qui nonnisi semel scripturas etiam non canonicas legit. Si enim propterea jam ille lector ecclesiasticus, profecto et illa scriptura est ecclesiastica. Si autem illa scriptura ecclesiastica non est, quisquis eam quamvis in ecclesia legerit, ecclesiasticus lector non est. Tamen de isto adolescente, quod memorato antistiti visum fuerit, hoc oportet observem.

Mas recibí tus cartas o el día anterior, o dos días antes del Nacimiento del Señor, cuando insinuaste que él había de venir a la Iglesia Badesilitana, por la cual temen que el pueblo de Dios sea conturbado y corrompido. Por lo cual, dirigirme por carta a tu pueblo ciertamente no me atrevo; responder, en cambio, a quienes me escribieran, podría; pero escribir espontáneamente al pueblo que no está confiado a mi dispensación, ¿desde dónde podría?

Pues no quiere servir a Cristo de buen grado, sino dominar a los cristianos contra su voluntad.

3. Sin embargo, lo que te digo a ti solo, que me escribiste, llegue por ti mismo a aquellos a quienes es necesario decírselo. Ustedes mismos primero no pongan en escándalo a la Iglesia leyendo ante los pueblos escrituras que el canon eclesiástico no recibió; pues con ellas los herejes, y sobre todo los maniqueos, suelen trastornar las mentes ignorantes, los cuales oigo que se ocultan de buen grado en el campo de ustedes. Me admiro, pues, de tu prudencia, de que me hayas amonestado para que ordene que no se reciban los que vienen de ustedes a nosotros al monasterio, para que lo que fue estatuido por nosotros en el concilio permaneciera; y tú no te acuerdes de que en el concilio se instituyó cuáles son las Escrituras canónicas que deben leerse ante el pueblo de Dios. Revisa, pues, el concilio y encomienda a la memoria todas las cosas que allí leyeres; y allí también encontrarás que solo sobre los clérigos se estatuó, no también sobre los laicos, que no sean recibidos en el monasterio viniendo de cualquier parte. No porque se haya hecho mención del monasterio, sino porque así se instituyó: que nadie reciba al clérigo ajeno. Mas en un concilio reciente se estatuó que los que se hubieren retirado de algún monasterio o hubieren sido expulsados, no se hagan en otra parte clérigos o prepósitos de monasterios. Si, pues, algo te movió sobre Privación, sepas que todavía no ha sido recibido por nosotros en el monasterio, sino que envié su causa al anciano Aurelio para que, lo que él estatuya sobre él, esto haga yo. Pues me pregunto si ya puede ser considerado lector quien no leyó sino una sola vez escrituras incluso no canónicas. Pues si por eso él es ya lector eclesiástico, ciertamente también aquella escritura es eclesiástica. Mas si aquella escritura no es eclesiástica, cualquiera que la leyere, aunque sea en la iglesia, no es lector eclesiástico. Sin embargo, sobre este adolescente, lo que le pareciere al mencionado obispo, esto conviene que yo observe.

4. Plebs autem Vigesilitana, vobiscum nobis in visceribus Christi charissima, si episcopum in plenario Africae concilio degradatum suscipere noluerit, sano capite faciet, et nec cogi potest, nec debet. Et quisquis eam violenter coegerit, ostendet qualis sit; et qualis ante fuerit, quando de se nihil mali credi volebat, faciet intelligi. Nullus enim sic proditur qualem causam habuerit, quam ille qui per saeculares potestates, vel quaslibet violentias, cum perturbatione et querela conatur recipere honorem quem perdidit. Fratres, cauti estote: multum astutus est diabolus; sed Christus Dei Sapientia est.

EPISTOLA LXV . Augustinus Xantippo Numidiae primati, rationem reddens cur Abundantio presbytero infami Ecclesiam committere noluerit. Domino beatissimo et venerabiliter suscipiendo patri et consacerdoti seni XANTIPPO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Officio debito meritis tuis, salutans Dignationem tuam, tuisque me orationibus valde commendans, insinuo prudentiae tuae, Abundantium quemdam in fundo Strabonianensi pertinente ad curam nostram ordinatum fuisse presbyterum. Qui cum non ambularet vias servorum Dei, non bonam famam habere coeperat; qua ego conterritus, non tamen temere aliquid credens, sed plane sollicitior factus, operam dedi, si quo modo possem ad aliqua malae conversationis ejus certa indicia pervenire. Ac primo comperi, eum pecuniam cujusdam rusticani divino apud se commendato intervertisse, ita ut nullam inde posset probabilem reddere rationem. Deinde convictus atque confessus est, die jejunii Natalis Domini, quo etiam Gippitana Ecclesia sicut caeterae jejunabant, cum tanquam perrecturus ad Ecclesiam suam valefecisset collegae suo presbytero Gippitano, hora ferme quinta, et cum secum nullum clericum haberet, in eodem fundo restitisse, et apud quamdam malae famae mulierem et prandisse et coenasse, et in una domo mansisse. In hujus autem hospitio jam quidem clericus noster Hipponensis remotus erat; et hoc quia iste optime noverat, negare non potuit. Nam quae negavit, Deo dimisi, judicans quae occultare permissus non est. Timui ei committere Ecclesiam, praesertim inter haereticorum circumlatrantium rabiem constitutam. Et cum me rogaret ut ad presbyterum fundi Armemanensis in campo Bullensi, unde ad nos devenerat, causa ejus insinuata litteras darem, ne quid de illo atrocius suspicaretur, ut illic vivat, si fieri potest, sine officio presbyterii correctior, misericordia commotus feci. Haec autem me praecipue prudentiae tuae intimare oportebat, ne aliqua tibi fallacia subreperet.

4. Mas el pueblo de Vigesila, para nosotros carísimo junto con ustedes en las entrañas de la caridad de Cristo, si no quisiere recibir a un obispo degradado en un concilio plenario de África, obrará con cabeza sana y ni puede ser compelido ni debe. Y quienquiera que le compeliere violentamente, mostrará qué tal sea; y qué tal fue antes, cuando no quería que se creyera nada malo de sí, lo hará comprender. Pues nadie es tan delatado sobre qué causa tuvo como aquel que, por medio de las potestades seculares o de cualesquiera violencias, con perturbación y queja intenta recuperar el honor que perdió. Hermanos, sean cautos: muy astuto es el diablo, pero Cristo es la Sabiduría de Dios.

EPISTOLA LXV. Agustín a Xantipo, primado de Numidia, dando razón de por qué no quiso confiar la Iglesia a Abundancio, presbítero infame. Al beatísimo y con venerable respeto recibible padre y consacerdote, el anciano XANTIPO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Cumpliendo con el deber debido a tus méritos, saludando a tu Dignidad y encomendándome encarecidamente a tus oraciones, comunico a tu prudencia que un tal Abundancio fue ordenado presbítero en el fundo Estraboniano, perteneciente a nuestro cuidado. El cual, como no caminara por las vías de los siervos de Dios, había empezado a tener no buena fama; por lo cual yo, aterrado, aunque no creyendo nada temerariamente, sino vuelto claramente más solícito, puse empeño por ver si de algún modo podía llegar a algunos indicios ciertos de su mala conducta. Y primero descubrí que él había malversado el dinero de un cierto campesino encomendado a él bajo fe divina, de tal modo que no podía dar de ello ninguna razón probable. Después fue convicto y confesó que, el día del ayuno del Nacimiento del Señor, en el cual también la Iglesia gippitana ayunaba como las demás, habiéndose despedido de su colega el presbítero gippitano como si fuera a dirigirse a su propia Iglesia, hacia la hora quinta, y no teniendo consigo a ningún clérigo, permaneció en el mismo fundo y tanto comió como cenó en casa de una cierta mujer de mala fama, y permaneció en una misma casa. Pues en el hospedaje de esta ya había sido retirado un clérigo nuestro hiponense; y como él sabía esto perfectamente, no pudo negarlo. Pues lo que negó, lo dejé a Dios, juzgando aquello que no se le permitió ocultar. Temí confiarle la Iglesia, especialmente constituida entre la rabia de los herejes que ladran alrededor. Y cuando me rogó que le diera cartas comunicando su causa al presbítero del fundo Armemanense, en el campo Bullense, de donde había venido a nosotros, para que no sospechara nada más atroz sobre él, a fin de que viva allí, si puede hacerse, más corregido sin el oficio del presbiterio, movido por la misericordia lo hice. Mas me convenía íntimar estas cosas especialmente a tu prudencia, para que no se te deslice algún engaño.

2. Audivi autem causam ejus, cum centum dies essent ad Dominicum Paschae, qui futurus est octavo idus aprilis. Hoc propter concilium insinuare curavi Venerabilitati tuae, quod etiam ipsi non celavi, sed ei fideliter quid institutum esset aperui: ut si intra annum causam suam, si forte sibi aliquid agendum putat, agere neglexerit, deinceps ejus vocem nemo audiat. Nos autem, beatissime domine et venerabiliter suscipiende pater, si haec indicia malae conversationis clericorum, maxime cum fama non bona eos coeperit comitari, non putaverimus eo modo vindicanda, quo in concilio constitutum est; incipimus cogi ea quae sciri non possunt, velle discutere, et aut incerta damnare, aut vere incognita praeterire. Ego certe presbyterum, et qui die jejunii, quo ejusdem loci etiam Ecclesia jejunabant, valefaciens collegae suo ejusdem loci presbytero, apud famosam mulierem, nullum secum clericum habens, remanere et prandere et coenare ausus est, et in una domo dormire, removendum ab officio presbyterii arbitratus sum, timens ei deinceps Ecclesiam Dei committere. Quod si forte judicibus ecclesiasticis aliud videtur, quia sex episcopis causam presbyteri terminari concilio statutum est, committat illi, qui vult, Ecclesiam suae curae commissam: ego talibus, fateor, quamlibet plebem committere timeo, praesertim quos nulla bona fama defendit, ut hoc eis possit ignosci; ne si quid perniciosius eruperit, languens imputem mihi.

Epistola LXVI.

Expostulat cum Crispino Calamensi, qui Mappalienses metu subactos rebaptizarat.

CAPUT PRIMUM.

1. Audivi pervenisse in manus tuas litteras meas; sed, quod adhuc rescripta non merui, nequaquam imputaverim dilectioni tuae: aliquid procul dubio impedimenti fuit. Unde agnosco a me Dominum potius deprecandum, ut tuae voluntati det facultatem mittendi quod rescripseris: nam rescribendi jam dedit quia, cum volueris, facillime poteris.

CAP. II. 2. Etiam hoc, ad me sane perlatum, utrum quidem crederem dubitavi; sed hinc quoque tibi aliquid utrum scriberem, dubitare non debui: hoc autem brevi suggestum esse Charitati tuae a nescio quibus fratribus, mihi dictum est, quod librum adversus te scripserim, Romamque miserim. Hoc falsum esse noveris; Deum nostrum testor, hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid quam tu sensisse reperiar, non contra te dictum, sed quod mihi videbatur a me scriptum esse, puto te debere cognoscere; aut si cognosci non potest, credere.

2. Escuché además su causa cuando faltaban cien días para la Pascua del Señor, que ha de ser el ocho de las idus de abril. Procuré comunicar esto a tu Venerabilidad a causa del concilio, lo cual tampoco oculté a él mismo, sino que le abrí fielmente lo que se había instituido: que si dentro de un año descuidara tratar su causa, si quizá piensa que debe tratar algo, en adelante nadie oiga su voz. Nosotros, pues, beatísimo señor y padre digno de ser recibido con venerable respeto, si no pensáramos que estos indicios de la mala conducta de los clérigos —máxime cuando la mala fama ha empezado a acompañarlos— han de ser vindicados de ese modo en que se instituyó en el concilio, empezamos a vernos obligados a querer discutir lo que no puede saberse, y o a condenar lo incierto o a pasar por alto lo verdaderamente desconocido. Yo ciertamente juzgué que el presbítero que incluso en día de ayuno, en que también la Iglesia de ese mismo lugar ayunaba, despidiéndose de su colega presbítero de ese mismo lugar, en casa de una mujer famosa, no teniendo consigo a ningún clérigo, se atrevió a permanecer, comer y cenar, y a dormir en una misma casa, debe ser removido del oficio del presbiterio, temiendo confiarle en adelante la Iglesia de Dios. Lo cual, si quizá a los jueces eclesiásticos les parece otra cosa —porque se instituyó en el concilio que la causa del presbítero sea terminada por seis obispos—, confíele quien quiera la Iglesia encomendada a su cuidado: yo, lo confieso, temo confiar cualquier pueblo a tales hombres, especialmente a quienes ninguna buena fama defiende para que esto pueda perdónarseles; no sea que si algo más pernicioso estallare, languideciendo me lo impute a mí mismo.

Epistola LXVI.

Expóstula con Crispino de Calama, quien había rebautizado a los mapalienses sometidos por el miedo.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. He oído que mis cartas han llegado a tus manos; pero, como hasta ahora no he merecido respuesta, de ningún modo lo imputaría a tu afecto: sin duda alguna hubo algún impedimento. Por lo cual reconozco que más bien debo rogar al Señor que dé a tu voluntad la facultad de enviar lo que hayas respondido: pues ya dio la de responder porque, cuando quieras, podrás hacerlo muy fácilmente.

CAP. II. 2. También esto, ciertamente referido a mí, dudé si creerlo; pero también sobre esto si debía escribirte algo, no debí dudar: además se me dijo que esto fue sugerido brevemente a tu Caridad por no sé qué hermanos, que yo había escrito un libro contra ti y lo había enviado a Roma. Sabe que esto es falso; pongo a nuestro Dios por testigo de que yo no he hecho esto. Pero si quizá se encuentran algunas cosas en algunos escritos míos, en las cuales se descubra que yo he sentido algo de otro modo que tú, pienso que debes conocer que no fue dicho contra ti, sino escrito por mí lo que me parecía; o si no puede conocerse, creerlo.

Ita sane hoc dixerim, ut ego non tantum paratissimus sim, si quid te in meis scriptis moverit, fraterne accipere quid contra sentias, aut de correctione mea, aut de ipsa tua benevolentia gavisurus; verum etiam hoc a te postulem, et flagitem.

3. O si licuisset, etsi non cohabitante, saltem vicino te in Domino perfrui ad crebrum et dulce colloquium! Sed quia id non est datum, peto ut hoc ipsum, quod in Domino quam possumus simul sumus, conservari studeas, et augeri ac perfici, et rescripta quamvis rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum, et omnes fratres qui tecum ac de te in Domino gaudent . Memor nostri exaudiaris a Domino in omni sancto desiderio tuo, domine charissime et desideratissime, et honorande in Christo frater.

EPISTOLA LXVIII . Hieronymus Augustino, jam accepta epistola quae contiene quaestionem de mendacio officioso, sed dubitans etiamnum an sit Augustini, negat se responsurum nisi sit certus de auctore. Meminit et Ruffini ficto nomine. Domino vere sancto, ac beatissimo papae AUGUSTINO, HIERONYMUS, in Christo salutem. 1. In ipso profectionis articulo, sancti filii nostri Asterii hypodiaconi, necessarii mei , Beatitudinis tuae litterae supervenerunt, quibus satisfacis te contra parvitatem meam librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram; sed epistolae cujusdam, quasi ad me scriptae, per fratrem nostrum Sysinnium diaconum huc exemplaria pervenerunt. In qua hortaris me, ut *παλινῳδίαν* super quodam Apostoli capitulo canam, et imiter Stesichorum, inter vituperationes et laudes Helenae fluctuantem; ut qui detrahendo oculos perdiderat, laudando receperit. Ego simpliciter fateor Dignationi tuae, licet stilus et *ἐπιχειρήματα* tua mihi viderentur, tamen non temere exemplaribus litterarum credendum putavi; ne forte, me respondente laesus, juste expostulares, quod probare ante debuissent tuum esse sermonem, et sic rescribere. Accessit ad moram sanctae et venerabilis Paulae longa infirmitas. Dum enim languenti multo tempore assidemus, pene epistolae tuae, vel ejus qui sub tuo nomine scripserat, obliti sumus, memores illius versiculi: «Musica in luctu, importuna narratio» (Eccli. XXII, 6). Itaque, si tua est epistola, aperte scribe, vel mitte exemplaria veriora; ut absque ullo rancore stomachi in Scripturarum disputatione versemur, et vel nostrum emendemus errorem, vel alium frustra reprehendisse doceamus.

Ciertamente diría esto así, para que yo no solo esté preparadísimo, si algo en mis escritos te moviere, a recibir fraternalmente lo que sientas en contra, dispuesto a gozarme o de mi corrección o de tu misma benevolencia; sino que incluso te pido y te insto a esto.

3. ¡Oh, si hubiera sido lícito, si no cohabitando, al menos como vecino, disfrutar de ti en el Señor para un frecuente y dulce coloquio! Pero como eso no se ha dado, pido que procures que esto mismo, lo que estamos juntos en el Señor cuanto podemos, se conserve, y se aumente y se perfeccione, y que no desprecies las respuestas aunque sean raras. Saluda con mi respeto al santo hermano Pauliniano, y a todos los hermanos que se gozan en el Señor contigo y por ti. Acordándote de nosotros, seas oído por el Señor en todo santo deseo tuyo, señor carísimo y deseadísimo, y hermano digno de ser honrado en Cristo.

EPISTOLA LXVIII. Jerónimo a Agustín, habiendo recibido ya la epístola que contiene la cuestión sobre la mentira oficiosa, pero dudando todavía si es de Agustín, niega que ha de responder a menos que esté cierto sobre el autor. Menciona también a Rufino con nombre fingido. Al señor verdaderamente santo y beatísimo papa AGUSTÍN, JERÓNIMO, salud en Cristo. 1. En el mismo momento de la partida de nuestro santo hijo Asterio, subdiácono, mi amigo necesario, sobrevinieron las cartas de tu Beatitud, por las cuales me satisfaces de que no enviaste a Roma un libro contra mi pequeñez. Yo tampoco había oído que esto se hubiera hecho; pero llegaron aquí, por medio de nuestro hermano el diácono Sisinnio, ejemplares de una cierta epístola, como escrita a mí. En la cual me exhortas a que cante una palinodia (παλινῳδίαν) sobre un cierto capítulo del Apóstol, e imite a Estesícoro, que fluctuaba entre las vituperaciones y las alabanzas de Helena; para que quien por denigrar había perdido los ojos, por alabar los recibiera. Yo confieso sencillamente a tu Dignidad que, aunque tu estilo y argumentos (ἐπιχειρήματα) me parecían [serlo], sin embargo pensé que no se debía creer temerariamente en los ejemplares de las cartas; no sea que quizá, respondiendo yo y siendo tú herido, expostularas justamente que yo debí haber probado antes que el discurso era tuyo, y así responder. Se añadió a la demora la larga enfermedad de la santa y venerable Paula. Pues mientras asistimos a la que languidece por mucho tiempo, casi nos olvidamos de tu epístola, o de la de aquel que había escrito bajo tu nombre, acordándonos de aquel versículo: «Música en el luto, narración inoportuna» (Eccli. XXII, 6). Por tanto, si la epístola es tuya, escribe abiertamente, o envía ejemplares más veraces; para que sin ningún rencor de estómago nos ocupemos en la disputa de las Escrituras, y o enmendemos nuestro error, o enseñemos que hemos reprendido a otro en vano.

2. Absit autem a me, ut quidquam de libris Beatitudinis tuae attingere audeam. Sufficit enim mihi probare mea, et aliena non carpere. Caeterum optime novit prudentia tua, unumquemque in suo sensu abundare, et puerilis esse jactantiae, quod olim adolescentuli facere consueverant, accusando illustres viros, suo nomini famam quaerere. Nec tam stultus sum, ut diversitate explanationum tuarum me laedi putem; quia nec tu laederis. si nos contraria senserimus. Sed illa est vera inter amicos reprehensio, si nostram peram non videntes, aliorum juxta Persium, manticam consideremus. Superest ut diligas diligentem te, et in Scripturarum campo juvenis senem non provoces. Nos nostra habuimus tempora, et cucurrimus quantum potuimus. Nunc, te currente, et longa spatia transmeante, nobis debetur otium: simulque (ut cum venia et honore tuo dixerim) ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris, memento Daretis et Entelli , et vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem. Tristes haec dictavimus. Utinam mereremur complexus tuos, et collatione mutua vel doceremus aliqua, vel disceremus!

3. Misit mihi, temeritate solita, maledicta sua Calphurnius cognomento Lanarius, quae ad Africam quoque studio ejus didici pervenisse. Ad quae breviter ex parte respondi; et libelli ejus vobis misi exemplaria, latius opus, cum opportunum fuerit, primo missurus tempore. In quo illud cavi, ne in quoquam existimationem laederem christianam, sed tantum ut delirantis imperitique mendacium ac vecordiam confutarem. Memento mei, sancte ac venerabilis papa. Vide, quantum te diligam, ut ne provocatus quidem voluerim respondere, nec credam tuum esse quod in altero forte reprehenderem. Frater Communis suppliciter te salutat.

EPISTOLA LXIX . Alypius et Augustinus Castorio, ipsum hortantes ut in episcopatu Vaginensis Ecclesiae Maximiano fratri suo gloriose cedenti succedat. Domino merito dilectissimo, digneque honorabili et suscipiendo filio CASTORIO, ALYPIUS et AUGUSTINUS in Domino salutem.

1. Molitus est quidem adversarius Christianorum, per charissimum atque dulcissimum filium nostrum fratrem tuum, Catholicae matri, quae vos in haereditatem Christi ab exhaeredata praecisione fugientes pio sinu suscepit, periculocissimum scandalum commovere; cupiens videlicet serenitatem gaudii nostri, quae nobis de bono vestrae conversionis oborta est, foeda innubilare tristitia. Sed Dominus Deus noster misericors et miserator, consolans afflictos, nutriens parvulos, curans infirmos, ad hoc eum aliquid posse permisit, ut rem correctam multo amplius laetaremur, quam dolebamus afflictam.

2. Lejos esté de mí que me atreva a tocar nada de los libros de tu Beatitud. Pues me basta probar lo mío y no criticar lo ajeno. Por lo demás, tu prudencia sabe muy bien que cada uno abunda en su propio sentido, y que es de jactancia pueril, lo que antes solían hacer los jovencitos, buscar fama para su propio nombre acusando a hombres ilustres. Ni soy tan necio que por la diversidad de tus explicaciones piense que soy herido; porque ni tú eres herido si sentimos cosas contrarias. Pero aquella es la verdadera reprensión entre amigos, si no viendo nuestra propia alforja, consideramos la mochila de otros según Persio. Resta que ames al que te ama y que, siendo joven, no provoques en el campo de las Escrituras a un anciano. Nosotros tuvimos nuestros tiempos y corrimos cuanto pudimos. Ahora, corriendo tú y atravesando largos espacios, a nosotros se nos debe el ocio: y al mismo tiempo (para que lo diga con tu venia y honor), no sea que tú solo me parezcas haber propuesto algo de los poetas, acuérdate de Dares y Entelo, y del proverbio vulgar de que el buey cansado asienta el pie con más fuerza. Tristes hemos dictado estas cosas. ¡Ojalá mereciéramos tus abrazos y, por mutuo cotejo, o enseñáramos algunas cosas o las aprendiéramos!

3. Calpurnio, de sobrenombre Lanario, con su acostumbrada temeridad, me envió sus maldiciones, las cuales he sabido que han llegado también a África por su empeño. A las cuales respondí brevemente en parte; y os envié ejemplares de su libelo, para enviar una obra más amplia en el primer momento en que sea oportuno. En la cual me cuidé de no herir en nada la estimación cristiana de nadie, sino solo de confutar la mentira y la locura de un hombre delirante e ignorante. Acuérdate de mí, santo y venerable papa. Mira cuánto te amo, que ni siquiera provocado he querido responder, ni creo que sea tuyo lo que quizá reprendería en otro. El hermano común te saluda suplicante.

EPISTOLA LXIX. Alipio y Agustín a Castorio, exhortándole a que suceda en el episcopado de la Iglesia Vaginense a su hermano Maximiano, quien cede gloriosamente. Al señor merecidamente muy querido y dignamente honorable e hijo digno de ser recibido CASTORIO, ALIPIO y AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Ciertamente el adversario de los cristianos, por medio de nuestro carísimo y dulcísimo hijo, tu hermano, se ha esforzado en promover un peligrosísimo escándalo contra la madre Católica, que os recibió en su piadoso seno cuando huíais de la herencia de Cristo de la división desheredada; deseando, a saber, nublar la serenidad de nuestro gozo, que nos ha nacido por el bien de vuestra conversión, con una torpe tristeza. Pero el Señor nuestro Dios, misericordioso y compasivo, que consuela a los afligidos, nutre a los párvulos y cura a los enfermos, permitió que él pudiera algo para esto, a fin de que nos alegráramos mucho más por la cosa corregida que lo que nos dolíamos por ella afligida.

Longe est quippe gloriosius episcopatus sarcinam propter Ecclesiae vitanda pericula deposuisse, quam propter regenda gubernacula suscepisse. Ille quippe se honorem, si pacis ratio pateretur, digne accipere potuisse demonstrat, qui acceptum non defendit indigne. Voluit ergo Deus, etiam per fratrem tuum, filium nostrum Maximianum, ostendere inimicis Ecclesiae suae, esse in visceribus ejus, qui non sua quaerant, sed quae Jesu Christi. Neque enim illud ministerium dispensationis mysteriorum Dei, victus aliqua saeculari cupiditate deseruit, sed pacifica permotus pietate deposuit, ne propter ejus honorem foeda et periculosa, aut fortasse etiam perniciosa in membris Christi dissensio nasceretur. Quid enim esset caecius et omni exsecratione dignius, quam propter Ecclesiae catholicae pacem schisma deserere, et ipsam pacem catholicam honoris sui quaestione turbare? Quid enim laudabilius, et christianae charitati commodatius, quam derelicta Donatistarum vesana superbia, ita haereditati Christi cohaerere, ut testimonium humilitatis, amore probaretur unitatis? Itaque quantum ad ipsum attinet, sicut eum gaudemus talem inventum, ut quod in ejus corde divinus sermo aedificavit, nequaquam tempestas hujus tentationis everteret: sic optamus et deprecamur a Domino, ut consequenti vita et moribus suis magis magisque declaret, quam bene ge turus fuisset, quod profecto gereret si hoc oportuisset. Retribuatur ei pax aeterna quae promissa est Ecclesiae, qui intellexit sibi non expedire quod paci non expediebat Ecclesiae.

2. Tu vero, fili charissime, non mediocre gaudium nostrum, qui nulla tali necessitate a suscipiendo episcopatu impediris, decet indolem tuam Christo in te dicare quod dedit. Ingenium quippe tuum, prudentia, eloquence, gravitas, sobrietas, et caetera quibus ornantur mores tui, dona sunt Dei. Cui melius serviunt, quam ei a quo tributa sunt, ut et custodiantur, et augeantur, et perficiantur, et remunerentur? Non serviant huic saeculo, ne vanescant cum illo atque dispereant. Non diu tecum in hoc agendum novimus, quanta facilitate consideres spes inanium hominum, et insatiabiles cupiditates, et incertam vitam. Abjice igitur ex animo quidquid terrenae atque falsae felicitatis exspectatione conceperat: operare in agro Dei, ubi certus est fructus, ubi tam multa tanto ante completa sunt promissa, ut ea quae restant insanissime desperentur.

Pues es mucho más glorioso haber depuesto la carga del episcopado para evitar los peligros de la Iglesia, que haberla recibido para dirigir los timones. Pues él demuestra que pudo recibir dignamente el honor, si la razón de la paz lo permitiera, quien no lo defiende indignamente una vez recibido. Quiso, pues, Dios, incluso por medio de tu hermano, nuestro hijo Maximiano, mostrar a los enemigos de su Iglesia que hay en sus entrañas quienes no buscan lo suyo, sino lo que es de Jesucristo. Pues ni desertó de aquel ministerio de la dispensación de los misterios de Dios vencido por alguna codicia secular, sino que lo depuso movido por una pacífica piedad, para que por causa de su honor no naciera en los miembros de Cristo una torpe y peligrosa, o tal vez incluso perniciosa disensión. Pues ¿qué habría más ciego y digno de toda execración que, por la paz de la Iglesia católica, abandonar el cisma y turbar la misma paz católica con la cuestión de su propio honor? Pues ¿qué hay más loable y más acomodado a la caridad cristiana que, abandonada la loca soberbia de los donatistas, adherirse de tal modo a la herencia de Cristo que el testimonio de la humildad se probara por el amor a la unidad? Por tanto, en cuanto a él se refiere, así como nos alegramos de que haya sido hallado tal que lo que la palabra divina edificó en su corazón de ningún modo lo derribara la tempestad de esta tentación, así deseamos y suplicamos al Señor que, con su vida y conducta subsiguientes, declare más y más cuán bien habría administrado aquello que ciertamente administraría si esto hubiera convenido. Retribúyasele la paz eterna que ha sido prometida a la Iglesia, a él que comprendió que no le convenía a sí mismo lo que no convenía a la paz de la Iglesia.

2. Tú, en cambio, carísimo hijo, gozo nuestro no mediocre, que por ninguna necesidad semejante te ves impedido de recibir el episcopado, conviene a tu índole dedicar a Cristo en ti lo que Él te dio. Pues tu ingenio, prudencia, elocuencia, gravedad, sobriedad y las demás cosas con que se adornan tus costumbres, son dones de Dios. ¿A quién sirven mejor que a Aquel por quien fueron otorgados, para que sean custodiados, aumentados, perfeccionados y remunerados? No sirvan a este siglo, no sea que se desvanezcan con él y perezcan. Sabemos que no hay que tratar esto largamente contigo, con cuánta facilidad consideras las esperanzas de los hombres vanos, las insaciables codicias y la vida incierta. Desecha, pues, de tu ánimo todo lo que habías concebido por la expectativa de una terrena y falsa felicidad: trabaja en el campo de Dios, donde el fruto es cierto, donde tantas promesas se han cumplido con tanta antelación que las que restan solo por una gran locura se desesperarían.

Obsecramus te per Christi divinitatem et humanitatem, per pacem coelestis illius civitatis, unde peregrinantes labore temporali aeternam requiem comparamus, ut in episcopatu Vaginensis Ecclesiae fratri tuo, non ignominiose cadenti, sed gloriose cedenti succedas. Plebs illa cui per tuam mentem ac linguam donis Dei fecundatam et ornatam uberrima incrementa speramus, in te intelligat fratrem tuum non pro sua desidia, sed pro ejus pace fecisse quod fecit. Haec epistola mandavimus ut tibi non legeretur, nisi cum te jam tenerent quibus es necessarius. Nos enim te spiritualis amoris vinculo tenemus, quia et nostro collegio multum es necessarius. Cur autem etiam corporalem praesentiam non exhibuerimus, postea scies.

EPISTOLA LXX . Donatistarum Catholicos traditionis insimulantium temeritas prodit sese in causa Feliciani ab ipsis primum solemniter damnati, ac postea in honore suo recepti. Domino dilectissimo et honorabili fratri NAUCELIONI , ALYPIUS et AUGUSTINUS.

1. Cum retulisses nobis quid a patre nostro Clarentio responsum fuerit, id est, de Feliciano Mustitano non eum negasse, et damnatum ab ipsis, et postea in honore suo recepti, sed innocentem fuisse damnatum, quia absens fuerit, et absentem se fuisse probaverit: hoc dicimus, ut ad hoc respondeat, quia non licuit damnari inauditum, quem innocentem fuisse ipsi modo dicunt, qui eum damnaverunt. Aut ergo innocens damnari non debuit, aut nocens recipi damnatus non debuit. Si innocens receptus est, innocens damnatus est; si nocens damnatus est, nocens receptus est. Si nesciebant, qui illum damnaverunt, utrum innocens fuerit, arguendi sunt temeritatis, quia inauditum, innocentem, de quo nesciebant, damnare ausi sunt; et de praesenti facto intelligimus eadem temeritate illos damnasse etiam superiores quos traditionis crimine infamaverunt. Si enim potuit ab ipsis innocens damnari, potuerunt ab ipsis traditores etiam dici qui non erant traditores.

2. Deinde idem Felicianus damnatus ab ipsis multo tempore cum Maximiano communicavit: si innocens erat quando damnatus est, quare posteriore tempore cum scelerato Maximiano communicans multos baptizavit extra communionem ipsorum? Testes sunt ipsi, qui egerunt apud proconsulem, ut idem Felicianus tanquam cum Maximiano de Basilica excluderetur. Parum ergo erat damnasse absentem, damnasse inauditum, damnasse, sicut dicunt, innocentem; insuper et aditus est contra illum proconsul, ut de ecclesia expelleretur.

Te suplicamos por la divinidad y humanidad de Cristo, por la paz de aquella ciudad celestial, de donde nosotros, peregrinando con trabajo temporal, nos procuramos el descanso eterno, que sucedas en el episcopado de la Iglesia Vaginense a tu hermano, que no cae ignominiosamente, sino que cede gloriosamente. Que aquel pueblo, para el cual esperamos abundantísimos incrementos por tu mente y lengua fecundadas y adornadas por los dones de Dios, comprenda en ti que tu hermano hizo lo que hizo no por su propia desidia, sino por la paz de ellos. Hemos mandado que esta carta no se te leyera sino cuando ya te tuvieran aquellos para quienes eres necesario. Pues nosotros te tenemos con el vínculo del amor espiritual, porque incluso para nuestro colegio eres muy necesario. Por qué, además, no hayamos exhibido también nuestra presencia corporal, lo sabrás después.

EPISTOLA LXX. La temeridad de los donatistas, que acusan a los católicos de entrega (tradición), se traiciona a sí misma en la causa de Feliciano, por ellos mismos primero solemnemente condenado y después recibido con su honor. Al muy querido señor y honorable hermano NAUCELIÓN, ALIPIO y AGUSTÍN.

1. Habiéndonos referido lo que fue respondido por nuestro padre Clarentio, esto es, sobre Feliciano de Musti, que él no lo negaba, y que fue condenado por ellos mismos y después recibido con su honor, pero que siendo inocente había sido condenado porque había estado ausente, y que él había probado que había estado ausente: decimos esto, para que responda a esto, que no fue lícito que fuera condenado sin ser oído aquel que ellos mismos dicen ahora que fue inocente, los mismos que lo condenaron. Por tanto, o no debió ser condenado siendo inocente, o no debió ser recibido siendo culpable y habiendo sido condenado. Si fue recibido siendo inocente, fue condenado siendo inocente; si fue condenado siendo culpable, fue recibido siendo culpable. Si ignoraban los que lo condenaron si era inocente, han de ser acusados de temeridad, porque se atrevieron a condenar sin ser oído a un inocente, sobre quien ignoraban; y por el hecho presente entendemos que con la misma temeridad condenaron ellos también a los superiores a quienes infamaron con el crimen de entrega (tradición). Pues si un inocente pudo ser condenado por ellos, también pudieron ser llamados por ellos entregadores (tradidores) los que no lo eran.

2. Después el mismo Feliciano, condenado por ellos, comunicó por mucho tiempo con Maximiano: si era inocente cuando fue condenado, ¿por qué en tiempo posterior, comunicando con el malvado Maximiano, bautizó a muchos fuera de la comunión de ellos? Testigos son ellos mismos, que actuaron ante el procónsul para que el mismo Feliciano fuera excluido de la basílica al igual que Maximiano. Poco era, pues, haber condenado a un ausente, haber condenado a uno sin ser oído, haber condenado, como dicen, a un inocente; además también se acudió contra él al procónsul para que fuera expulsado de la iglesia.

Vel tunc quando illum expellebant de ecclesia, fatentur quia inter damnatos et sceleratos et Maximianistas eum deputaverunt. Quando ergo ille baptizabat homines, Maximiano communicans, baptismum verum dabat an falsum? Si verum baptismum dabat qui cum Maximiano communicabat, quare accusatur baptismus orbis terrarum? Si autem falsum baptismum dabat, quando communicabat cum Maximiano, quare sic sunt recepti cum illo quos in schismate Maximiani baptizavit, et nemo eos in parte vestra rebaptizavit?

EPISTOLA LXXI . Augustinus Hieronymo, dehortans a libris Testamenti veteris ex hebraeo vertendis, et exhortans ut Septuaginta versionem mire depravatam ac variantem reddat suae veritati. Novum Testamentum ab eo castigatum probat. Domino venerabili, et desiderabili sancto fratri, et compresbytero HIERONYMO AUGUSTINUS, in Domino salutem.

CAP. PRIMUM. 1. Ex quo coepi ad te scribere ac tua scripta desiderare, nunquam mihi melior occurrit occasio, quam ut per Dei servum ac ministrum fidelissimum, mihique charissimum mea tibi afferretur epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hunc certe ita spero litteras tuas, ut certius in hoc rerum genere quidquam sperare non possim. Nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit, nec gratia in promerendis, nec diligentia in custodiendis, nec alacritas in perferendis, nec fides in reddendis: tantum si aliquo modo merear, adjuvet Dominus, et adsit cordi tuo et desiderio meo, ut fraternam voluntatem nulla major voluntas impediat. 2. Quia ergo duas jam epistolas misi, nullam autem tuam postea recepi, easdem ipsas rursus mittere volui, credens eas non pervenisse. Quae etsi pervenerunt, ac fortasse tuae potius ad me pervenire minime potuerunt, ea ipsa scripta quae jam misisti, iterum mitte, si forte reservata sunt; sin minus, rursus dicta quod legam, dum tamen his respondere ne graveris, quod jam diu est ut exspecto. Primas etiam quas ad te adhuc presbyter litteras praeparaveram mittendas per quemdam fratrem nostrum Profuturum, qui postea collega nobis factus, jam ex hac vita migravit, nec eas tunc ipse perferre potuit, quia continuo dum proficisci disponit, episcopatus sarcina detentus, ac deinde in brevi defunctus est, etiam nunc mittere volui; ut scias in tua colloquia quam olim inardescam, et quam vim patiar, quod a me tam longe absunt sensus corporis tui, per quos adire possit ad animum tuum animus meus, mi frater dulcissime, et in Domini membris honorande.

CAPUT II.

Incluso entonces, cuando lo expulsaban de la iglesia, confiesan que lo contaron entre los condenados, los malvados y los maximianistas. Por tanto, cuando él bautizaba hombres, comunicando con Maximiano, ¿daba un bautismo verdadero o falso? Si daba un bautismo verdadero el que comunicaba con Maximiano, ¿por qué se acusa el bautismo de todo el orbe? Si, en cambio, daba un bautismo falso cuando comunicaba con Maximiano, ¿por qué han sido recibidos así con él los que bautizó en el cisma de Maximiano, y nadie los rebautizó en vuestra parte?

EPISTOLA LXXI. Agustín a Jerónimo, disuadiéndole de traducir del hebreo los libros del Antiguo Testamento, y exhortándole a que devuelva a su verdad la versión de los Setenta, maravillosamente depravada y variante. Aprueba el Nuevo Testamento corregido por él. Al señor venerable y deseable santo hermano y compresbítero JERÓNIMO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

CAPÍTULO PRIMERO. 1. Desde que empecé a escribirte y a desear tus escritos, nunca se me presentó mejor ocasión que el que por medio de un siervo de Dios y ministro fidelísimo, y para mí muy querido, se te llevara mi epístola, cual es nuestro hijo el diácono Cipriano. Por medio de este ciertamente espero de tal modo tus cartas, que no podría esperar nada con más certeza en este género de cosas. Pues ni faltará empeño en pedir las respuestas al mencionado hijo nuestro, ni gracia en merecerlas, ni diligencia en custodiarlas, ni presteza en traerlas, ni fidelidad en entregarlas: solo si de algún modo lo merezco, ayude el Señor y asista a tu corazón y a mi deseo, para que ninguna voluntad mayor impida la voluntad fraterna. 2. Así pues, como ya envié dos epístolas y no recibí ninguna tuya después, quise enviar de nuevo esas mismas, creyendo que no habían llegado. Las cuales, aunque hayan llegado, y tal vez las tuyas más bien no hayan podido llegar a mí, envía otra vez esos mismos escritos que ya enviaste, si quizá han sido guardados; si no, dicta de nuevo lo que lea, con tal de que no te pese responder a estas cosas, que ya hace mucho tiempo que espero. Incluso las primeras cartas que te había preparado siendo aún presbítero, para ser enviadas por medio de un cierto hermano nuestro, Profuturo —que después fue hecho colega nuestro y ya emigró de esta vida, y él mismo no pudo entonces traerlas, porque continuamente, mientras se dispone a partir, fue retenido por la carga del episcopado y después murió en breve —, incluso ahora he querido enviarlas; para que sepas desde hace cuánto tiempo ardo por tus coloquios y qué violencia sufro porque están tan lejos de mí los sentidos de tu cuerpo, por los cuales mi ánimo pueda acercarse a tu ánimo, mi hermano dulcísimo y digno de ser honrado en los miembros del Señor.

CAPÍTULO II.

3. In hac autem epistola hoc addo, quod postea didicimus, Job ex hebraeo a te interpretatum, cum jam quamdam haberemus interpretationem, tuam ejusdem prophetae ex graeco eloquio versam in latinum: ubi tamen asteriscis notasti quae in hebraeo sunt, et in graeco desunt; obeliscis autem quae in graeco inveniuntur, et in hebraeo non sunt, tam mirabili diligentia, ut quibusdam in locis ad verba singula, singulas stellas videamus, significantes eadem verba esse in hebraeo, in graeco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quae versa est ex hebraeo, non eadem verborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem, vel cur in illa prima tanta diligentia figantur asterisci, ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus graecis, quae sunt in hebraeis; vel cur in hac altera quae ex hebraeis est, negligentius hoc curatum sit, ut hae eaedem particulae locis suis invenirentur. Aliquid inde, exempli gratia, volui ponere; sed mihi ad horam codex defuit, qui ex hebraeo est. Verumtamen quia praevolas ingenio, non solum quid dixerim, verum etiam quid dicere voluerim, satis, ut opinor, intelligis, ut, causa reddita, quod movet edisseras.

4. Ego sane te mallem graecas potius canonicas nobis interpretari Scripturas, quae Septuaginta interpretum perhibentur. Perdurum erit enim, si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius coeperit lectitari, quod a graecis ecclesiis latinae ecclesiae dissonabunt, maxime quia facile contradictor convincitur graeco prolato libro, id est linguae notissimae. Quisquis autem in eo quod ex hebraeo translatum est, aliquo insolito permotus fuerit, et falsi crimen intenderit, vix aut nunquam ad hebraea testimonia pervenietur, quibus defendatur objectum. Quod si etiam perventum fuerit, tot latinas et graecas auctoritates damnari quis ferat? Huc accedit quia etiam consulti Hebraei possunt aliud respondere: ut tu solus necessarius videaris, qui etiam ipsos possis convincere; sed tamen quo judice mirum si potueris invenire.

CAPUT III.

5. Nam quidam frater noster episcopus, cum lectitari instituisset in ecclesia cui praeest, interpretationem tuam, movit quiddam longe aliter abs te positum apud Jonam prophetam (Jonae IV, 6), quam erat omnium sensibus memoriaeque inveteratum, et tot aetatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe maxime graecis arguentibus et inclamantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur episcopus (Oëa quippe civitas erat) Judaeorum testimonium flagitare.

3. En esta epístola añado además esto que después supimos: que Job fue interpretado por ti del hebreo, teniendo ya nosotros una cierta interpretación tuya del mismo profeta vertida del habla griega al latín; donde, sin embargo, anotaste con asteriscos lo que está en el hebreo y falta en el griego, y con obeliscos lo que se encuentra en el griego y no está en el hebreo, con tan admirable diligencia que en algunos lugares vemos estrellas individuales en palabras individuales, significando que esas mismas palabras están en el hebreo pero no en el griego. Por lo demás, en esta interpretación posterior, que fue vertida del hebreo, no se halla la misma fidelidad de las palabras, ni perturba poco al que lo piensa, o bien por qué en aquella primera se fijan los asteriscos con tanta diligencia que indican que faltan en los códices griegos incluso las más pequeñas partículas de la oración que están en los hebreos; o bien por qué en esta otra que es de los hebreos se cuidó esto más negligentemente, para que estas mismas partículas se encontraran en sus lugares. Quise poner algo de ello a modo de ejemplo, pero en este momento me faltó el códice que es del hebreo. No obstante, como sobresales por tu ingenio, entiendes suficientemente, según opino, no solo lo que he dicho, sino incluso lo que he querido decir, para que, expuesta la causa, expliques lo que me inquieta.

Yo ciertamente preferiría que nos interpretaras más bien las Escrituras canónicas griegas que se dicen de los Setenta intérpretes. Pues será muy duro si tu interpretación empezara a leerse frecuentemente en muchas iglesias, que las iglesias latinas disuenen de las iglesias griegas, máxime porque fácilmente se convence al contradictor presentando el libro griego, esto es, de una lengua conocidísima. En cambio, cualquiera que en lo que ha sido traducido del hebreo se viere movido por algo insólito y pretendiere un crimen de falsedad, difícilmente o nunca se llegará a los testimonios hebreos por los cuales se defienda lo objetado. Y si incluso se llegara, ¿quién aguantaría que tantas autoridades latinas y griegas fueran condenadas? A esto se añade que incluso los hebreos consultados pueden responder otra cosa, de modo que tú solo parezcas necesario, tú que puedes convencer incluso a ellos mismos; pero sin embargo, con qué juez, sería admirable si pudieras encontrarlo.

CAPÍTULO III.

5. Pues un cierto hermano nuestro obispo, habiendo dispuesto que se leyera en la iglesia que preside tu interpretación, suscitó algo puesto por ti en el profeta Jonás (Jon. IV, 6) de un modo muy distinto a como estaba arraigado en los sentidos y en la memoria de todos, y cantado por la sucesión de tantas edades. Se produjo tal tumulto en el pueblo, especialmente arguyendo los griegos y clamando contra la calumnia de la falsedad, que el obispo (pues la ciudad era Oea) se vio obligado a pedir el testimonio de los judíos.

Utrum autem illi imperitia an malitia, hoc esse in hebraeis codicibus responderunt, quod et graeci et latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens, post magnum periculum, non remanere sine plebe. Unde etiam nobis videtur, aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Et vide hoc quale sit, in eis litteris quae non possunt collatis usitatarum linguarum testimoniis emendari.

CAPUT IV.

6. Proinde non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quo Evangelium ex graeco interpretatus es, quia pene in omnibus nulla offensio est, cum Scripturam graecam contulerimus. Unde, si quisquam veteri falsitati contentiosus faverit, prolatis collatisque codicibus, vel docetur facillime, vel refellitur. Et si quaedam rarissima merito movent, quis tam durus est, qui labori tam utili non facile ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit? Quid tibi autem videatur, cur in multis aliter se habeat hebraeorum codicum auctoritas, aliter graecorum quae dicitur Septuaginta, vellem dignareris aperire. Neque enim parvum pondus habet illa quae sic meruit diffamari, et qua usos Apostolos, non solum res ipsa indicat, sed etiam te attestatum esse memini. Ac per hoc plurimum profueris, si eam graecam Scripturam, quam Septuaginta operati sunt, latinae veritati reddideris: quae in diversis codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit; et ita suspecta, ne in graeco aliud inveniatur, ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Brevem putabam futuram hanc epistolam; sed nescio quomodo ita mihi dulce factum est in ea progredi, ac si tecum loquerer. Sed obsecro te per Dominum, ne te pigeat ad omnia respondere, et praestare mihi, quantum potueris, praesentiam tuam.

EPISTOLA LXXII . Hieronymus Augustino expostulans de illius epistola per Italiam sparsa, qua taxabatur locus non recte expositus in Epistola ad Galatas. Domino vere sancto et beatissimo papae AUGUSTINO, HIERONYMUS, in Domino salutem.

CAP. PRIMUM. 1. Crebras ad me epistolas dirigis, et saepe compellis ut respondeam cuidam epistolae tuae, cujus ad me, ut ante jam scripsi, per fratrem Sysinnium diaconum exemplaria pervenerant, absque subscriptione tua, et quae primum per fratrem Profuturum, secundo per quemdam alium te misisse significas; et interim Profuturum retractum de itinere, et episcopum constitutum, veloci morte subtractum; illum cujus nomen retices, maris timuisse discrimina, et navigationis mutasse consilium.

2. Pero nuestra armadura es Cristo, y la institución del apóstol Pablo, quien escribe a los Efesios: «Tomad las armas de Dios, para que podáis resistir en el día malo». Y de nuevo: «Estad ceñidos vuestros lomos en la verdad, y vestidos con la coraza de la justicia, y calzados los pies en la preparación del Evangelio de la paz: sobre todo tomando el escudo de la fe, con el que podáis extinguir todos los dardos encendidos del maligno; y tomad el yelmo de la salvación, y la espada del Espíritu, que es la palabra de Dios» (Efes. VI, 13–17). Armado con estos dardos, el rey David avanzaba en otro tiempo a la batalla; y tomando del torrente cinco piedras lisas, mostraba que no había nada de aspereza y suciedad en sus sentidos entre los torbellinos de este siglo, bebiendo del torrente en el camino; y por eso, exaltado, truncó la cabeza soberbiísima de Goliat con su propio puñal, hiriendo en la frente al blasfemo (I Reg. XVII, 40–51), y hiriéndolo en aquella parte del cuerpo en la que también Ozías, el presunto poseedor del sacerdocio, es herido por la lepra (II Par. XXVI, 19); y el santo se gloría en el Señor diciendo: «Está marcada sobre nosotros la luz de tu rostro, Señor» (Sal. IV, 7). Digamos pues nosotros también: «Preparado está mi corazón, Dios, preparado está mi corazón; cantaré y salmodiaré en mi gloria. ¡Surge, salterio y cítara; surgiré al amanecer!» (Sal. LVI, 8, 9): para que en nosotros pueda cumplirse: «Abre tu boca, y yo la llenaré» (Sal. LXXX, 11); y: «El Señor dará la palabra a los que evangelizan con mucha virtud» (Sal. LXVII, 12). No dudo que tú mismo también oras para que, entre nosotros que contendemos, la verdad supere. Pues no buscas tu gloria, sino la de Cristo; y cuando tú venzas, yo también venceré si comprendo mi error; y por el contrario, venciéndome tú, superas, porque no los hijos para los padres, sino los padres para los hijos atesoran (II Cor. XII, 14). Y en el libro de los Paralipómenos leemos que los hijos de Israel avanzaron a luchar «con mente pacífica» (I Paral. XII, 17, 18), incluso entre las mismas espadas y efusiones de sangre, y los cadáveres de los postrados, pensando no en su propia victoria, sino en la victoria de la paz. Respondamos pues a todo, y resolvamos las múltiples cuestiones, si Cristo lo ordena, con un discurso breve. Paso por alto los oficios de saludo con que acaricias mi cabeza; callo las lisonjas con que intentas consolar la reprensión que me haces: vendré a las causas mismas.

CAPUT II.

3. Dicis accepisse te librum meum a quodam fratre, qui titulum non haberet, in quo Scriptores ecclesiasticos tam graecos quam latinos enumeraverim; cumque ab eo quaereres, ut tuis verbis utar, cur liminaris pagina non esset inscripta, vel quo censeretur nomine, respondisse, appellari Epitaphium: et argumentaris quod recte sic vocaretur, si eorum tantum vel vitas vel scripta ibi legisses, qui jam defuncti essent; cum vero multorum, et eo tempore quo scribebatur, et nunc usque viventium commemorentur opuscula, mirari te cur ei hunc titulum imposuerim. Puto intelligere prudentiam tuam, quod ex opere ipso titulum potueris intelligere. Legisti enim et graecos et latinos, qui vitas virorum illustrium descripserunt, quod nunquam Epitaphium huic operi scripserint, sed de illustribus viris, verbi gratia, ducibus, philosophicis, oratoribus, historicis, poetis, epicis, tragicis, comicis. Epitaphium autem proprie scribitur mortuorum: quod quidem in dormitione sanctae memoriae Nepotiani presbyteri olim fecisse me novi. Ergo hic liber vel de illustribus viris, vel proprie de scriptoribus ecclesiasticis appellandus est; licet a plerisque emendatoribus imperitis, de auctoribus, dicatur inscriptus.

CAPUT III.

4. Secundo loco quaeris, cur dixerim in commentariis Epistolae ad Galatas, Paulum id in Petro non potuisse reprehendere quod ipse fecerat (Gal. II, 11), nec in alio arguere simulationem cujus ipse tenebatur reus; et asseris, reprehensionem apostolicam non fuisse dispensatoriam, sed veram, et me non debere docere mendacium, sed universa quae scripta sunt, ita sonare ut scripta sunt. Ad quae primum respondeo, debuisse prudentiam tuam praefatiunculae commentariorum meorum meminisse, dicentis ex persona mea: «Quid igitur? ego stultus ac temerarius, qui id pollicear quod ille non potuit? Minime: quin potius in eo, ut mihi videor, cautior atque timidior, quod imbecillitatem virium mearum sentiens, Origenis commentarios secutus sum. Scripsit enim ille vir in Epistolam Pauli ad Galatas quinque proprie volumina, et decimum Stromatum suorum librum commatico super explanatione ejus sermone complevit; tractatus quoque varios, et excerpta, quae sola possent sufficere, composuit.

CAPÍTULO II.

3. Dices que recibiste mi libro de cierto hermano, el cual no tenía título, en el que yo había enumerado a los escritores eclesiásticos tanto griegos como latinos; y cuando le preguntaste, para usar tus palabras, por qué la página preliminar no estaba inscrita, o con qué nombre se calificaba, respondió que se llamaba Epitafio: y tú argumentas que con razón se llamaría así si allí hubieras leído solo las vidas o los escritos de aquellos que ya hubieran fallecido; pero como se conmemoran los opúsculos de muchos, tanto en el tiempo en que se escribía como de los que viven hasta ahora, te maravillas de por qué le impuse este título. Pienso que tu Prudencia comprende que por la obra misma pudiste comprender el título. Pues has leído tanto a griegos como a latinos que describieron las vidas de varones ilustres, que nunca titularon Epitafio a esta obra, sino "Sobre los varones ilustres", por ejemplo, generales, filósofos, oradores, historiadores, poetas, épicos, trágicos, cómicos. El Epitafio, en cambio, se escribe propiamente de los muertos: lo cual ciertamente sé que hice en otro tiempo en la dormición del presbítero Nepociano, de santa memoria. Por tanto, este libro debe llamarse o bien "Sobre los varones ilustres", o propiamente "Sobre los escritores eclesiásticos"; aunque por la mayoría de los enmendadores inexpertos se diga que está inscrito "Sobre los autores".

CAPÍTULO III.

4. En segundo lugar preguntas por qué dije en los comentarios a la Epístola a los Gálatas que Pablo no pudo reprender en Pedro aquello que él mismo había hecho (Gál. II, 11), ni argüir en otro una simulación de la cual él mismo era tenido por reo; y afirmas que la reprensión apostólica no fue dispensatoria (dispensatoriam), sino verdadera, y que yo no debo enseñar la mentira, sino que todo lo que está escrito suene tal como está escrito. A lo cual respondo primero que tu Prudencia debió recordar el pequeño prefacio de mis comentarios, que decía en mi propia persona: «¿Qué pues? ¿Soy yo tan necio y temerario que prometa lo que aquel no pudo? De ningún modo: antes bien en esto, según me parece, soy más cauto y tímido, porque sintiendo la imbecilidad de mis fuerzas, seguí los comentarios de Orígenes. Pues aquel varón escribió propiamente cinco volúmenes sobre la Epístola de Pablo a los Gálatas, y completó el décimo libro de sus Stromata con un discurso conmemorativo sobre la explicación de su sermón; también compuso varios tratados y extractos que por sí solos podrían bastar.

Praetermitto Didymum videntem meum, et Laodicenum, de ecclesia nuper egressum, et Alexandrum veterem haereticum, Eusebium quoque Emisenum, et Theodorum Heracleotem, qui et ipsi nonnullos super hac re commentariolos reliquerunt. E quibus vel si pauca decerperem, fieret aliquid quod non penitus contemneretur. Itaque ut simpliciter fatear, legi haec omnia, et in mente mea plurima coacervans, accito notario, vel mea, vel aliena dictavi, nec ordinis, nec verborum interdum, nec sensuum memor. Jam Domini misericordiae est, ne per imperitiam nostram ab aliis bene dicta dispereant, et non placeant inter extraneos, quae placent inter suos.» Si quid igitur reprehensione dignum putaveras in explanatione nostra, eruditionis tuae fuerat quaerere utrum ea quae scripsimus haberentur in graecis, ut, si illi non dixissent, tunc meam proprie sententiam condemnares; praesertim cum libere in praefatione confessus sim, Origenis commentarios me esse secutum, et vel mea vel aliena dictasse, et in fine ejusdem capituli quod reprehendis, scripserim: «Si cui iste non placet sensus, quo nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostenditur arguisse majorem; debet exponere, qua consequentia Paulus in altero reprehendat quod ipse commisit.» Ex quo ostendi, me non ex definito id defendere, quod in graecis legeram, sed ea expressisse quae legeram, ut lectoris arbitrio derelinquerem, utrum probanda essent an improbanda.

5. Tu igitur, ne quod ego petieram faceres, novum argumentum reperisti, ut assereres, Gentiles qui in Christum credidissent, Legis onere liberos; eos autem qui ex Judaeis crederent, Legi esse subjectos: ut per utrorumque personam, et Paulus recte reprehenderet eos qui Legem servarent, quasi doctor Gentium; et Petrus jure reprehenderetur qui princeps circumcisionis (Gal. II, 8) id imperavit Gentibus, quod soli qui ex Judaeis erant, debuerint observare. Hoc si placet, imo quia placet, ut quicumque credunt ex Judaeis debitores sint legis faciendae; tu ut episcopus in toto orbe notissimus, debes hanc promulgare sententiam, et in assensum tuum omnes coepiscopos trahere. Ego in parvo tuguriunculo, cum monachis, id est compeccatoribus meis, de magnis statuere non audeo, nisi hoc ingenue confiteri, me majorum scripta legere, et in commentariis, secundum omnium consuetudinem, varias ponere explanationes, ut e multis sequatur unusquisque quod velit. Quod quidem te puto et in saeculari litteratura, et in divinis Libris legisse, et probasse.

Paso por alto a Dídimo mi vidente (videntem), y al Laodicense, salido hace poco de la Iglesia, y a Alejandro el antiguo hereje, también a Eusebio de Emesa y a Teodoro de Heraclea, quienes también dejaron algunos pequeños comentarios sobre este asunto. De los cuales, incluso si yo escogiera pocas cosas, resultaría algo que no sería despreciado del todo. Así pues, para confesar con sencillez, leí todo esto, y amontonando muchísimas cosas en mi mente, llamado un notario, dicté o mis cosas o las ajenas, sin recordar a veces ni el orden, ni las palabras, ni los sentidos. Ya es de la misericordia del Señor que por nuestra impericia no perezcan las cosas bien dichas por otros, y no dejen de gustar entre los extraños las que gustan entre los suyos». Si, pues, habías pensado que algo era digno de reprensión en nuestra explicación, habría sido propio de tu erudición preguntar si lo que escribimos se hallaba en los griegos, para que, si ellos no lo hubieran dicho, entonces condenaras propiamente mi sentencia; especialmente habiendo confesado libremente en el prefacio que yo había seguido los comentarios de Orígenes, y que había dictado cosas mías o ajenas, y al final del mismo capítulo que reprendes, escribí: «Si a alguien no le agrada ese sentido, por el cual se muestra que ni Pedro pecó, ni Pablo reprendió procazmente a uno mayor; debe exponer por qué consecuencia Pablo reprenda en otro lo que él mismo cometió». Por lo cual mostré que yo no defendía aquello como algo definido que hubiera leído en los griegos, sino que expresé lo que había leído, para dejarlo al arbitrio del lector, si debían ser aprobadas o improbadas.

5. Tú, pues, para no hacer lo que yo había pedido, hallaste un nuevo argumento para afirmar que los gentiles que habían creído en Cristo estaban libres de la carga de la Ley; pero los que creyeran de entre los judíos, estaban sujetos a la Ley: para que, a través de la persona de ambos, tanto Pablo reprendiera rectamente a los que guardaban la Ley, como doctor de los gentiles; como Pedro fuera justamente reprendido, quien siendo príncipe de la circuncisión (Gál. II, 8) mandó a los gentiles aquello que solo los que eran de los judíos debieron observar. Si esto agrada, o mejor dicho porque agrada, que cualesquiera que creen de entre los judíos sean deudores de cumplir la ley; tú, como obispo conocidísimo en todo el orbe, debes promulgar esta sentencia y atraer a todos tus coobispos a tu asentimiento. Yo, en una pequeña cabañita, con monjes, esto es con mis compañeros de pecado, no me atrevo a decidir sobre grandes cosas, sino solo a confesar esto ingenuamente: que leo los escritos de los mayores (majorum) y en los comentarios, según la costumbre de todos, pongo varias explicaciones, para que de entre muchas cada uno siga la que quiera. Lo cual ciertamente pienso que has leído y aprobado tanto en la literatura secular como en los Libros divinos.

6. Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromatum libro, ubi Epistolaam Pauli ad Galatas interpretatur, et caeteri deinceps interpretes sunt secuti, illa vel maxime causa subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti, qui Pauli arguit procacitatem, quod principem Apostolorum Petrum ausus est reprehendere, et arguere in faciem, ac ratione constringere, quod male fecerit, id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui alium arguit delinquentem. Quid dicam de Joanne, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, et proprie super hoc capitulo latissimum exaravit librum, in quo Origenis et veterum sententiam est secutus? Si igitur me reprehendis errantem, patere me, quaeso, errare cum talibus; et cum me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu veritatis tuae saltem unum adstipulatorem proferre debebis. Haec de explanatione unius capituli Epistolae ad Galatas.

7. Sed ne videar adversus rationem tuam niti testium numero, et occasione virorum illustrium subterfugere veritatem, nec manum audere conserere, breviter de Scripturis exempla proponam. In Actibus Apostolorum, vox facta est ad Petrum dicens, «Surge, Petre, occide et manduca», id est, omnia animalia quadrupedum, et serpentium terrae, et volatilium coeli. Quo dicto, ostenditur nullum hominem secundum naturam esse pollutum, sed aequaliter omnes ad Christi Evangelium provocari. Ad quod respondit Petrus: «Absit, quia nunquam manducavi commune et immundum. Et vox ad eum de coelo secundo facta est, dicens: Quae Deus mundavit, tu ne commune dixeris.» Ivit itaque Caesaream, et ingressus ad Cornelium, «aperiens os suum, dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet eum et operatur justitiam, acceptus est illi.» Denique «cecidit Spiritus sanctus super eos, et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quod et in Nationes gratia Spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Et jussit eos in nomine Jesu Christi baptizari (Act. X, 13-48). Audierunt autem Apostoli et fratres qui eraat in Judaea, quia et gentes receperunt verbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Jerosolymam, disceptabant adversus illum qui erant ex circumcisione, dicentes: Quare introisti ad viros praeputium habentes, et manducasti cum illis?» Quibus omni ratione exposita, novissime orationem suam hoc sermone conclusit: «Si ergo eamdem gratiam dedit illis Deus, sicut et nobis qui credidimus in Dominum Jesum Christum; ego quis eram, qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt; et glorificaverunt Deum dicentes: Ergo et Gentibus Deus poenitentiam ad vitam dedit» (Ibid. XI, 1-18).

6. Además, esta explicación, que Orígenes primero en el décimo libro de los Stromata, donde interpreta la Epístola de Pablo a los Gálatas, y los demás intérpretes a partir de entonces han seguido, la introducen sobre todo por esta causa: para responder al blasfemo Porfirio, quien reprende la procacidad de Pablo porque se atrevió a reprender a Pedro, el príncipe de los Apóstoles, y a argüirle en su cara, y a apretarle con razones porque había obrado mal, esto es, porque estaba en aquel error en el que estaba el mismo que argüía al otro delincuente. ¿Qué diré de Juan, que durante un tiempo rigió en el grado pontifical la Iglesia de Constantinopla, y escribió propiamente sobre este capítulo un libro extensísimo en el cual siguió la sentencia de Orígenes y de los antiguos? Si, pues, me reprendes como errado, sufre, te ruego, que yerre con tales hombres; y cuando hayas visto que tengo muchos compañeros de mi error, tú deberás presentar al menos a un avalista de tu verdad. Esto en cuanto a la explicación de un solo capítulo de la Epístola a los Gálatas.

7. Pero para que no parezca que lucho contra tu razón con el número de testigos, y que por la oportunidad de los varones ilustres rehúyo la verdad, ni me atrevo a entablar combate, propondré brevemente ejemplos de las Escrituras. En los Hechos de los Apóstoles, se hizo una voz a Pedro diciendo: «Levántate, Pedro, mata y come», esto es, todos los animales cuadrúpedos y serpientes de la tierra, y volátiles del cielo. Con lo cual se muestra que ningún hombre es impuro según la naturaleza, sino que todos son llamados por igual al Evangelio de Cristo. A lo cual respondió Pedro: «Lejos de mí, porque nunca he comido nada común e inmundo. Y se hizo a él una voz del cielo por segunda vez, diciendo: Lo que Dios ha limpiado, no lo llames tú común». Fue pues a Cesarea, y habiendo entrado a donde Cornelio, «abriendo su boca dijo: En verdad he hallado que Dios no hace acepción de personas; sino que en toda nación, el que le teme y obra justicia, le es acepto». Finalmente, «cayó el Espíritu Santo sobre ellos, y los fieles de la circuncisión que habían venido con Pedro se asombraron de que también sobre las naciones se hubiera derramado la gracia del Espíritu Santo. Entonces respondió Pedro: ¿Acaso puede alguien prohibir el agua para que no sean bautizados estos que han recibido el Espíritu Santo como nosotros? Y mandó que fueran bautizados en el nombre de Jesucristo (Hech. X, 13–48). Oyeron además los Apóstoles y los hermanos que estaban en Judea que también las naciones recibieron la palabra de Dios. Mas cuando Pedro hubo subido a Jerusalén, los que eran de la circuncisión disputaban contra él diciendo: ¿Por qué entraste a hombres que tienen prepucio y comiste con ellos?». A los cuales, habiéndoles expuesto todo con razones, concluyó últimamente su oración con este discurso: «Si pues Dios les dio la misma gracia a ellos que a nosotros que hemos creído en el Señor Jesucristo, ¿quién era yo para poder prohibir a Dios? Oídas estas cosas, callaron y glorificaron a Dios diciendo: Por tanto, también a las naciones ha dado Dios la penitencia para la vida» (ibíd. XI, 1–18).

Rursum, cum multo post tempore Paulus et Barnabas venissent Antiochiam, et, congregata Ecclesia, retulissent «quanta fecisset Deus cum illis, et quia aperuisset Deus Gentibus ostium fidei (Ibid. XIV, 26); quidam, descendentes de Judaea, docebant fratres atque dicebant: Nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvi fieri. Commota igitur seditione non minima adversus Paulum et Barnabam, statuerunt ascendere» et ipsi qui accusabantur, et hi qui accusabant, «ad Apostolos et presbyteros Jerosolymam super hac quaestione. Cumque Jerosolymam perrexissent, exsurrexerunt quidam de haeresi Pharisaeorum, qui crediderant in Christum, dicentes: Oportet circumcidi eos, et praecipere illis ut servent Legem Moysi. Et cum magna super hoc verbo oriretur quaestio, Petrus» solita libertate: «Viri,» inquit, «fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meum audire Gentes verbum Evangelii et credere; et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut et nobis, et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda illorum. Nunc autem quid tentatis Deum imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi. Tacuit autem omnis multitudo» (Act. XV, 1-12), et in sententiam ejus Jacobus apostolus, et omnes simul presbyteri transierunt.

8. Haec non debent molesta esse lectori, sed et illi et mihi utilia, ut probemus, ante apostolum Paulum non ignorasse Petrum, imo principem hujus fuisse decreti, Legem post Evangelium non esse servandam. Denique tantae Petrus auctoritatis fuit, ut Paulus in Epistola sua scripserit: «Deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim» (Gal. I, 18). Rursumque in consequentibus: «Post annos quatuordecim ascendi iterum Jerosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et exposui eis Evangelium quod praedico inter Gentes:» ostendens se non habuisse securitatem Evangelii praedicandi, nisi Petri, et qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum. Statimque sequitur: «Separatim autem his qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem.» Quare separatim, et non in publico? Ne forte fidelibus ex numero Judaeorum, qui Legem putabant esse servandam, et sic credendum in Domino Salvatore, fidei scandulum nasceretur.

De nuevo, cuando mucho tiempo después Pablo y Bernabé hubieron venido a Antioquía y, congregada la Iglesia, hubieron contado «cuántas cosas había hecho Dios con ellos, y que Dios había abierto a las naciones la puerta de la fe (ibíd. XIV, 26), algunos que bajaban de Judea enseñaban a los hermanos y decían: Si no os circuncidáis según la costumbre de Moisés, no podéis ser salvos. Promovida pues una sedición no pequeña contra Pablo y Bernabé, determinaron subir», tanto ellos mismos que eran acusados como estos que acusaban, «a los Apóstoles y presbíteros a Jerusalén sobre esta cuestión. Y cuando hubieron marchado a Jerusalén, se levantaron algunos de la secta de los fariseos que habían creído en Cristo diciendo: Conviene que sean circuncidados y mandarles que guarden la Ley de Moisés. Y surgiendo una gran cuestión sobre esta palabra, Pedro», con su acostumbrada libertad, dijo: «Varones hermanos, vosotros sabéis que desde los días antiguos Dios eligió entre nosotros que por mi boca oyeran las naciones la palabra del Evangelio y creyeran; y Dios, que conoce los corazones, dio testimonio dándoles el Espíritu Santo como a nosotros, y nada distinguió entre nosotros y ellos, purificando por la fe sus corazones. Ahora, pues, ¿por qué tentáis a Dios imponiendo un yugo sobre el cuello de los discípulos que ni nuestros padres ni nosotros pudimos llevar? Pero por la gracia de nuestro Señor Jesucristo creemos ser salvos, del mismo modo que ellos. Y calló toda la multitud» (Hech. XV, 1–12), y a la sentencia de él se pasaron el apóstol Santiago y todos los presbíteros a la vez.

8. Estas cosas no deben ser molestas al lector, sino útiles tanto a él como a mí, para que probemos que antes del apóstol Pablo, Pedro no ignoraba, sino que más bien fue el príncipe de este decreto: que la Ley no debe ser guardada después del Evangelio. Finalmente, Pedro fue de tanta autoridad que Pablo escribió en su Epístola: «Después, pasados tres años, vine a Jerusalén para ver a Pedro, y permanecí con él quince días» (Gál. I, 18). Y de nuevo en lo que sigue: «Después de catorce años, subí otra vez a Jerusalén con Bernabé, llevando también a Tito. Subí, empero, según una revelación, y les expuse el Evangelio que predico entre las naciones»: mostrando que él no había tenido la seguridad de predicar el Evangelio si no hubiera sido corroborado por la sentencia de Pedro y de los que estaban con él. E inmediatamente sigue: «Mas por separado a los que parecían ser algo, no sea que corra o haya corrido en vano». ¿Por qué por separado y no en público? No sea que naciera un escándalo de fe para los fieles del número de los judíos, que pensaban que la Ley debía ser guardada y que así se debía creer en el Señor Salvador.

Ergo et eo tempore cum Petrus venisset Antiochiam (licet hoc Apostolorum Acta non scribant, sed affirmanti Paulo credendum sit), in faciem illi Paulus restitisse se scribit, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat se, et segregabat, timens eos qui ex circumcisione erant. Et consenserunt cum illo caeteri Judaei, ita ut et Barnabas adduceretur ab his in illam simulationem. «Sed cum vidissem,» inquit, «quod non recte ingrediuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Judaeus, gentiliter et non judaice vivis; quomodo cogis Gentes judaizare?» (Gal. II, 1, 2, 14.) et caetera. Nulli ergo dubium est quod Petrus apostolus sententiae hujus, cujus nunc praevaricator arguitur, primus auctor extiterit. Causa autem praevaricationis, timor est Judaeorum. Dicit enim Scriptura quod primum edebat cum Gentibus; cum autem venissent quidam a Jacobo, subtrahebat se et segregabat, timens eos qui ex circumcisione erant. Timebat autem Judaeos quorum erat apostolus, ne per occasionem Gentilium a fide Christi recederent, et imitator pastoris boni, perderet gregem sibi creditum.

9. Sicut ergo ostendimus, Petrum bene quidem sensisse de abolitione Legis Mosaicae, sed ad simulationem observandae ejus timore compulsum; videamus an ipse Paulus qui alium arguit, tale quid fecerit. Legimus in eodem libro: «Perambulabat autem Paulus Syriam, et Ciliciam, confirmans Ecclesias: pervenitque in Derben, et Listram; et ecce discipulus quidam erat ibi, nomine Timotheus, filius mulieris viduae fidelis, patre autem gentili. Huic testimonium reddebant qui Listris erant et Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci; et assumens circumcidit eum propter Judaeos qui erant in illis locis: sciebant enim omnes quod pater ejus gentilis esset» (Act. XV, 41, et XVI, 1-3). O beate apostole Paule, qui in Petro reprehenderas simulationem, qua subtraxit se a Gentilibus propter metum Judaeorum qui a Jacobo venerant; cur Timotheum, filium hominis gentilis, utique et ipsum gentilem (neque enim Judaeus erat, qui non fuerat circumcisus), contra sententiam tuam circumcidere cogeris? Respondebis mihi: Propter Judaeos qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circumcisione discipuli venientis ex Gentibus, ignosce et Petro, praecessori tuo, quod aliqua fecerit metu fidelium Judaeorum. Rursum scriptum est: «Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valedicens, navigavit Syriam, et cum eo Priscilla et Aquila: et totondit sibi in Cenchreis caput; votum enim habuerat» (Ibid. XVIII, 18).

Por tanto, también en aquel tiempo cuando Pedro hubo venido a Antioquía (aunque los Hechos de los Apóstoles no escriban esto, pero ha de creerse al que lo afirma, Pablo), Pablo escribe que le resistió en la cara porque era reprensible. Pues antes de que vinieran algunos de parte de Santiago, comía con las naciones; mas cuando hubieron venido, se sustraía y se segregaba, temiendo a los que eran de la circuncisión. Y consintieron con él los demás judíos, de modo que también Bernabé fue arrastrado por estos a aquella simulación. «Pero cuando vi —dice— que no caminan rectamente hacia la verdad del Evangelio, dije a Pedro delante de todos: Si tú, siendo judío, vives como gentil y no como judío, ¿cómo obligas a las naciones a judaizar?» (Gál. II, 1, 2, 14), etc. A nadie, pues, le cabe duda de que el apóstol Pedro fue el primer autor de esta sentencia, de la cual ahora se le acusa de prevaricador. La causa de la prevaricación, empero, es el temor a los judíos. Pues dice la Escritura que primero comía con las naciones; mas cuando hubieron venido algunos de parte de Santiago, se sustraía y se segregaba, temiendo a los que eran de la circuncisión. Temía, en efecto, a los judíos de los cuales era apóstol, no fuera que por la ocasión de los gentiles se apartaran de la fe de Cristo y él, imitador del buen pastor, perdiera la grey que le había sido confiada.

9. Así como, pues, hemos mostrado que Pedro ciertamente sentía bien sobre la abolición de la Ley Mosaica, pero que fue compelido por el temor a la simulación de observarla; veamos si el mismo Pablo, que reprende al otro, hizo algo semejante. Leemos en el mismo libro: «Pablo, empero, recorría Siria y Cilicia, confirmando las Iglesias: y llegó a Derbe y a Listra; y he aquí que había allí un cierto discípulo de nombre Timoteo, hijo de una mujer viuda fiel, pero de padre gentil. A este daban testimonio los hermanos que estaban en Listra e Iconio. Pablo quiso que este partiese con él; y tomándolo lo circuncidó por causa de los judíos que estaban en aquellos lugares: pues todos sabían que su padre era gentil» (Hech. XV, 41, y XVI, 1–3). ¡Oh bienaventurado apóstol Pablo, que habías reprendido en Pedro la simulación por la cual se sustraía de los gentiles por el miedo a los judíos que habían venido de parte de Santiago!, ¿por qué te ves obligado a circuncidar a Timoteo, hijo de un hombre gentil, y por tanto gentil él mismo (pues no era judío quien no había sido circuncidado), contra tu propia sentencia? Me responderás: Por causa de los judíos que estaban en aquellos lugares. Pues tú que te perdonas a ti mismo la circuncisión de un discípulo que venía de los gentiles, perdónale también a Pedro, tu predecesor, el que hiciera algunas cosas por miedo a los fieles judíos. De nuevo está escrito: «Pablo, empero, habiendo permanecido aún muchos días, despidiéndose de los hermanos, navegó hacia Siria, y con él Priscila y Aquila: y se rapó la cabeza en Cencreas, pues tenía un voto» (ibíd. XVIII, 18).

Esto, ut ibi timore Judaeorum compulsus sit facere quod nolebat; quare comam nutrivit ex voto, et postea eam in Cenchreis totondit ex Lege, quod Nazaraei qui se Deo voverint, juxta praeceptum Moysi facere consueverunt? (Num. VI, 18.)

10. Verum haec ad comparationem ejus rei quae sequitur, parva sunt. Refert Lucas, sacrae historiae scriptor: «Cum venissemus Jerosolymam, libenter susceperunt nos fratres;» et sequenti die Jacobus et omnes seniores qui cum eo erant, «Evangelio illius comprobato, dixerunt ei, Vides, frater, quot millia sunt in Judaea, qui crediderunt in Christum, et hi omnes aemulatores sunt Legis. Audierunt autem de te quod discessionem doceas a Moyse eorum qui per Gentes sunt Judaeorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Utique oportet convenire multitudinem; audierunt enim te supervenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se; his assumptis, sanctifica te cum ipsis, et impende in eos ut radant capita; et scient omnes quia quae de te audierunt falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens Legem. Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus, cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio» (Act. XXI, 17-26). O Paule, et in hoc te rursus interrogo; cur caput raseris, cur nudipedalia exercueris de cerimoniis Judaeorum, cur obtuleris sacrificia, et secundum Legem hostiae pro te fuerint immolatae? Utique respondebis: Ne scandalizarentur qui ex Judaeis crediderant. Simulasti ergo Judaeum ut Judaeos lucrifaceres; et hanc ipsam simulationem Jacobus et caeteri te docuere presbyteri: sed tamen evadere non potuisti. Orta enim seditione cum occidendus esses, raptus es a tribuno, et ab eo missus Caesaream, sub custodia militum diligenti, ne te Judaei quasi simulatorem ac destructorem Legis occiderent; atque unde Romam perveniens, in hospitio quod tibi conduxeras, Christum et Judaeis et Gentibus praedicasti: et sententia tua Neronis gladio confirmata est (Act. XXIII, 23, et XXVIII, 14, 30).

11. Didicimus quod propter metum Judaeorum, et Petrus et Paulus aequaliter finxerint se Legis praecepta servare. Qua igitur fronte, qua audacia Paulus in altero reprehendat quod ipse commisit?

Concedamos que allí fuera compelido por el miedo a los judíos a hacer lo que no quería; ¿por qué se dejó crecer el cabello por un voto y después se lo rapó en Cencreas según la Ley, cosa que los nazareos (Nazaraei) que se han consagrado a Dios suelen hacer según el precepto de Moisés? (Núm. VI, 18).

10. Pero estas cosas son pequeñas en comparación con lo que sigue. Refiere Lucas, escritor de la historia sagrada: «Cuando hubimos llegado a Jerusalén, los hermanos nos recibieron con alegría»; y al día siguiente Santiago y todos los ancianos que estaban con él, «aprobado el Evangelio de aquel, le dijeron: Ya ves, hermano, cuántos miles hay en Judea que han creído en Cristo, y todos estos son celosos de la Ley. Pero han oído de ti que enseñas la apostasía de Moisés a aquellos judíos que están entre las naciones, diciendo que no deben circuncidar a sus hijos ni entrar según la costumbre. ¿Qué hay, pues? Ciertamente conviene que se reúna la multitud, pues han oído que has llegado. Haz, pues, esto que te decimos. Tenemos cuatro hombres que tienen un voto sobre sí; tomándolos contigo, santifícate con ellos y gasta en ellos para que se rapen las cabezas; y todos sabrán que es falso lo que oyeron de ti, sino que tú mismo caminas guardando la Ley. Entonces Pablo, tomados los hombres, al día siguiente, purificado con ellos, entró en el templo, anunciando el cumplimiento de los días de la purificación, hasta que se ofreciera por cada uno de ellos la oblación» (Hech. XXI, 17–26). ¡Oh Pablo!, y en esto te pregunto de nuevo: ¿por qué te rapaste la cabeza?, ¿por qué practicaste las procesiones descalzas (nudipedalia) de las ceremonias de los judíos?, ¿por qué ofreciste sacrificios y, según la Ley, se inmolaron víctimas por ti? Ciertamente responderás: Para que no se escandalizaran los que de entre los judíos habían creído. Simulaste, pues, ser judío para ganar a los judíos; y esta misma simulación te la enseñaron Santiago y los demás presbíteros: pero, con todo, no pudiste escapar. Pues surgida una sedición cuando ibas a ser muerto, fuiste arrebatado por el tribuno y por él enviado a Cesarea, bajo diligente custodia de soldados, no fuera que los judíos te mataran como a un simulador y destructor de la Ley; y de donde llegando a Roma, en el hospedaje que habías alquilado para ti, predicaste a Cristo tanto a judíos como a gentiles: y tu sentencia fue confirmada por la espada de Nerón (Hech. XXIII, 23, y XXVIII, 14, 30).

11. Hemos aprendido que, por el miedo a los judíos, tanto Pedro como Pablo fingieron igualmente que guardaban los preceptos de la Ley. ¿Con qué frente, pues, con qué audacia reprendería Pablo en otro lo que él mismo cometió?

Ego, imo alii ante me exposuerunt causam quam putaverant, non officiosum mendacium defendentes, sicut tu scribis, sed docentes honestam dispensationem; ut et Apostolorum prudentiam demonstrarent, et blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent, qui Petrum et Paulum puerili dicit inter se pugnasse certamine; imo exarsisse Paulum in invidiam virtutum Petri, et ea scripsisse jactanter quae vel non fecerit, vel si fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehendens quod ipse commiserit. Interpretati sunt illi ut potuerunt; tu quomodo istum locum edisseres? Utique meliora dicturus, qui veterum sententiam reprobasti.

CAPUT IV.

12. Scribis ad me in epistola tua «Neque enim a me docendus es, quomodo intelligatur quod idem Apostolus dicit, Factus sum Judaeis tanquam Judaeus, ut Judaeos lucrifacerem (I Cor. IX, 20). et caetera, quae ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam aeger, qui ministrat aegroto; non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat quemadmodum sibi serviri vellet, si ipse aegrotaret. Nam utique Judaeus erat; Christianus autem factus, non Judaeorum sacramenta reliquerat, quae convenienter ille populus, et legitimo tempore quo oportebat, acceperat: ideoque suscepit ea celebranda cum jam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his qui ea vellent, sicut a parentibus per Legem acceperant, custodire, etiam cum in Christum credidissent; non tamen in eis jam constituerent spem salutis, quoniam per Dominum Jesum salus ipsa quae illis sacramentis significabatur, advenerat.» Totius sermonis tui, quem disputatione longissima protraxisti, hic sensus est ut Petrus non erraverit in eo quod his qui ex Judaeis crediderant, putaverit Legem esse servandam; sed in eo a recti linea deviarit, quod Gentes coegerit judoizare. Coegerit autem non docentis imperio, sed conversationis exemplo. Et Paulus non contraria sit locutus his quae ipse gesserat; sed quare Petrus eos qui ex Gentibus erant, judaizare compelleret.

13. Haec ergo summa est quaestionis, imo sententiae tuae, ut post Evangelium Christi, bene faciant Judaei credentes, si Legis mandata custodiant; hoc est si sacrificia offerant quae obtulit Paulus, si filios circumcidant, si sabbatum servent, ut Paulus in Timotheo, et omnes observavere Judaei. Si hoc verum est, in Cerinthi et Ebionis haeresim delabimur, qui credentes in Christum, propter hoc solum a patribus anathematizati sunt, quod Legis cerimonias Christi Evangelio miscuerunt, et sic nova confessi sunt, ut vetera non omitterent. Quid dicam de Ebionitis, qui Christianos esse se simulant?

Yo, o más bien otros antes de mí, expusieron la causa que habían pensado, no defendiendo una mentira oficiosa, como tú escribes, sino enseñando una honesta dispensación; para demostrar tanto la prudencia de los Apóstoles como para reprimir la impudencia del blasfemo Porfirio, quien dice que Pedro y Pablo lucharon entre sí en una contienda infantil; o mejor dicho, que Pablo se encendió en envidia de las virtudes de Pedro y escribió jactanciosamente aquello que o no hizo o, si lo hizo, lo hizo procazmente, reprendiendo en otro lo que él mismo cometió. Ellos interpretaron como pudieron; ¿tú cómo explicarás este pasaje? Ciertamente dirás cosas mejores, tú que has reprobado la sentencia de los antiguos.

CAPÍTULO IV.

12. Escribes a mí en tu epístola: «Pues ni has de ser enseñado por mí de qué modo se entiende lo que el mismo Apóstol dice: Me hice a los judíos como judío para ganar a los judíos (I Cor. IX, 20), etc., cosas que allí se dicen por compasión de misericordia, no por simulación de falacia. Se hace, en efecto, como enfermo el que asiste a un enfermo; no cuando miente tener fiebre, sino cuando con ánimo condoliéndose piensa de qué modo querría que se le sirviera a él si él mismo estuviera enfermo. Pues ciertamente él era judío; y hecho cristiano, no había abandonado los sacramentos de los judíos, los cuales aquel pueblo convenientemente, y en el tiempo legítimo en que convenía, había recibido: y por eso los tomó para ser celebrados cuando ya era apóstol de Cristo, para enseñar que no son perniciosos para quienes quisieran guardarlos, tal como los habían recibido por la Ley de sus padres, aun cuando hubieran creído en Cristo; pero que no pusieran ya en ellos la esperanza de la salvación, puesto que por el Señor Jesús la salvación misma que por aquellos sacramentos se significaba, había llegado». De todo tu discurso, que prolongaste con una larguísima disputa, este es el sentido: que Pedro no erró en aquello de que pensara que la Ley debía ser guardada por los que de entre los judíos habían creído; sino que en esto se desvió de la línea de lo recto: en que obligó a las naciones a judaizar. Y las obligó no por el imperio del que enseña, sino por el ejemplo de su conducta. Y que Pablo no habría dicho cosas contrarias a las que él mismo había hecho; sino por qué Pedro obligaba a judaizar a los que eran de las naciones.

13. Esta es pues la suma de la cuestión, o mejor dicho de tu sentencia: que después del Evangelio de Cristo, hacen bien los judíos creyentes si guardan los mandatos de la Ley; esto es, si ofrecen los sacrificios que ofreció Pablo, si circuncidan a sus hijos, si guardan el sábado, como hizo Pablo con Timoteo y observaron todos los judíos. Si esto es verdad, caemos en la herejía de Cerinto y de Ebión, quienes creyendo en Cristo, por esto solo fueron anatemizados por los padres: porque mezclaron las ceremonias de la Ley con el Evangelio de Cristo, y de tal modo confesaron las cosas nuevas que no omitieran las viejas. ¿Qué diré de los ebionitas, que simulan ser cristianos?

Usque hodie per totas Orientis synagogas inter Judaeos haeresis est, quae dicitur Mineorum, et a Pharisaeis nunc usque damnatur, quos vulgo Nazaraeos nuncupant, qui credunt in Christum Filium Dei, natum de virgine Maria; et eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, et resurrexit, in quem et nos credimus: sed dum volunt et Judaei esse et Christiani, nec Judaei sunt nec Christiani. Oro ergo te ut, qui nostro vulnusculo medendum putas, quod acu foratum, imo punctum, ut dicitur, hujus sententiae medearis vulneri, quod lancea, et, ut ita dicam, phalaricae mole percussum est. Neque enim ejusdem est criminis in explanatione Scripturarum diversas majorum sententias ponere, et haeresim sceleratissimam rursum in Ecclesiam introducere. Sin autem haec nobis incumbit necessitas, ut Judaeos cum legitimis suis suscipiamus, et licebit eis observare in ecclesiis Christi quod exercuerunt in synagogis satanae, dicam quod sentio: non illi Christiani fient, sed nos Judaeos facient.

14. Quis enim hoc Christianorum patienter audiat, quod in tua epistola continetur: «Judaeus erat Paulus; Christianus autem factus, non Judaeorum sacramenta reliquerat, quae convenienter ille populus, et legitimo tempore quo oportebat, acceperat: ideoque suscepit celebranda ea cum jam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his qui ea vellent, sicut a parentibus per Legem acceperant, custodire.» Rursum obsecro te, ut pace tua meum dolorem audias. Judaeorum Paulus cerimonias observabat, cum jam Christi esset apostolus, et dicis «eas non esse perniciosas his qui eas vellent, sicut a parentibus acceperant, custodire.» Ego e contrario loquar, et reclamante mundo, libera voce pronuntiem, cerimonias Judaeorum et perniciosas esse, et mortiferas Christianis; et quicumque eas observaverit, sive ex Judaeis, sive ex Gentibus, eum in barathrum diaboli devolutum. «Finis enim Legis Christus, ad justitiam omni credenti, Judaeo scilicet et Gentili» (Rom. X, 4): neque enim omni credenti erit finis ad justitiam, si Judaeus excipitur. Et in Evangelio legimus: «Lex et Prophetae usque ad Joannem Baptistam» (Matth. XI, 13, et Luc. XVI, 16). Et in alio loco: «Propterea ergo magis quaerebant eum Judaei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat esse Deum, aequalem se faciens Deo» (Joan. V, 18). Et iterum: «De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia, quia Lex per Moysen data est; Gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est» (Ibid. I, 16, 17).

Hasta hoy por todas las sinagogas del Oriente hay entre los judíos una herejía, que se llama de los mineos (Mineorum), y es condenada por los fariseos hasta ahora, a los cuales llaman vulgarmente nazareos (Nazaraeos), que creen en Cristo Hijo de Dios, nacido de la virgen María; y dicen que él es quien padeció bajo Poncio Pilato y resucitó, en quien también nosotros creemos: pero mientras quieren ser tanto judíos como cristianos, ni son judíos ni son cristianos. Te ruego pues que tú, que piensas que debe ser curada nuestra pequeña heridita, que fue perforada por una aguja, o mejor dicho un pinchazo, como se dice, cures la herida de esta sentencia, que ha sido golpeada por una lanza y, por así decirlo, por la mole de una falárica. Pues no es del mismo crimen poner en la explicación de las Escrituras diversas sentencias de los mayores, e introducir de nuevo una herejía malvadísima en la Iglesia. Mas si nos incumbe esta necesidad de que recibamos a los judíos con sus observancias legales, y les sea lícito observar en las iglesias de Cristo lo que practicaron en las sinagogas de Satanás, diré lo que siento: no se harán ellos cristianos, sino que a nosotros nos harán judíos.

14. ¿Pues quién de los cristianos escucharía pacientemente esto que se contiene en tu epístola?: «Judío era Pablo; y hecho cristiano, no había abandonado los sacramentos de los judíos, los cuales aquel pueblo convenientemente, y en el tiempo legítimo en que convenía, había recibido: y por eso los tomó para ser celebrados cuando ya era apóstol de Cristo, para enseñar que no son perniciosos para quienes quisieran guardarlos, tal como los habían recibido por la Ley de sus padres». De nuevo te suplico que, con tu venia, escuches mi dolor. Pablo observaba las ceremonias de los judíos cuando ya era apóstol de Cristo, y tú dices «que no es pernicioso para quienes quisieran guardarlas, tal como las habían recibido de sus padres». Yo, por el contrario, hablaré, y aunque el mundo clame en contra, proclamaré con voz libre que las ceremonias de los judíos son tanto perniciosas como mortíferas para los cristianos; y que quienquiera que las observare, sea de entre los judíos, sea de entre las naciones, ha caído en el abismo del diablo. «Pues el fin de la Ley es Cristo, para justicia de todo el que cree, a saber, del judío y del gentil» (Rom. X, 4): pues no será el fin para justicia de todo el que cree si el judío es exceptuado. Y en el Evangelio leemos: «La Ley y los Profetas hasta Juan el Bautista» (Mat. XI, 13, y Luc. XVI, 16). Y en otro lugar: «Por eso, pues, los judíos buscaban más matarle, porque no solo quebrantaba el sábado, sino que también decía que Dios era su Padre, haciéndose igual a Dios» (Jn. V, 18). Y de nuevo: «De su plenitud todos nosotros recibimos, y gracia por gracia, porque la Ley fue dada por Moisés; mas la gracia y la verdad fueron hechas por Jesucristo» (Ibíd. I, 16, 17).

Pro Legis gratia quae praeteriit, gratiam Evangelii accepimus permanentem; et pro umbris et imaginibus veteris Instrumenti, veritas per Jesum Christum facta est. Jeremias quoque ex persona Dei vaticinatur: «Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo domui Israel et domui Juda testamentum novum; non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, in die quando apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti» (Jer. XXXI, 31, 32). Observa quid dicat, quod non populo Gentilium, ei qui ante non receperat Testamentum, sed populo Judaeorum, qui Legem dederat per Moysen, Testamentum novum Evangelii repromittat; ut nequaquam vivant in vetustate litterae, sed in novitate spiritus. Paulus autem, super cujus nomine nunc quaestio ventilatur, crebras hujuscemodi ponit sententias; e quibus, brevitatis studio, pauca subnectam. «Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest.» Et iterum: «Evacuati estis a Christo, qui in Lege justificamini; a gratia excidistis.» Et infra: «Si spiritu ducimini, jam non estis sub Lege» (Gal. V, 2, 4, 18). Ex quo apparet, qui sub Lege est, non dispensative, ut nostri voluere majores, sed vere, ut tu intelligis, eum Spiritum sanctum non habere. Qualia sint autem praecepta legalia, Deo docente discamus. «Ego, inquit, dedi eis praecepta non bona, et justificationes in quibus non vivant in eis» (Ezech. XX, 25). Haec dicimus, non quod Legem juxta Manichaeum et Marcionem destruamus, quam et sanctam et spiritualem juxta Apostolum novimus; sed quia postquam fides venit et temporum plenitudo, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege, ut eos qui sub Lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus (Gal. IV, 4); et nequaquam sub paedagogo, sed sub adulto et Domino haerede vivamus.

«Observationes,» inquies, «Legis, quas more patrio celebrant, sicut ab ipso Paulo celebratae sunt, sine ulla salutis necessitate.»

15. Sequitur in epistola tua: «Non ideo Petrum emendavit, quod paternas traditiones observaret; quod si facere vellet, nec mendaciter, nec incongrue faceret.» Iterum dico: quando episcopus es, Ecclesiarum Christi magister, ut probes verum esse quod asseris, suscipe aliquem Judaeorum, qui factus Christianus, natum sibi filium circumcidat, qui observet sabbatum, qui abstineat a cibis quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum actione, qui quarto decimo die mensis primi agnum mactet ad vesperam;

Por la gracia de la Ley que pasó, recibimos la gracia permanente del Evangelio; y en lugar de las sombras e imágenes del antiguo Instrumento, la verdad fue hecha por Jesucristo. Jeremías también profetiza en la persona de Dios: «He aquí que vienen días, dice el Señor, y consumaré para la casa de Israel y para la casa de Judá un testamento nuevo; no según el testamento que dispuse para sus padres, el día en que tomé su mano para sacarlos de la tierra de Egipto» (Jer. XXXI, 31, 32). Observa lo que dice: que no al pueblo de las naciones, aquel que antes no había recibido el Testamento, sino al pueblo de los judíos, a quienes había dado la Ley por Moisés, promete de nuevo el Testamento nuevo del Evangelio; para que de ningún modo vivan en la antigüedad de la letra, sino en la novedad del espíritu. Pablo, sobre cuyo nombre ahora se ventila la cuestión, pone frecuentes sentencias de este tipo; de las cuales, por afán de brevedad, añadiré unas pocas. «He aquí que yo, Pablo, os digo que si os circuncidáis, Cristo de nada os aprovecha». Y de nuevo: «Habéis sido evacuados de Cristo, los que en la Ley os justificáis; de la gracia habéis caído». Y más abajo: «Si sois guiados por el espíritu, ya no estáis bajo la Ley» (Gál. V, 2, 4, 18). De lo cual aparece que quien está bajo la Ley, no dispensatoriamente (dispensative), como quisieron nuestros mayores, sino verdaderamente, como tú entiendes, no tiene el Espíritu Santo. Cuáles sean, además, los preceptos legales, aprendamos enseñándonos Dios. «Yo, dijo, les di preceptos no buenos, y justificaciones en las cuales no vivan en ellas» (Ez. XX, 25). Decimos esto no porque destruyamos la Ley según Maniqueo y Marción, la cual conocemos como santa y espiritual según el Apóstol; sino porque después de que vino la fe y la plenitud de los tiempos, envió Dios a su Hijo, hecho de mujer, hecho bajo la Ley, para que redimiera a los que estaban bajo la Ley, para que recibiéramos la adopción de hijos (Gál. IV, 4); y de ningún modo vivamos bajo el pedagogo, sino bajo el adulto y el Señor heredero.

«Las observaciones —dirás— de la Ley, que celebran al modo patrio, tal como fueron celebradas por el mismo Pablo, sin ninguna necesidad de salvación».

15. Sigue en tu epístola: «No por eso enmendó a Pedro: porque observara las tradiciones paternas; lo cual, si quisiera hacer, no lo haría ni mentirosamente ni incongruentemente». De nuevo digo: cuando seas obispo, maestro de las iglesias de Cristo, para que pruebes que es verdad lo que afirmas, recibe a alguno de los judíos que, hecho cristiano, circuncide al hijo que le nazca, que observe el sábado, que se abstenga de los alimentos que Dios creó para ser usados con acción de gracias, que el día catorce del primer mes degüelle un cordero al atardecer;

et cum hoc feceris, imo non feceris (scio enim te christianum, et rem sacrilegam non esse facturum), velis nolis, tuam sententiam reprobabis; et tunc scies opere difficilius esse confirmare sua quam aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non crederemus, imo non intelligeremus quid diceres (frequenter enim in longum sermo protractus caret intelligentia; et dum non sentitur, ab imperitis minus reprehenditur), inculcas et replicas: «Hoc ergo Judaeorum Paulus dimiserat, quod malum habebant. Quod est malum Judaeorum, quod Paulus dimiserat? Utique illud quod sequitur: quod ignorantes, inquit, Dei justitiam, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3); deinde quod post passionem et resurrectionem Christi, dato ac manifestato Sacramento gratiae, secundum ordinem Melchisedech, adhuc putabant vetera sacramenta non ex consuetudine solemnitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda; quae tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabai martyres fierent: postremo illud, quod praedicatores gratiae Christianos Judaei, tanquam hostes Legis, persequerentur. Hos atque hujusmodi errores et vitia, dicit se damna et ut stercora arbitratum, ut Christum lucrifaceret (Philipp. III, 8).»

16. Didicimus per te, quae apostolus Paulus mala reliquerit Judaeorum; rursum te docente discamus quae bona eorum tenuerit. Id quid velis dicere, «sine ulla salutis necessitate,» non satis intelligo. Si enim salutem non afferunt, cur observantur? Si autem observanda sunt, utique salutem afferunt; maxime quae observata martyres faciunt. Non enim observarentur, nisi salutem afferrent. Neque enim indifferentia sunt inter bonum et malum, sicut philosophi disputant. Bonum est continentia, malum est luxuria; inter utrumque indifferens, ambulare, digerere alvi stercora, capitis naribus purgamenta projicere, sputis rheumata jacere: hoc nec bonum, nec malum est; sive enim feceris, sive non feceris, nec justitiam habebis, nec injustitiam. Observare autem Legis cerimonias, non potest esse indifferens; sed aut malum est, aut bonum est. Tu dicis bonum; ego assero malum; et malum non solum his qui ex Gentibus, sed et his qui ex Judaico populo crediderunt. In hoc, nisi fallor, loco, dum aliud vitas, in aliud devolveris. Dum enim metuis Porphyrium blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos: his qui credunt ex Judaeis, observandam Legem esse decernens. Et qui periculosum intelligis esse quod dicis, rursum illud superfluis verbis temperare conaris: «Sine ulla salutis necessitate, sicut Judaei celebranda putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat Paulus.»

17. Petrus igitur simulavit Legis custodiam; iste autem reprehensor Petri, audacter observavit legitima.

y cuando hayas hecho esto, o mejor dicho, no lo hayas hecho (pues sé que eres cristiano y que no harás cosa sacrílega), quieras o no, reprobarás tu propia sentencia; y entonces sabrás que en la práctica es más difícil confirmar lo propio que reprender lo ajeno. Y para que tal vez no dejáramos de creerte, o mejor dicho, de entender lo que decías (pues frecuentemente el discurso prolongado en longitud carece de inteligencia; y mientras no se siente, es menos reprendido por los inexpertos), inculcas y replicas: «Esto pues de los judíos había dejado Pablo: lo que tenían de malo. ¿Qué es lo malo de los judíos que Pablo había dejado? Ciertamente lo que sigue: que ignorando, dice, la justicia de Dios, y queriendo constituir la suya propia, no se sujetaron a la justicia de Dios (Rom. X, 3); luego, que después de la pasión y resurrección de Cristo, dado y manifestado el Sacramento de la gracia según el orden de Melquisedec, pensaban todavía que los antiguos sacramentos debían ser celebrados no por costumbre de solemnidad, sino por necesidad de salvación; los cuales, sin embargo, si nunca hubieran sido necesarios, infructuosa e inútilmente se harían por ellos mártires los Macabeos: finalmente aquello de que los judíos persiguieran a los predicadores de la gracia como enemigos de la Ley. Estos y otros errores y vicios de este tipo, dice que los consideró como pérdida y como estiércol para ganar a Cristo (Fil. III, 8)».

16. Hemos aprendido por ti qué males de los judíos dejó el apóstol Pablo; de nuevo, enseñándonos tú, aprendamos qué cosas buenas de ellos retuvo. Eso que quieres decir, «sin ninguna necesidad de salvación», no lo entiendo suficientemente. Pues si no aportan la salvación, ¿por qué se observan? Pero si deben ser observadas, ciertamente aportan la salvación; sobre todo las que, observadas, hacen mártires. Pues no se observarían si no aportaran la salvación. Pues ni son indiferentes entre lo bueno y lo malo, tal como disputan los filósofos. Bueno es la continencia, malo es la lujuria; indiferente entre ambos: caminar, digerir los excrementos del vientre, proyectar por las narices las purgas de la cabeza, lanzar reumas por los esputos: esto ni es bueno ni es malo; pues ya lo hagas o no lo hagas, no tendrás ni justicia ni injusticia. Pero observar las ceremonias de la Ley no puede ser indiferente; sino que o es malo, o es bueno. Tú dices bueno; yo afirmo malo; y malo no solo para los de las naciones, sino también para los que del pueblo judío han creído. En este lugar, si no me engaño, mientras evitas una cosa, caes en otra. Pues mientras temes a Porfirio blasfemando, incurres en los lazos de Ebión: decretando que por los que creen de entre los judíos la Ley ha de ser observada. Y tú, que entiendes que es peligroso lo que dices, de nuevo intentas templar aquello con palabras superfluas: «Sin ninguna necesidad de salvación, tal como los judíos pensaban que debían ser celebradas, o por falaz simulación, lo cual en Pedro había reprendido Pablo».

17. Pedro pues simuló la custodia de la Ley; pero aquel reprensor de Pedro, audazmente observó las cosas legales.

Sequitur enim in epistola tua: «Nam si propterea illa sacramenta celebravit, quia simulavit se Judaeum, ut illos lucrifaceret, cur non etiam sacrificavit cum Gentibus, quia et his qui sine Lege erant, tanquam sine Lege factus est, ut eos quoque lucrifaceret (I Cor. IX, 21); nisi quia et illud fecit, ut natura Judaeus, et hoc totum dixit, non ut Paulus se fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer ita subveniendum esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret; non scilicet mentientis astu, sed compatientis affectu.» Bene defendis Paulum, quod non simulaverit errorem Judaeorum, sed vere fuerit in errore; neque imitari voluerit Petrum mentientem, ut quod erat, metu Judaeorum dissimularet ; sed tota libertate Judaeum se esse diceret. Novam clementiam Apostoli! dum Judaeos Christianos vult facere, ipse Judaeus factus est. Non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere, nisi se luxuriosum probasset, et misericorditer, ut ipse dicis, subvenire miseris, nisi se miserum ipse sentiret. Vere enim miselli, et misericorditer deplorandi, qui contentione sua et amore Legis abolitae, apostolum Christi fecere Judaeum. Nec multum interest inter meam et tuam sententiam, quia ego dico et Petrum et Paulum, timore fidelium Judaeorum, Legis exercuisse, imo simulasse mandata; tu autem asseris hoc eos fecisse clementer, «non mentientis astu, sed compatientis affectu:» dummodo illud constet, vel metu, vel misericordia eos simulasse se esse, quod non erant. Illud autem argumentum, quo adversus nos uteris, quod et Gentilibus debuerit gentilis fieri, si Judaeis Judaeus factus est, magis pro nobis facit: sicut enim non fuit vere Judaeus, sic nec vere gentilis erat; et sicut non fuit vere gentilis, sic nec vere Judaeus erat. In eo autem imitator Gentilium est, quia praeputium recipit in fide Christi, et indifferenter permittit vesci cibis quos damnant Judaei; non cultu, ut tu putas, idolorum. In Christo enim Jesu nec circumcisio est aliquid, nec praeputium, sed observatio mandatorum Dei (Gal. V, 6, et VI, 15).

18. Quaeso igitur te, et iterum atque iterum deprecor, ut ignoscas disputatiunculae meae; et quod modum meum egressus sum, tibi imputes qui coegisti ut rescriberem, et mihi cum Stesichoro oculos abstulisti. Nec me putes magistrum esse mendacii, qui sequor Christum dicentem: «Ego sum via, veritas et vita» (Joan. XIV, 6). Nec potest fieri ut veritatis cultor, mendacio colla submittam.

Pues sigue en tu epístola: «Porque si por esa razón celebró aquellos sacramentos, porque se simuló judío para ganarlos a ellos, ¿por qué no sacrificó también con las naciones, puesto que también para los que estaban sin Ley se hizo como sin Ley, para ganarlos también a ellos (I Cor. IX, 21); sino porque hizo aquello como judío por naturaleza, y dijo todo esto no para que Pablo fingiera ser lo que no era, sino para que sintiera que así se debía socorrer misericordiosamente, como si él mismo trabajara en aquel error; no por cierto con astucia del que miente, sino con afecto del que se compadece?». Bien defiendes a Pablo: que no simuló el error de los judíos, sino que verdaderamente estuvo en el error; ni quiso imitar a Pedro mintiendo, para que disimulara lo que era por miedo a los judíos; sino que con toda libertad dijera ser judío. ¡Nueva clemencia del Apóstol!: mientras quiere hacer cristianos a los judíos, él mismo se hizo judío. Pues no podía reducir a los lujuriosos a la frugalidad si no se probara a sí mismo lujurioso, ni socorrer misericordiosamente, como tú dices, a los míseros, si no se sintiera él mismo mísero. Pues verdaderamente son pobrecillos, y misericordiosamente deplorables, los que por su contención y amor a la Ley abolida hicieron judío al apóstol de Cristo. Ni hay mucha diferencia entre mi sentencia y la tuya, porque yo digo que tanto Pedro como Pablo, por miedo a los fieles judíos, ejercieron, o mejor dicho, simularon los mandatos de la Ley; tú en cambio afirmas que hicieron esto clementemente, «no con astucia del que miente, sino con afecto del que se compadece»: con tal de que conste aquello, que ya sea por miedo o por misericordia simularon ser lo que no eran. Además, aquel argumento que usas contra nosotros de que también debió hacerse gentil para los gentiles si se hizo judío para los judíos, más hace a nuestro favor: pues así como no fue verdaderamente judío, así tampoco era verdaderamente gentil; y así como no fue verdaderamente gentil, así tampoco era verdaderamente judío. Pues en esto es imitador de los gentiles: porque recibe el prepucio en la fe de Cristo y permite indistintamente alimentarse de manjares que los judíos condenan; no por el culto de los ídolos, como tú piensas. Pues en Cristo Jesús ni la circuncisión es algo ni el prepucio, sino la observancia de los mandatos de Dios (Gál. V, 6, y VI, 15).

18. Te ruego pues, y una y otra vez te suplico, que perdones mi pequeña disputita; y el que me haya salido de mi modo, impútatelo a ti, que obligaste a que te rescribiera y con Estesícoro me arrebataste los ojos. Ni pienses que yo soy maestro de la mentira, yo que sigo a Cristo que dice: «Yo soy el camino, la verdad y la vida» (Jn. XIV, 6). Ni puede ser que como cultivador de la verdad someta mi cuello a la mentira.

Neque mihi imperitorum plebeculam concites, qui te venerantur ut episcopum, et in ecclesia declamantem, sacerdotii honore suspiciunt; me autem, aetatis ultimae, et pene decrepitum, ac monasterii et ruris secreta sectantem, parvipendunt; et quaeras tibi, quos doceas sive reprehendas. Ad nos enim, tantis maris atque terrarum a te divisos spatiis, vix vocis tuae sonus pervenit. Et si forsitan litteras scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipient, quam ad me, cui mittendae sunt, deferantur.

CAPUT V.

19. Quod autem in aliis quaeris epistolis, cur mea prior in Libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, et virgulas praenotatas, et postea aliam translationem absque his signis ediderim; pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quod quaesisti. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum est; et ubicumque virgulae, id est obeli sunt, significatur quod Septuaginta plus dixerint quam habetur in hebraeo: ubi autem asterisci, id est stellae praelucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est; et ibi graeca transtulimus, hic de ipso hebraico, quod intelligebamus expressimus, sensuum potius veritatem quam verborum interdum ordinem conservantes. Et miror quomodo Septuaginta interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per obelos et asteriscos, et christiani hominis interpretatiunculam non sequaris; praesertim cum ea quae addita sunt, ex hominis Judaei atque blasphemi, post passionem Christi, editione transtulerit. Vis amator esse verus Septuaginta interpretum? Non legas ea quae sub asteriscis sunt: imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenietur liber, qui ista non habeat.

CAPUT VI.

20. Porro quod dicis non debuisse me interpretari post veteres, et novo uteris syllogismo: «Aut obscura fuerunt quae interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta. Si obscura, te quoque in eis falli potuisse credendum est: si manifesta, illos in eis falli non potuisse, perspicuum est:» tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores qui nos in Domino praecesserunt, et qui Scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quomodo tu post eos ausus es disserere, quod illi explanare non potuerunt?

Ni me concites a la plebecilla de los inexpertos, que te veneran como obispo y, cuando declamas en la iglesia, te miran con respeto por el honor del sacerdocio; y a mí, de edad última y casi decrépito, y que sigo los secretos del monasterio y del campo, me menosprecian; y busca para ti a quienes enseñes o reprendas. Pues hasta nosotros, divididos de ti por tan grandes espacios de mar y de tierras, apenas llega el sonido de tu voz. Y si tal vez escribieres cartas, antes las recibirán Italia y Roma que sean entregadas a mí, a quien han de ser enviadas.

CAPÍTULO V.

19. En cuanto a lo que preguntas en otras epístolas —por qué mi primera interpretación en los Libros canónicos tiene asteriscos y virgulillas prenotadas, y después haya publicado otra traducción sin estos signos—, con tu venia diré: me parece que no entiendes lo que has preguntado. Pues aquella interpretación es la de los Setenta intérpretes; y dondequiera que hay virgulillas, esto es, óbelos, se significa que los Setenta dijeron más de lo que se contiene en el hebreo: donde en cambio hay asteriscos, esto es, estrellas que brillan delante, fue añadido por Orígenes de la edición de Teodoción; y allí tradujimos las cosas griegas; aquí, del hebreo mismo, expresamos lo que entendíamos, conservando a veces la verdad de los sentidos más que el orden de las palabras. Y me admiro de cómo lees los libros de los Setenta intérpretes no puros, tal como fueron editados por ellos, sino emendados por Orígenes, o corrompidos por los óbelos y asteriscos, y no sigas la pequeña interpretación de un hombre cristiano; especialmente cuando él [Orígenes] tradujo las cosas que fueron añadidas de la edición de un hombre judío y blasfemo, después de la pasión de Cristo. ¿Quieres ser un verdadero amante de los Setenta intérpretes? No leas lo que está bajo los asteriscos; más aún, bórralo de los volúmenes para que te pruebes favorecedor de los antiguos. Si haces esto, te verás obligado a condenar todas las bibliotecas de las Iglesias. Pues apenas se encontrará uno u otro libro que no tenga estas cosas.

CAPÍTULO VI.

20. Además, en lo que dices de que no debí interpretar después de los antiguos, y usas un nuevo silogismo: «O fueron oscuras las cosas que interpretaron los Setenta, o manifiestas. Si oscuras, ha de creerse que también tú pudiste engañarte en ellas; si manifiestas, es persicuo que ellos no pudieron engañarse en ellas», te respondo con tu propio discurso. Todos los antiguos tratadistas que nos precedieron en el Señor, y que interpretaron las sagradas Escrituras, o interpretaron cosas oscuras, o manifiestas. Si oscuras, ¿cómo te atreviste tú a disertar después de ellos lo que ellos no pudieron explicar?

si manifesta, superfluum est te voluisse disserere quod illos latere non potuit, maxime in explanatione Psalmorum quos apud Graecos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Caesariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur et diversorum in paucos psalmos opuscula; sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis et Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem et Eusebium transtulerunt: quorum priorem et noster Ambrosius in quibusdam secutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos et tales interpretes in explanatione Psalmorum diversa senseris? Si enim obscuri sunt Psalmi, te quoque in eis falli potuisse, credendum est. Si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur: ac per hoc utroque modo superflua erit interpretatio tua; et hac lege, post priores nullus loqui audebit, et quodcumque alius occupaverit, alius de eo scribendi non habebit licentiam. Quin potius humanitatis tuae est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere et caeteris. Ego enim non tam vetera abolere conatus sum, quae linguae meae hominibus emendata de graeco in latinum transtuli, quam ea testimonia quae a Judaeis praetermissa sunt vel corrupta, proferre in medium, ut scirent nostri quid hebraea veritas contineret. Si cui legere non placet, nemo compellit invitum. Bibat vinum vetus cum suavitate, et nostra musta contemnat, quae in explanatione priorum edita sunt, ut sicubi illa non intelliguntur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis in Scripturis sanctis sequendum sit, liber quem scripsi de Optimo genere interpretandi, et omnes praefatiunculae divinorum voluminum, quas editioni nostrae praeposuimus, explicant; ad illasque prudentem lectorem remittendum puto. Et si me, ut dicis in Novi Testamenti emendatione suscipis, exponisque causam cur suscipias; quia plurimi linguae graecae habentes scientiam, de meo possint opere judicare: eamdem integritatem debueras etiam in Veteri credere Testamento, quod non nostra confinximus, sed ut apud Hebraeos invenimus, divina transtulimus. Sicubi dubitas, Hebraeos interroga.

21. Sed forte dices: Quid si Hebraei aut respondere noluerint, aut mentiri voluerint? Tota frequentia Judaeorum in mea interpretatione reticebit, nullusque invenire poterit, qui hebraeae linguae habeat notionem; aut omnes imitabuntur illos Judaeos, quos dicis in Africae repertos oppidulo in meam conspirasse calumniam?

Si manifiestas, es superfluo que tú hayas querido disertar lo que no pudo estar oculto para ellos, especialmente en la explicación de los Salmos, que entre los griegos interpretaron en muchos volúmenes: primero Orígenes, segundo Eusebio de Cesarea, tercero Teodoro de Heraclea, cuarto Asterio de Escitópolis, quinto Apolinar de Laodicea, sexto Dídimo de Alejandría. Se cuentan también opúsculos de diversos autores sobre unos pocos salmos; pero ahora hablamos de todo el cuerpo íntegro de los Salmos. Entre los latinos, además, los obispos Hilario de Poitiers y Eusebio de Vercelli tradujeron a Orígenes y a Eusebio; al primero de los cuales también siguió nuestro Ambrosio en algunas cosas. Responda a mí tu prudencia: ¿por qué tú, después de tantos y tales intérpretes, has sentido cosas diversas en la explicación de los Salmos? Pues si los Salmos son oscuros, ha de creerse que también tú pudiste engañarte en ellas. Si manifiestos, no se cree que ellos pudieran engañarse en ellos; y por esto, de ambos modos, será superflua tu interpretación; y por esta ley, después de los primeros, nadie se atreverá a hablar, y lo que otro haya ocupado, otro no tendrá licencia de escribir sobre ello. Más bien es propio de tu humanidad, en lo que te concedes perdón a ti mismo, el indultar también a los demás. Pues yo no he intentado tanto abolir las cosas antiguas —que, emendadas del griego al latín, traduje para los hombres de mi lengua— como proferir al medio aquellos testimonios que fueron omitidos o corrompidos por los judíos, para que los nuestros supieran qué contenía la verdad hebrea. Si a alguien no le agrada leer, nadie obliga al que no quiere. Beba el vino viejo con suavidad y desprecie nuestros mostos, que fueron publicados para explicación de las cosas anteriores, para que si en algún lugar aquellas no se entienden, por las nuestras se hagan más manifiestas. Qué género de interpretación, además, deba seguirse en las sagradas Escrituras, lo explican el libro que escribí sobre el Óptimo género de interpretar y todos los pequeños prefacios de los divinos volúmenes que antepusimos a nuestra edición; y a ellos pienso que debe remitirse al lector prudente. Y si me aceptas, como dices, en la emendación del Nuevo Testamento, y expones la causa por la que me aceptas —porque muchísimos que tienen ciencia de la lengua griega pueden juzgar de mi obra—, debiste creer esa misma integridad también en el Antiguo Testamento: que no fingimos nuestras cosas, sino que, tal como encontramos entre los hebreos, tradujimos las cosas divinas. Si en algo dudas, interroga a los hebreos.

21. Pero tal vez dirás: ¿Y si los hebreos o no han querido responder o han querido mentir? Toda la multitud de los judíos callará en mi interpretación, y nadie podrá encontrar a uno que tenga noción de la lengua hebrea; ¿o todos imitarán a aquellos judíos que dices que fueron encontrados en un pueblecito de África para conspirar en mi calumnia?

Hujuscemodi enim in epistola tua texis fabulam: «Quidam frater noster episcopus, cum lectitari instituisset in Ecclesia cui praeest, interpretationem tuam, movit quiddam longe aliter a te positam apud Jonam prophetam, quam erat omnium sensibus memoriaeque inveteratum, et tot aetatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Graecis arguentibus, et inclamantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur episcopus, (Oëa quippe civitas erat), Judaeorum testimonium flugitare. Utrum autem illi imperitia an malitia, hoc esse in hebraeis codicibus responderunt, quod et graeci et latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens post magnum periculum non remanere sine plebe. Unde etiam nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse.»

CAPUT VII.

22. Dicis me in Jona propheta male quiddam interpretatum, et seditione populi conclamante, propter unius verbi dissonantiam, episcopum pene sacerdotium perdidisse. Et quid sit illud quod male interpretatus sim, subtrahis, auferens mihi occasionem defensionis meae; ne quidquid dixeris, me respondente solvatur: nisi forte, ut ante annos plurimos, cucurbita venit in medium, asserente illius temporis Cornelio et Asinio Pollione , me hederam pro cucurbita transtulisse. Super qua re in commentario Jonae prophetae plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco, ubi Septuaginta interpretes cucurbitam, et Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, id est κισσὸν, in hebraeo volumine ciceion scriptum habetur, quam vulgo Syri ciceiam vocant. Est autem genus virgulti lata habens folia, in modum pampini: cumque plantatum fuerit, cito consurgit in arbusculam, absque ullis calamorum et hastilium adminiculis, quibus et cucurbitae et hederae indigent, suo trunco se sustinens.

Hoc ergo verbum de verbo edisserens, si ciceion transferre voluissem, nullus intelligeret; si cucurbitam, id dicerem quod in hebraico non habetur: hederam posui, ut caeteris interpretibus consentirem. Sin autem Judaei vestri, ut ipse asseris, malitia, vel imperitia hoc dixerunt esse in voluminibus Hebraeorum, quod in graecis et latini codicibus continetur; manifestum est eos aut hebraeas ignorare litteras, aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri. Peto in fine epistolae, ut quiescentem senem, olimque veteranum, militare non cogas, et rursum de vita periclitari. Tu qui juvenis es, et in pontificali culmine constitutus, doceto populos; et novis Africae frugibus Romana tecta locupleta. Mihi sufficit, cum auditore et lectore pauperculo in angulo monasterii susurrare.

Pues tejes una fábula de este tipo en tu epístola: «Cierto hermano nuestro, obispo, habiendo instituido que se leyera tu interpretación en la Iglesia que preside, se movió algo puesto por ti en el profeta Jonás de modo muy distinto de lo que estaba inveterado en los sentidos y en la memoria de todos, y decantado por la sucesión de tantas edades. Se hizo tan gran tumulto en la plebe, especialmente arguyendo los griegos e increpando la calumnia de falsedad, que el obispo (pues la ciudad era Oea) se vio obligado a reclamar el testimonio de los judíos. Pero ellos, ya por impericia o por malicia, respondieron que en los códices hebreos estaba lo que tanto los griegos como los latinos tenían y decían. ¿Qué más? El hombre fue obligado a corregirlo como si fuera una errata, queriendo, después de gran peligro, no quedarse sin plebe. Por lo cual también a nosotros nos parece que a veces también tú pudiste haberte engañado en algunas cosas».

CAPÍTULO VII.

22. Dices que yo interpreté mal algo en el profeta Jonás y que, clamando la sedición del pueblo, por la disonancia de una sola palabra, el obispo casi perdió el sacerdocio. And qué sea aquello que yo haya interpretado mal, lo sustraes, quitándome la ocasión de mi defensa; para que cualquier cosa que digas no sea desatada respondiendo yo: a no ser que tal vez, como hace muchísimos años, la calabaza (*cucurbita*) salga al medio, afirmando los Cornelios y Asinios Poliones de aquel tiempo que yo traduje hiedra (*hederam*) por calabaza. Sobre este asunto respondimos más plenamente en el comentario del profeta Jonás. Contentándonos ahora con haber dicho esto: que en aquel lugar donde los Setenta intérpretes tradujeron calabaza, y Aquila con los demás tradujeron hiedra, esto es, κισσὸν, en el volumen hebreo se halla escrito *ciceion*, que los sirios llaman vulgarmente *ciceia*. Es, además, un género de arbusto que tiene hojas anchas al modo del pámpano; y cuando ha sido plantado, pronto surge en arbolito sin ningún apoyo de cañas y estacas, de los cuales tanto las calabazas como las hiedras necesitan, sosteniéndose por su propio tronco.

Por tanto, explicando esto palabra por palabra, si hubiera querido traducir *ciceion*, nadie lo entendería; si calabaza, diría lo que no se contiene en el hebreo: puse hiedra para consentir con los demás intérpretes. Pero si vuestros judíos, como tú mismo afirmas, por malicia o impericia dijeron que esto está en los volúmenes de los hebreos lo que se contiene en los códices griegos y latinos; es manifiesto que ellos o ignoran las letras hebreas, o quisieron mentir para burlarse de los calabaceros (*cucurbitarios*). Te ruego al final de la epístola que no obligues a un anciano que descansa, y veterano de hace tiempo, a militar, y de nuevo a peligrar por su vida. Tú, que eres joven y estás constituido en la cumbre pontifical, enseña a los pueblos; y enriquece los techos romanos con los nuevos frutos de África. A mí me basta susurrar con un pobre oyente y lector en un rincón del monasterio.

Epistola LXXVI.

Sub persona Ecclesiae catholicae cohortatur omnes Donatistas, ut resipiscentes redeant ad catholicam communionem.

1. Vobis, Donatistae, catholica Ecclesia dicit: Filii hominum, usquequo graves corde? Utquid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium? (Psal. IV, 3.) Utquid vos a totius orbis unitate nefario schismatis sacrilegio divisistis? Attenditis falsa quae vobis dicuntur ab hominibus, aut mentientibus, aut errantibus, de traditione Codicum divinorum, ut in haeretica separatione moriamini; et non attenditis quod vobis ipsi Codices dicunt, ut in catholica pace vivatis Quare aperitis sures ad sermonem hominum dicentium quod nunquam probare potuerunt, et surdi estis ad sermonem Dei dicentis: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae? (Psal. II, 7.) Abrahae dictae sunt promissiones et semini ejus. Non dicit, Et seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno; Et semini tuo, quod est Christus (Gal. III, 16). In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes (Gen. XXII, 18). Erigite oculos cordis, et considerate totum orbem terrarum, quomodo in semine Abrahae benedicuntur omnes gentes. Tunc ab uno credebatur quod nondum videbatur; jam vos videtis, et adhuc invidetis. Passio Domini pretium est orbis terrarum; ille totum orbem redemit: et vos cum toto orbe ad lucrum vestrum non concordatis, sed potius in damnum vestrum in parte litigatis, ut totum perdatis. Audite in Psalmo, quo pretio redempti sumus: Foderunt, inquit, manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestimentum meum miserunt sortem (Psal. XXI, 18, 19). Quare divisores vestimentorum Domini esse vultis, et tunicam illam charitatis desuper textam, quam nec persecutores ejus diviserunt, tenere cum toto orbe non vultis? In Psalmo ipso legitur quia totus orbis eam tenet: Commemorabuntur, inquit, et convertentur ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu ejus universae patriae gentium, quoniam ipsius est regnum, et ipse dominabitur gentium (Ib., 28, 29). Aperite aures cordis et audite quia Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum; ex Sion species decoris ejus (Psal. XLIX, 1, 2). Si hoc non vultis intelligere, audite Evangelium, jam per os proprium loquente ipso Domino et dicente: Quia oportebat de Christo compleri omnia quae de illo scripta sunt in Lege et Prophetis et Psalmis, et praedicavi in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum, per omnes gentes incipiens ab Jerusalem (Luc. XXIV, 44, 47).

Epístola LXXVI.

Bajo la persona de la Iglesia católica exhorta a todos los donatistas a que, arrepintiéndose, vuelvan a la comunión católica.

1. A vosotros, donatistas, os dice la Iglesia católica: *Hijos de los hombres, ¿hasta cuándo seréis pesados de corazón? ¿Por qué amáis la vanidad y buscáis la mentira?* (Sal. IV, 3). ¿Por qué os habéis dividido de la unidad de todo el orbe con el nefando sacrilegio del cisma? Atendéis a las falsedades que se os dicen por hombres, o que mienten o que yerran, sobre la entrega (*traditione*) de los Códices divinos, para que muráis en la separación herética; y no atendéis a lo que los mismos Códices os dicen para que viváis en la paz católica. ¿Por qué abrís los oídos al sermón de hombres que dicen lo que nunca pudieron probar, y estáis sordos al sermón de Dios que dice: *El Señor me dijo: Mi Hijo eres tú, yo te he engendrado hoy; pídeme y te daré las naciones por herencia tuya, y por posesión tuya los términos de la tierra?* (Sal. II, 7). A Abraham le fueron dichas las promesas y a su descendencia. No dice: Y a las descendencias, como en muchas, sino como en una: Y a tu descendencia, que es Cristo (Gál. III, 16). En tu descendencia, dijo, serán bendecidas todas las naciones (Gén. XXII, 18). Erguid los ojos del corazón y considerad todo el orbe de la tierra, cómo en la descendencia de Abraham son bendecidas todas las naciones. Entonces se creía por uno lo que aún no se veía; ya lo veis vosotros, y todavía tenéis envidia. La pasión del Señor es el precio del orbe de la tierra; él redimió a todo el orbe: y vosotros con todo el orbe no concordáis para vuestro lucro, sino que más bien litigáis en parte para vuestro daño, para perderlo todo. Oíd en el Salmo a qué precio hemos sido redimidos: *Taladraron*, dice, *mis manos y pies, contaron todos mis huesos.* Ellos, en verdad, me consideraron y contemplaron; dividieron entre sí mis vestiduras y sobre mi vestidura echaron suerte (Sal. XXI, 18, 19). ¿Por qué queréis ser divisores de las vestiduras del Señor, y aquella túnica de la caridad tejida desde arriba, que ni sus perseguidores dividieron, no queréis tenerla con todo el orbe? En el Salmo mismo se lee que todo el orbe la tiene: *Se acordarán*, dice, *y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra; y adorarán en su presencia todas las patrias de las naciones, porque del Señor es el reino, y él mismo dominará a las naciones* (Ib., 28, 29). Abrid los oídos del corazón y oíd que *el Dios de los dioses, el Señor, ha hablado y ha llamado a la tierra desde el orto del sol hasta el ocaso; desde Sion es la especie de su hermosura* (Sal. XLIX, 1, 2). Si no queréis entender esto, oíd el Evangelio, hablando ya por su propia boca el mismo Señor y diciendo: *Que convenía que se cumplieran sobre Cristo todas las cosas que de él estaban escritas en la Ley, en los Profetas y en los Salmos, y prediqué en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados por todas las naciones empezando desde Jerusalén* (Luc. XXIV, 44, 47).

Quod in Psalmo dixit, vocavit terram a solis ortu usque ad occasum; hoc in Evangelio, per omnes gentes: et quod in Psalmo dixit, ex Sion species decoris ejus; hoc in Evangelio dixit, incipiens ab Jerusalem.

2. Fingitis vos ante tempus messis fugere permixta zizania, quia vos estis sola zizania. Nam si frumenta essetis, permixta zizania toleraretis, et a segete Christi non vos divideretis. De zizaniis quidem dictum est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: sed et de tritico dictum est, Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. XXIV, 12, 13). Quare creditis crevisse zizania et mundum replevisse, triticum autem decrevisse et in sola Africa mansisse? Christianos vos dicitis, et Christo contradicitis. Ipse dixit, Sinite utraque crescere usque ad messem; non dixit, Crescant zizania, decrescant frumenta. Ipse dixit, Ager est hic mundus; non dixit, Ager est Africa. Ipse dixit, Messis est finis saeculi; non dixit, messis est tempus Donati. Ipse dixit, Messores Angeli sunt (Matth. XIII, 30, 38, 39); non dixit, Messores principes Circumcellionum sunt. Sed quia pro zizaniis triticum accusastis, vos esse zizania demonstrastis, et quod est gravius, ante tempus vos a tritico separastis. Majores enim vestri in quorum sacrilega praecisione perseveratis, quidam Gestis municipalibus Codices sanctos et instrumenta Ecclesiae persecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiserunt et eis communicaverunt, et utrique Carthaginem furiosa factione convenerunt, de crimine traditionis de quo ipsi inter se jam consenserant, inauditos damnaverunt, episcopum contra episcopum ordinaverunt, altare contra altare erexerunt. Postea litteras ad imperatorem Constantinum, ut inter Afros episcopi transmarini judicarent, miserunt; datis judicibus quos postulaverant et Romae judicantibus non obtemperaverunt, episcopos apud Imperatorem tanquam male judicaverint arguerunt. Ab aliis rursus episcopis ad Arelatum missis ad ipsum Imperatorem appellaverunt; ab ipso auditi et calumniatores inventi, in eodem scelere permanserunt. Evigilate ad salutem, amate pacem, redite ad unitatem. Haec vobis quemadmodum gesta sint, quando vultis, omnia recitamus.

3. Ille communicat malis, qui consentit factis malorum, non qui tolerat in agro dominico zizania usque ad messem, vel paleam usque ad ultimam ventilationem. Si malos odistis, vos ipsi mutamini ab scelere schismatis. Si malorum permixtionem timeretis, Optatum inter vos in apertissima iniquitate viventem per tot annos non teneretis. Quem cum modo martyrem dicitis, superest ut eum, propter quem mortuus est, Christum dicatis.

Lo que en el Salmo dijo: *llamó a la tierra desde el orto del sol hasta el ocaso*; esto en el Evangelio: *por todas las naciones*; y lo que en el Salmo dijo: *desde Sion es la especie de su hermosura*; esto en el Evangelio dijo: *empezando desde Jerusalén*.

2. Fingís que huís de la cizaña (*zizania*) mezclada antes del tiempo de la mies, porque vosotros sois solo cizaña. Pues si fuerais trigo (*frumenta*), toleraríais la cizaña mezclada y no os dividiríais de la mies de Cristo. De la cizaña ciertamente se dijo: *Porque abundará la iniquidad, se enfriará la caridad de muchos*; pero también del trigo se dijo: *El que perseverare hasta el fin, este será salvo* (Mat. XXIV, 12, 13). ¿Por qué creéis que la cizaña ha crecido y ha llenado el mundo, y que el trigo en cambio ha decrecido y ha permanecido solo en África? Cristianos os llamáis y a Cristo contradecís. Él mismo dijo: *Dejad que ambos crezcan hasta la mies*; no dijo: Crezca la cizaña, decrezca el trigo. Él mismo dijo: *El campo es este mundo*; no dijo: El campo es África. Él mismo dijo: *La mies es el fin del siglo*; no dijo: la mies es el tiempo de Donato. Él mismo dijo: *Los segadores son los Ángeles* (Mat. XIII, 30, 38, 39); no dijo: Los segadores son los príncipes de los circunceliones. Pero porque en lugar de la cizaña acusasteis al trigo, demostrasteis ser vosotros la cizaña y, lo que es más grave, antes de tiempo os separasteis del trigo. Pues vuestros mayores, en cuya sacrílega precisión perseveráis, unos entregaron por las Actas (*Gestis*) municipales los Códices santos y los instrumentos de la Iglesia a los perseguidores; otros, confesándolo ellos, los dejaron ir y comunicaron con ellos; y ambos se reunieron en Cartago con furiosa facción, y sobre el crimen de la entrega (*traditionis*) sobre el cual ellos mismos entre sí ya habían sentido, condenaron a los no oídos, ordenaron obispo contra obispo, erigieron altar contra altar. Después enviaron cartas al emperador Constantino para que juzgaran obispos de ultramar entre los africanos; dados los jueces que habían pedido y juzgando en Roma, no obedecieron, y acusaron a los obispos ante el Emperador como si hubieran juzgado mal. De nuevo, de otros obispos enviados a Arlés apelaron al mismo Emperador; oídos por él y encontrados calumniadores, permanecieron en el mismo crimen. Despertad para la salvación, amad la paz, volved a la unidad. Todas estas cosas, cómo se hicieron, cuando queráis os las recitamos todas.

3. Comunica con los malos el que consiente en los hechos de los malos, no el que tolera en el campo del Señor la cizaña hasta la mies, o la paja hasta la última ventilación. Si odiáis a los malos, cambiaos vosotros mismos del crimen del cisma. Si temierais la mezcla de los malos, no tendríais a Optato viviendo entre vosotros en la más abierta iniquidad por tantos años. Al cual, como ahora llamáis mártir, resta que a aquel por quien murió lo llaméis Cristo.

Postremo quid vos offendit orbis christianus, a quo vos nefario furore praecidistis? et quid vos promeruerunt Maximianistae, quos a vobis damnatos et per judicia publica de basilicis proturbatos, in suo rursus honore recepistis? Quid vos offendit pax Christi, contra quam vos dividitis ab eis quos infamatis? et quid vos promeruit pax Donati, pro qua suscipitis quos damnatis? Felicianus Mustitanus modo vobiscum est. Legimus eum prius in vestro concilio damnatum, et a vobis postea in judicio proconsulis accusatum, et in Mustitana civitate Gestis municipalibus oppugnatum.

4. Si traditio Codicum scelerata est, quam Deus in regem qui Jeremiae librum incendit, morte bellica vindicavit (Jer. XXXVI, 23, 30), quanto sceleratius est sacrilegium schismatis, cujus auctores, quibus Maximianistas comparastis, aperta terra vivos absorbuit (Num. XVI, 31-33)! Quomodo ergo crimen traditionis nobis objicitis, quod non probatis, et schismaticos vestros et damnatis et acceptatis? Si propterea justi estis, quia persecutionem per Imperatores passi estis, justiores vobis sunt ipsi Maximianistae, quos per judices ab Imperatoribus catholicis missos vos ipsi persecuti estis. Si Baptismum vos soli habetis, quid apud vos facit baptismus Maximianistarum in eis quos baptizavit Felicianus damnatus, cum quibus est ad vos postea revocatus? Vel vobis laicis ad ista respondeant episcopi vestri, si nobiscum loqui nolunt; et cogitate pro salute vestra, quale sit hoc ipsum quod nobiscum loqui nolunt. Si lupi concilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant, quare oves concilium perdiderunt, ut ad luporum speluncas accedant?

Finalmente, ¿en qué os ofendió el orbe cristiano, del cual os habéis cortado con nefando furor? ¿Y qué méritos tuvieron ante vosotros los maximianistas, a quienes, condenados por vosotros y expulsados de las basílicas por juicios públicos, recibisteis de nuevo en su honor? ¿En qué os ofendió la paz de Cristo, contra la cual os dividís de aquellos a quienes infamáis? ¿Y qué méritos tuvo ante vosotros la paz de Donato, por la cual recibís a quienes condenáis? Feliciano de Musti está ahora con vosotros. Leemos que fue antes condenado en vuestro concilio, y por vosotros después acusado en el juicio del procónsul, y en la ciudad de Musti combatido por las Actas municipales.

4. Si la entrega (*traditio*) de los Códices es criminal, la cual Dios vengó con muerte bélica en el rey que incendió el libro de Jeremías (Jer. XXXVI, 23, 30), ¡cuánto más criminal es el sacrilegio del cisma, cuyos autores, con los cuales comparasteis a los maximianistas, la tierra abierta los absorbió vivos! (Núm. XVI, 31-33). ¿Cómo, pues, nos objetáis el crimen de la entrega, que no probáis, y a vuestros cismáticos tanto los condenáis como los aceptáis? Si por eso sois justos, porque habéis padecido persecución por los Emperadores, más justos que vosotros son los mismos maximianistas, a quienes vosotros mismos perseguisteis por medio de jueces enviados por los Emperadores católicos. Si solo vosotros tenéis el Bautismo, ¿qué hace entre vosotros el bautismo de los maximianistas en aquellos a quienes bautizó el condenado Feliciano, con los cuales fue él después llamado de nuevo a vosotros? O bien que vuestros obispos respondan a estas cosas a vosotros los laicos, si no quieren hablar con nosotros; y pensad por vuestra salvación qué sea esto mismo de que no quieran hablar con nosotros. Si los lobos han hecho un concilio para no responder a los pastores, ¿por qué las ovejas han perdido el concilio para acercarse a las cuevas de los lobos?